ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ
ΤΟΥ ΧΑΙΡΩΝΕΩΣ
ΤΑ ΗΘΙΚΑ.

PLUTARCHI
CHÆRONENSIS
MORALIA,
ID EST
OPERA, EXCEPTIS VITIS, RELIQUA.

GRÆCA EMENDAVIT,
NOTATIONEM EMENDATIONUM, ET LATINAM XYLANDRI
INTERPRETATIONEM CASTIGATAM, SUBJUNXIT,
ANIMADVERSIONES EXPLICANDIS REBUS AC VERBIS, ITEM
INDICES COPIOSOS, ADJECIT,

DANIEL WYTTENBACH,
HIST. ELOQ. LITT. GR. ET LAT.
IN ILLUSTRI ATHEN. AMSTELOD. PROFESSOR.

TOMUS I.

OXONII,
E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO.
M DCC XCV.

MVSEVM
BRITAN
NICVM

ACADEMIÆ OXONIENSI

D. D.

DANIEL WYTTENBACH.

Hoc Volumine I, continentur,

Præfatio.

Explicatio notarum, quibus libri cum ſcripti, tum alii, ſignificantur, in Notatione Emendationum interjecta Græco Contextui et Latinæ Verſioni.

Index peculiaris quo notantur libri cum ſcripti, tum editi, quibus in emendandis Moralibus uſi ſumus.

PLUTARCHI MORALIA,

GRÆCE ET LATINE,

INTERJECTA EMENDATIONUM NOTATIONE.

PAG.

I. ΠΕΡΙ ΠΑΙΔΩΝ ΑΓΩΓΗΣ. 1
De Liberis Educandis.

II. ΠΩΣ ΔΕΙ ΤΟΝ ΝΕΟΝ ΠΟΙΗΜΑΤΩΝ ΑΚΟΥΕΙΝ. 51
Quomodo Adoleſcens poetas audire debeat.

III. ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΑΚΟΥΕΙΝ. 139
De Recta Ratione audiendi.

IV. ΠΩΣ ΑΝ ΤΙΣ ΔΙΑΚΡΙΝΕΙΕ ΤΟΝ ΚΟΛΑΚΑ ΤΟΥ ΦΙΛΟΥ. 183
Quomodo Adulator ab Amico internoſcatur.

V. ΠΩΣ ΑΝ ΤΙΣ ΑΙΣΘΟΙΤΟ ΕΑΥΤΟΥ ΠΡΟΚΟΠΤΟΝΤΟΣ ΕΠ' ΑΡΕΤΗ. 285
Quomodo quis ſuos in Virtute ſentiat profectus.

VI. ΠΩΣ ΑΝ ΤΙΣ 'ΥΠ' ΕΧΘΡΩΝ ΩΦΕΛΟΙΤΟ. 329
De capienda ex inimicis utilitate.

ΣΕΛΙΔ.

VII. ΠΕΡΙ ΠΟΛΥΦΙΛΙΑΣ. 339
De Amicorum Multitudine.

VIII. ΠΕΡΙ ΤΥΧΗΣ. 379
De Fortuna.

IX. ΠΕΡΙ ΑΡΕΤΗΣ ΚΑΙ ΚΑΚΙΑΣ. 393
De Virtute et Vitio.

X. ΠΑΡΑΜΥΘΗΤΙΚΟΣ ΠΡΟΣ ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΝ. 403
Consolatio ad Apollonium.

XI. ΥΓΙΕΙΝΑ ΠΑΡΑΓΓΕΛΜΑΤΑ. 479
De tuenda Sanitate Præcepta.

XII. ΓΑΜΙΚΑ ΠΑΡΑΓΓΕΛΜΑΤΑ. 541
Conjugalia Præcepta.

XII. ΤΩΝ ΕΠΤΑ ΣΟΦΩΝ ΣΥΜΠΟΣΙΟΝ. 575
Septem Sapientum Convivium.

XIV. ΠΕΡΙ ΔΕΙΣΙΔΑΙΜΟΝΙΑΣ. 649
De Superstitione.

XV. ΑΠΟΦΘΕΓΜΑΤΑ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΚΑΙ ΣΤΡΑΤΗΓΩΝ. 681
Regum et Imperatorum Apophthegmata.

XVI. ΑΠΟΦΘΕΓΜΑΤΑ ΛΑΚΩΝΙΚΑ. 827
Apophthegmata Laconica.

XVII. ΤΑ ΠΑΛΑΙΑ ΤΩΝ ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΩΝ ΕΠΙΤΗΔΕΥΜΑΤΑ. 945
Instituta Laconica.

XVIII. ΛΑΚΑΙΝΩΝ ΑΠΟΦΘΕΓΜΑΤΑ. 963
Lacænarum Apophthegmata.

PRÆFATIO.

CAPUT I.

De consilio ac proposito Editoris.

TRIA omnino sunt, quorum is, qui in vetere Auctore edendo pretium operæ facere velit, rationem in primis habere debet. Primum est, an dignus editione sit Auctor: alterum, digna Auctore editio utrum exstet an desideretur: tertium, an ipse perficiundæ editioni idoneus sit editor. Horum primum Plutarcho supereſſe, omnes consentiunt humaniores: alterum ei deesse, constat inter eruditos: tertium quale in me sit, magis est aliorum existimare, quam meum profiteri. Sed unumquodque horum trium paulo uberius explicandum; siquidem iis explicandis omne præfationis officium continetur.

Ac de Plutarchi quidem laudibus et dicere hoc loco et tacere difficile est. Si taceam, videar præcipuum editoris munus, quod in commendando Auctore positum est, neglexisse. Si dicam, dicendum sit aut universe aut peculiariter: quorum neutrum cum hac præfatione congruit. Universe Plutarchum laudare, ut unum ex præstantissimis Auctoribus, magnum in Historia, magnum in Philosophia, magnum

in omni doctrinæ genere, egregium ad ingenii et virtutis fructum : hæc igitur, quamvis vera, tamen ſupervacanea ſit oratio, quippe de re pervulgata et nemini dubia. Peculiariter viri ingenium doctrinamque explicare, dotes interius inſpicere, earum modum rationemque expendere, cenſuram agere, eſt ſane opus nec actum nec ſupervacaneum, et cum editoris provincia ita conjunctum, ut verear ne plerique hoc, tamquam debitum, continuo in præfatione ſibi exſolvi et cupiant et exſpectent. At ejus tractatio quum tam late pateat, ut ſit juſti inſtar libri, ac totum præfationis ſpatium occupatura videatur ; eam Animadverſionibus reſervandam duxi, ubi de viri vita, rebus, ſcriptis, exponetur. Nunc ad operis ſummam feſtino : nunc *Plutarchi Moralia*, emendata, Græca, et Latine verſa, cum brevi emendationum notatione, emitto : reliquam omnem interpretationem libro Animadverſionum, mox ſubmittendo, complectar. Quam diſtributionis rationem quare ſequendam putaverim, paucis declarandum eſt.

Vigeſimus et ſecundus hic eſt annus, quum edito *Plutarchi de Sera Numinis Vindicta* libello ſpem fidemque feci edendorum Operum Plutarchi omnium. Proponebam editionis mihi formam omnibus numeris abſolutam : neque dubitabam, quin eam vel ſubſecivis horis, intra proximum decennium ad finem perducturus eſſem. Qua in ſpe opus cum tempore non recte comparabam. Ex adoleſcentia, veluti alta ſpecula, in reliquum vitæ ſpatium, ut ingentem et nullo limite circumſcriptum campum proſpiciebam : Opus meum oculis mihi videbar complecti ut ante me et proxime poſitum, quippe quod metiebar modo voluminis Plutarchei cujus

pondus manibus tollere poſſem. Mutata eſt ratio progreſſu ætatis. Ut temporis appropinquabant, ita operis recedebant termini. Abiit decennium: operis termini apparebant nulli. Abiit et quinquennium; plus erat reliquum quam confectum operis. Cœpi me tunc ex illa propoſitæ formæ magnitudine revocare, eamque arctioribus finibus circumſcribere, de quibus dixi in Bibliothecæ Criticæ, Volumine tertio, Parte prima. Cumque non ita multo poſtea, DELEGATI TYPOGRAPHIÆ OXONIENSIS, Viri Illuſtres, eam partem operis mei, qua *Moralia Plutarchi* continentur, excudendam vulgandamque recepiſſent; non ſubſecivum, ſed præcipuum, immo omne, quod quidem a muneris occupatione vacaret, et diurnum et nocturnum tempus in opere inſtituto collocavi. Jam, licet me non pœniteret quantum promoverem, hoc non tantum erat ut brevitate temporis exſpectationi hominum Plutarchi noſtri ſtudioſorum ſatisfacerem; ſi quidem expoſitam in Bibliotheca Critica inſtitutamque rationem tenere, et Animadverſiones ad rerum verborumque interpretationem comparatas ſimul cum ſcriptis Plutarchi, iiſque quavis pagina ſubjectas, edere vellem. Verebar etiam ne diutius differenda editione vanus ad promittendum et piger ad efficiendum viderer; aut potius, ne dudum ſuſceptam vanitatis et pigritiæ opinionem augerem. Dum ego in Plutarcho hæreo, ecce, duæ illius editiones, poſt meam inſtitui cœptæ, diu ante eam evolant, leves ſane ac tenues, ſed imperitis vendibiles in Germania: altera REISKII, ante hos viginti annos: altera, hinc nuper repetita, quam non vidi. Admonitores ſolvendi nominis frequentes aderant. Quibus ſi dicerem, quod vere dicebam, nondum mihi, quam-

vis hoc ſedulo agenti, omnia inſtructa eſſe ad editionem qua et peritis et ipſe mihi ſatisfacerem, difficile erat hanc pleriſque excuſationem probare. Erant et publice et privatim, qui feſtivi eſſe vellent, et has æternas moras dicteriis peterent: quos equidem, ut ab accurata doctrina rudes et mearum rationum ignaros, contemnebam. Erant boni et docti viri, qui me hortarentur ut ea ſaltem darem quæ jam parata haberem, reliqua alio tempore in altera editione adderem. Alteram vero, inquam, editionem Plutarchi! Valeat iſta iteratio forte parvulis in libris: in Plutarcho quidem valere non poteſt: certe de altera jam editione cogitare dum primam adhuc moliaris, et vanitatis ſit ridiculæ, et malæ fidei.

Accedebant graviores mutandi conſilii rationes, quæ me de vitæ humanæ brevitate et incerta ſpe admodum efficaciter monerent, eumque mihi incuterent metum, ne, dum opus ſimul totum urgerem, ita me mors occuparet, ut nulla pars abſoluta, omnes affectæ et inchoatæ eſſent, quas nemo ad probabilis editionis modum colligere et componere poſſet. Quare opus hoc meum in duas diſtribui partes deinceps abſolvendas: prima eſt ea quæ nunc jam tradita DELEGATIS TYPOGRAPHIÆ OXONIENSIS, Viris Illuſtribus, *Moralia* Græce et Latine, emendata, addita brevi Emendationum notatione, quinque voluminibus complectetur; altera, Animadverſiones ad rerum verborumque interpretationem comparatas, et Indices, paucioribus certe voluminibus, continebit. Hujus materiam dudum congeſtam ſi fatum aut digeri a me, aut ab alio quoquam in lucem proferri, non ſinat; opus tamen meliore ſui parte ſalvum eſt, id eſt ea quæ ad ipſius Auctoris manum et ſcriptu-

ram ſanandam et conſtituendam refertur, in qua proprium ac præcipuum editoris officium verſatur, quæ vel ipſa per ſe ſola juſtæ inſtar Editionis cenſeatur. Qua in re, ut parva magnis conferam, cavi ne idem committerem, quod in Polybio commiſiſſe dolemus CASAUBONUM: qui magni et egregii Commentarii molitione occupatus emendationem Græci exempli vix attigit, quamvis facile abſolvendam, ſi a Commentario eam disjunxiſſet et anticipaſſet: nunc utrique ſimul interitum parti mors, cum reliquæ interitu operæ conjuncta, occupavit.

Igitur de tribus, quæ initio memoravimus, præfationis capitibus, duo nobis explicanda ſuperſunt: quibus explicitis intelligatur, quid in Plutarchi ſcriptis adhuc *a prioribus editoribus*, quid nunc *a me* actum ſit. Quod quidem ita planius intelligetur, ſi prius operæ meæ initia et progreſſum enarravero.

CAPUT II.

De initiis et progreſſu operæ ab Editore in Plutarchi ſcriptis collocatæ.

IN Græcis Auctoribus, qui me adoleſcentem ac pæne puerum hæc ſtudia ingredientem præ cæteris tenerent, princeps fuit Plato. A cujus fonte et ubertate, quum ex RUHNKENIANIS ad Timæum animadverſionibus cognoviſſem, quantum poſteriores Scriptores et hauſiſſent venuſtatis ac doctrinæ, et nunc etiam exſpectarent luminis ac medelæ; ſumſi mihi ex horum numero duos minime contemnendos, quos ex Veterum, maxime Platonis, fontibus corri-

gerem et illuſtrarem, Julianum ac Syneſium. Mox alium quæſivi, in quo major perfectiorque doctrina, certius ingenii pabulum ineſſet. Hic fuit Plutarchus. Qui me, fatebor enim, primo ſua quadam difficultate rejiciebat; poſtea eo magis alliciebat, quo magis ad ejus familiaritatem proficerem. Animadvertebam quotidie, quantam illa patefaciendæ intelligentiæ difficultas, patefactæ ſuavitatem ferret: quantam illa nominibus verbiſque et tralatis et efficacibus referta, ac per complures enunciationes continuata oratio præſtantiam haberet figurarum et ſententiarum, cum ex ipſa natura expreſſarum, tum ex omni doctrinæ genere delibatarum.

Ergo in Plutarchi lectione pergebam, et indies me magis magiſque inſinuabam in ejus conſuetudinem rationis, orationis, doctrinæ; unde fiebat, ut ſubinde vel ipſa hujus conſuetudinis obſervatione, vel Veterum, quos ſequebatur, Euripidis, Platonis, aliorum, auctoritate, locos cum difficiles explicarem, tum corruptos emendarem. Qua inventionis voluptate captus conſtitui ſtudium ita porro meum in hac opera collocare, ut ejus fructum aliquando in publicam lucem proferrem. Hoc ejuſmodi erat, ut, vel Animadverſiones in omnia Plutarchi opera, vel unum aliquem Plutarchi libellum meis Animadverſionibus expolitum, ederem. Prior illa ratio ſolutior ſcribenti jucundiorque erat; qua locos tractamus eos in quibus feliciter nobis opera ſucceſſerit, præterimus eos de quibus nondum liqueat.

Poſterior adſtrictior erat ratio, ſed eadem ſcribenti ad proficiendum efficacior; quippe neceſſitatem imponens locorum omnium, in hoc uno certe libello, corruptorum difficiliumque accuratius excutiendo-

rum, item Auctorum, ex quibus lux petenda eſt, legendorum. Sumſi ergo ex *Moralibus* libris, quem Animadverſionibus meis illuſtratum ſeparatim ederem, illum *de Sera Numinis Vindicta*. Ut ex *Moralibus* hunc præ cæteris eligerem, valebat argumenti cum gravitas, tum ratio, utraque ad communem hominum captum ſtudiumque accommodata. Ut omnino ex *Moralibus* librum eligerem, cauſſæ mihi fuerunt idoneæ, de quibus nunc dicendum eſt.

Triplex eſt illa intelligentiæ difficultas, quæ in legendo Plutarcho ſe iis objicit qui ejus uſum nondum habent. Prima eſt ea, de qua diximus, propria quædam Plutarcheæ orationis forma, in verbis, nominibus, conſtructione: altera, recondita doctrina: tertia, labes et corruptela ſcripturæ. Cumque duo ſint genera librorum Plutarcheorum, alterum hiſtoriæ, ſeu *Vitarum*, alterum doctrinæ quod vulgo *Moralium* nomine appellatur; in utroque quidem frequentes ſunt tres illæ difficultatis cauſſæ, multo tamen frequentiores in *Morali*. Itaque ad hoc me genus majore ſtudio applicui: non ut alterum negligerem: ſed ut utrique juſtam ac debitam adhiberem curam, intentiorem igitur magis affecto, quod vere dici poteſt doctius, difficilius, corruptius. Hoc inſtitutum ſimul eo valebat, ut ſi quando ad omnium Plutarcheorum operum editionem animum adjicerem, prius parata eſſent ac prodirent *Moralia*; quippe quæ triplice illa de cauſſa multo majorem diuturnioremque operam poſtularent quam *Vitæ*, quæ propterea recte in alterum quaſi actum et ad requiem laboris reponerentur.

Hoc meum fuit de Plutarcho conſilium, hic apparatus, ante hos viginti quatuor annos, quum Lug-

dunum Batavorum veni ad veriſſimos Literarum noſtrarum antiſtites, a quibus interiora ſacra perciperem, VALCKENARIUM et RUHNKENIUM: quorum illum ante novem annos nobis eripuit fatum: hunc vigente in ſenectute nobis ſervat Deus, et ut diu ſervet, cum ego pietatis et amoris cauſſa precor, tum omnes mecum Literarum et humanitatis cauſſa precantur boni. Igitur antiſtites noſtri operam a me in Plutarcho et poſitam probabant, et porro ponendam ſuadebant: ſed diverſo uterque modo. VALCKENARIO placebat, ſingulares Plutarchi libellos ſeparatim deinceps quoſdam edi uberioribus Animadverſionibus illuſtratos ad modum libelli *de Sera Numinis Vindicta*: RUHNKENIO, omnia una Editione comprehendi Plutarchi ſcripta, Animadverſionibus additis quamvis brevioribus. Habebat ſane utriuſque viri oratio quod me moveret. In VALCKENARIANA frequens erat illud γνῶθι σαυτόν: non nimium eſſe pollicendum in opere fere infinito, quod majus eſſe quam pro unius hominis vita et labore: poſſe periculum fieri in ſingularibus Plutarcheis libellis; tum, ſi bene ſucceſſiſſet, progreſſum ad majorem omnium operum editionem integrum fore, quam ſemel ſuſceptam et oſtentatam deponere, vanum ac turpe eſſe. RUHNKENII hujuſmodi rationes erant: nil non audendum hac mea ætate, hoc ſtudio: complures jam a me lectos Auctores eſſe, e quibus lux ac medicina Plutarcho quæratur: per duo jam ſæcula operum ejus omnium meliorem deſiderari editionem: quam etſi minus omnibus numeris abſolutam effeciſſem, quidquid ei deeſſet, hoc ipſorum Plutarchi operum cum magnitudine excuſatum, tum præſtantia compenſatum iri. Perſuaſit RUHNKENIUS, cujus ora-

tio conjunctior erat cum adoleſcentiæ meæ ardore et impetu.

Itaque in præfatione libelli *de Sera Numinis Vindicta* deinceps editi, non dubitavi nomen fidemque profiteri de univerſa omnium Plutarcheorum operum Editione conficienda. Cujus Editionis nunc demum, præterlapſis viginti duobus annis, priorem partem, ſeu *Moralia* ſolvo: tardius profecto et mea ſpe, et vero multorum opinione hominum. Apud quos quum iſta me tarditas in ſuſpicionem vel pigritiæ, vel vanitatis, adduxerit; facere non poſſe videor, quin de hac me ſuſpicione purgem, rationeſque tarditatis reddam.

Igitur continuo ab illa, libelli *de Sera Numinis Vindicta*, editione in novum incidi vitæ genus: profeſſorium me munus ex alio deinceps aliud excepit, unumquodque ſua ſibi novitate omne meum tempus vindicans. Hoc in vitæ genere ſi dicam, duodecim inſtar annorum tempus de Plutarcho ablatum, datum fuiſſe docendo, ſcribendo, agendo, haud nimium dicam. Singula enumerare nec opus eſt, et oſtentationem habere videatur. Annus unus et item alter, plures deinceps, ita abibant ut muneris ipſe mei ſatagerem, Plutarcho non niſi ſubſecivas, eaſque paucas, darem horas, nec ad laborioſam meditationem, ſed ad quotidiani laboris requiem et relaxationem.

Tum vero paulatim agnovi quantum illa me fefelliſſet opinio de proximo decennio, quo ſperaveram me editionem abſoluturum eſſe. Rationes numeri ſubduxeram ad modum temporis, quod in adornando libello *de Sera Numinis Vindicta* conſumſeram. Hoc fuerat quatuor annorum. Itaque decem anni

ſatis ſuperque eſſe videbantur editioni univerſorum operum; aucta præſertim progreſſu ætatis, ut ſperabam, facultate mea. At vero in iſta ſubductione tres me, iique graves, latebant errores. Primus, in numero paginarum: quæ ſunt illius libelli vicenæ, univerſorum operum bis mille et ultra. Erat igitur enorme, bis mille paginis annos dare decem, quum quatuor dati eſſent vicenis. Alter fuit error, quod non animadvertebam utriuſque temporis diverſitatem. Quadriennium mihi fuerat liberum et integrum ab omni neceſſario negotio, ſequens omne tempus fuit occupatum diſtractumque quotidiano muneris labore. Tertius error verſabatur in eo, quod non attendebam ad rationem colligendi apparatus, quæ in univerſorum operum editione infinitis partibus difficilior et laborioſior futura erat quam in editione parvuli libelli. Quod quale quantumque ſit, operæ pretium eſt exponere.

Duo ſunt boni editoris officia, *Emendatio* et *Interpretatio:* duo item utriuſque bene gerendi officii inſtrumenta, *Comparatio veterum codicum* et *Doctrinæ copia:* illa ad *Emendationem* refertur: hæc ad *Interpretationem*, ita quidem, ut ipſa quoque magnam Emendationis partem complectatur. Nam cum ipſa per ſe doctrina ſæpe correctionem mendorum parit, tum eſt eadem judex ac diſceptatrix lectionum e codicibus depromtarum, quarum nullus eſt uſus, niſi eas doctrina dijudicet ac probet. Jam, ſi verum volumus, in bono interprete tanta ineſſe debet, aut non multo minor, doctrina, quanta ineſt in Auctore: certe ad eum modum, ut locos obſcuros ad legentium intellectum illuſtrare poſſit. Hoc officium apparet quam late pateat ad interpretationem Plutar-

chi, in quo infinita eſt doctrinæ et copia et varietas. Vel una hæc me cogitatio debebat abſterrere a ſuſcipienda ejus editione. BACHETUS MEZIRIACUS poſt AMYOTUM Gallice vertere Plutarchum aggrediens, brevem ſcriptiunculam edidit de ſuo conſilio, AMYOTI erroribus, doctrina denique ea qua Plutarchi interpretem præditum eſſe oportet: cujus doctrinæ partes pleraſque recenſens, parum in iis valuiſſe et frequenter cæcutiiſſe AMYOTUM oſtendit. Plutarchus ut infinita et fere divina erat doctrinæ copia, ita in ſcriptis ſuis locos ex omni doctrinarum genere expromſit; nulla fere eſt vitæ humanæ, ut tunc erat, pars quin de ea vel diſputaverit vel mentionem fecerit. Atqui omnes hi loci, ut legentibus obſcuri, ab interprete illuſtrandi ſunt. Quidni ergo quis ab eo poſtulet, ut omnem qua Veteres valuerunt, rerum verborumque ſcientiam mente complectatur: non modo ut Veterum ſcripta et monumenta legerit, cognoverit; ſed ut omnes diſciplinas, artes, res, in omni vitæ genere apud illos frequentatas, teneat: Grammaticam, Muſicam, Gymnaſticam: Hiſtoriam, Mythologiam, Geographiam, Chronologiam, Criticam: Philoſophiæ partes, Dialecticam, Phyſicam, Ethicam, in iiſque ſingularum ſectarum placita ac diſſenſiones: tum Mathematica, Geometriam, Arithmeticam, Aſtronomiam, Harmonicam: porro artes, civiles, militares, liberales, illiberales: denique ſingularum nationum et civitatum leges atque inſtituta, omnemque in vita cum publica tum domeſtica morum et conſuetudinum varietatem.

At quis, qui tantam tam innumerabilium rerum ſcientiam ab interprete poſtulet, non videat ſe aliquid poſtulare quod in re et natura non ſit poſitum.

Neque ipſe BACHETUS MEZIRIACUS ſe tantam ſcientiam conſecutum eſſe profitebatur: et erat tamen non ſolum AMYOTO doctior, ſed in doctiſſimis adeo hominibus cenſendus. Unus forte JOSEPHUS SCALIGER, quem ex omnibus, qui poſt renatas Literas fuerunt, omni Antiquitatis ſcientia conſummatiſſimum exſtitiſſe conſtat, non multum ab hac perfectione abfuit. Sed nec ſæculum unumquodque SCALIGERUM fert, nec cadit tale ingenium in noſtrum ſæculum; οἷοι νῦν βροτοί εἰσι. Enimvero vel hodiernis ſuæ et ætatis et patriæ in rebus, quæ ante oculos et in promtu poſitæ ſunt, quis illam tantam tenuit ſcientiam? Igitur ne antiquis quidem in rebus et cognitu iis difficillimis, exigatur ab interprete. Valeat illud, *Eſt quodam prodire tenus, ſi non datur ultra.* Habeat interpres eam doctrinam, qua mendoſa quidem ab integris ſemper dignoſcat, ſæpe etiam emendet: obſcura, niſi penitus illuſtret, tamen hactenus patefaciat, ut legentes in veſtigio ponat, quo perſequendo reliquam obſcuritatem ipſi diſpellant: omnino ſit is, qui regnet in illa editionis quaſi provincia, ut neminem habeat in ea ſuperiorem ex iis qui nunc ævum agunt hominibus; nemo ipſo Auctorem magis cognitum, tractatum, perſpectum habeat; nemo tam doctus ſit quin ex ipſius Editione proficere poſſit. Quo quidem gradu me non eſſe, ipſe mihi ſum teſtis. Doctrinarum modo memoratarum, alias ne attigi quidem, alias leviter deguſtavi, paucarum probabiliter peritus; in omnibus infra voluntatem ipſe meam et modum boni editoris. Ulterius progredi mihi datum non eſſe, ſero agnovi. Sed quid facerem? An totum editionis negotium abjicerem? Multos, ex iis qui nunc vivunt, eruditos homines

verisimile est me longe præstare ingenio ac doctrina; et forte breviore tempore meliorem hac mea Editionem effecturos fuisse. Sed hi hoc non egerunt. Ego, ut potui, egi: nec multum quidem, at tantum tamen effeciſſe visus sum, quod et indoctis utile, nec doctis inutile esset. Hoc secutus sum, hoc præ me fero: hæc me spes confirmavit ac sustentavit, ne susceptam editionem deponerem.

Quæ est igitur vis, quæ ratio illius, de quo agimus, colligendi apparatus doctrinæ? Principio quidem, futurus interpres adferat accuratam scientiam Linguæ Græcæ et Antiquitatis, usu bonorum Scriptorum comparatam. Tum Auctorem suum legat, relegat; ut ejus orationem, rationem, consuetudinem, doctrinam, ingenium, mente ac memoria complectatur et in promtu habeat. Denique, quod proprium ac præcipuum est hujus officii, legendi sunt Scriptores antiqui plerique omnes, recentiores etiam optimi: ex iis colligendi loci ejusmodi qui valeant ad Auctoris locos cum corruptos emendandos, tum obscuros illustrandos: neque hoc agendum percurrendis illis Scriptoribus, aut, quod pejus etiam est, locis per Indices vulgatos indagandis, sed meditata ac diligente ipsorum lectione Scriptorum: neque satis est locos illos tantummodo collegisse et attulisse, sed ipsius etiam doctrinæ et artis cujus quisque est locus, totius, quasi corporis, forma et partes tenendæ sunt.

Jam hoc negotium quantum differat utrum in parvo an magno libro, utrum in unius an universorum Plutarcheorum editione librorum agatur, cum nemo non intelligit, tum magis etiam intelligetur, si, quid mihi acciderit, narravero.

Quum ad libellum *de Sera Numinis Vindicta* accederem, recens eram a principum Auctorum Græcorum lectione, ut ex iis quod ad rem præsentem accommodatum esset, facile mihi subjiceret memoria. Libellus, utpote parvus, aliquoties lectus, ita memoriæ tradebatur, ut eum quasi in numerato haberem. Ab hoc item recens, ad alios legendos Auctores progrediens, eos magis percurrebam quam legebam, ut tamen attenderem quod ad hunc libellum pertineret. Locos e doctrinis petitos satis habebam universe et obiter cognovisse, non vacabat eorum vim ex intelligentia et ratione totius doctrinæ percepisse.

At in magni operis negotio nil simile istius vel facilitatis vel levitatis, omnia alia et diversa erant. Cœpi Auctores cum nondum lectos legere, tum antea lectos relegere, nec magis Plutarchi, quam ipsorum caussa: non cursim, sed pedetentim: sæpe insistens, locos difficiles excutiens, plurimos notans et in adversaria referens etiam qui ad Plutarchum non pertinerent. Athenæum, ut hoc utar, antea quindecim diebus perlectum, nunc octo demum mensibus absolvi. Philosophiæ aliarumque doctrinarum jam non satis habui disjecta et quasi dispersa vidisse membra: nil mihi actum existimavi nisi, quoad quidem ejus a me fieri posset, earum formam, nexum, et quasi corpora propius spectarem, originem, progressus, historiam denique cognoscerem. Fuit hic complurium labor annorum, cujus fructum peculiaribus in scholis cum discentibus communicare non dubitavi, ad publicam lucem adhuc immaturum judicavi: partes quidem cum antea prodidi, tum suo loco prodam in Animadversionibus.

Alia tarditatis causa fuit in magnitudine operum

Plutarchi universorum. Duo spissa volumina formæ maximæ, paginarum supra bis mille, Auctoris unius omnium doctissimi, doctrinam ubique spargentis, sæpe effundentis, quantam, quam variam interpreti objiciat materiam, facile est ad ēxistimandum. Hæc ego volumina sæpius a capite ad calcem perlegens, nil proficiebam ad illam promtam locorum recordationem, quam in libello *de Sera Numinis Vindicta* consecutus eram: septima etiam lectione, anteaquam ad medium perveniissem, prima in oblivionem abibant. Igitur materiam ex multitudine ad paucitatem redigere studui, dedi me ad excerpendum. Sed omnia fere excerpenda erant; nil enim non dignum notatu, nil non memorabile videbatur.

Et vero ne sic quidem proficiebam ad promtam expeditamque locorum excerptorum recordationem et facultatem. Sæpe fiebat ut in alterius inciderem Scriptoris locum, de quo dubitarem essetne ad Plutarchum referendus: ergo notavi eum: et notavi fere omnia, ne quid perire sinerem. Sæpe item fiebat ut rem dictionemve in excerpta relatam reperire denuo non possem nisi pervolutatis omnibus excerptorum schedis, et integris nonnunquam libris. Unum jam restabat memoriæ subsidium, ut omnem Plutarcheam rerum verborumque materiam ordine literarum redigerem in Indices, ad eosque materiam apparatus ex aliis Scriptoribus collectam, suo quamque loco annotarem. Ergo hoc egi, et confeci complures Indices eosque locupletes, sed præcipuos quatuor. Primus est nominum verborumque Græcorum: alter grammaticus, formarum constructionis: tertius Auctores, eorumque locos, a Plutarcho memoratos complectitur: quartus est rerum et hominum. Nam

Indices duo, qui exſtant in Editione Græco-Latina et aliis; alter rerum et hominum; alter Auctorum, iſque bis repetitus a Fabricio in Bibliotheca Græca, altero quidem loco novus, ut ait, et locupletior: hi igitur nil erant ad eam quam ego ſpectabam rationem et copiam: ſic compoſui meos, ac ſi illi omnino non eſſent. Indices mei ſemel confecti multum mihi profuerunt ad laboris compendium: ipſa eorum confectio majorem partem temporis a me in Plutarcho collocati abſumſit, fuitque, cæterum, ſupra quam dici poteſt, plena laboris ac tædii, cujus moleſtia ipſam ſuavitatem lectionis librorum Plutarcheorum obrueret: quæ ſane lectio iſtius ærumnæ unicum fuit ſolatium. Utile forte ſit ad aliorum admonitionem quibus aliquando idem ſaxum volvendum erit in edendis magnæ molis Auctoribus, ſed longum eſt pro præfatione, referre, ut enotaverim, annotaverim, excerpſerim, excerpta in Indices referre ſtuduerim breviſſima ratione, primum continuo; tum peculiaribus in ſchedis vel ordine literarum vel ſimpliciter ſcribens, ſcripta transſcribens: ut viæ longitudine defatigatus, ejus compendium quæſiverim nec invenerim: ut iterum tentaverim, et pererratis multis ambagibus denique ad primam longioremque viam recipere me coactus fuerim. Quoties ego tunc de VALCKENARIO cogitavi! eumque non ſine ratione egiſſe intellexi, quum mihi ſuaſiſſet, non univerſa, ſed ſingula Plutarchi ſcripta edere. Sed jam in ſtadium ingreſſo et eouſque progreſſo turpe mihi ducebam recedere, et quemvis potius laborem exantlandum ſtatuebam quam editionis propoſitam ſpem laudemque deſerendam. Perrexi, perfeci. Et ſunt ſane hi jam Indices ſua materia ex-

pleti mihique ad meum uſum utiliſſimi: aliorum uſui ut accommodentur, nil niſi aliquid formæ deſiderant.

Hactenus de *Interpretatione* dictum: nunc de *Emendatione* dicendum. Hujus duplex eſt fons, alter in auctoritate et ſcriptura veterum codicum poſitus, alter in conjecturæ probabilitate.

Et primo quidem, ut fit, ad conjecturam me dabam, et poſtea ſemper eam conſectatus ſum. Erat enim ferax emendationis partæ accurata lectione Auctoris: erat eadem laboris pars jucundiſſima, nec labor potius quam condimentum laboris. In manibus habebam parvulum volumen exempli STEPHANIANI Græci habile et ad geſtandum facile: captans æſtivo tempore umbram arborum, hiberno matutinæ horæ integritatem, nocturnæ tranquillitatem, conjiciebam me in lectionem Plutarchi, in ejus me orationem et ſententiam penitus inſinuabam, ſenſus latentes quaſi veſtigiis odorabar et indagabam. Nulla non lectio habuit inſignem inventionis ſuavitatem, qua non aliam majorem Dii mortalibus largiuntur. Modo corruptelam ſanabam, modo obſcuritatem illuſtrabam, frequentiſſime veterem ipſe meum errorem corrigebam, quo locis ſanis, nondum intellectis, violentum remedium adhibuiſſem. Sed hæc ad futuræ dotem Editionis ſpectabant. Alius erat longe præſtantior ingenii animique fructus: ut cum perſpiciendis philoſophorum præceptis ad rerum divinarum humanarumque intelligentiam nonnihil profeciſſe, tum ſapienter monitis et præceptis ad vera falſaque bona dignoſcenda et recte æſtimanda, ad præjudicatas opiniones et vanas vulgi laudes contemnendas, aliquanto magis inſtructus et confirma-

tus, mihi viderer : atque ita, vel hac ſpe recreatus alacrior ad quotidianum opus accederem, vel ad quietem me darem, ut auctore Platone ſuadet Cicero, ea parte animi, quæ mentis et conſilii eſt, agitata et erecta ſaturataque bonarum cogitationum epulis. Faxit Deus, ut hic mihi fructus ſit perpetuus ! ut ejus certe aliquid in animo hæreat, nec turbis ac nugis pervulgatæ conſuetudinis ac vitæ totus disjiciatur et evaneſcat ! Faxit ut idem fructus per noſtram Editionem ad plurimos dimanet ac propagetur bonarum Literarum ſtudioſos, Plutarchi et lectione frequentata, et intelligentia magis jam expedita.

Alter Emendationis fons erat in auctoritate veterum librorum, cum ſcriptorum tum editorum. Et principio quidem ex editis una contentus eram STEPHANIANA recenſione, cum Genevenſi formæ octavæ, tum illa hinc repetita Græco-Latina formæ maximæ cum Latina interpretatione et notis XYLANDRI : priorum, Aldinæ et Baſileenſis nullam habebam rationem, ut magis etiam quam STEPHANIANA mendoſarum : temere quidem, ut poſtea agnovi, et errorem meum correxi. Principio igitur unice codices ſcriptos conſectabar. Conſtituebam præcipuas per Europam Bibliothecas adire, codices meis ipſum manibus tractare et excerpere. Hujus tamen conſilii effectus intra unam ſubſtitit Pariſinam peregrinationem. Illuc, ut primum potui, ante hos undeviginti annos, evolavi ; quod audiviſſem, collectiones variarum lectionum amplas, e multis codicibus congeſtas paratasque, ibi ſervari. Quod quum præſens ipſe aut parum aut nihilum eſſe intelligerem ; dedi me ad ipſos codices conferendos, quos

bibliotheca publica, cognomine regia, nondum collatos ab editoribus Plutarchi, plurimos habet et optimos, præsertim nonnullos, COLBERTO auctore, e Græcia allatos, in quibus præcipui sunt ii quos notavimus literis B. et E. Hanc peregrinationem incredibiliter fructuosam ad emendandum Plutarchum, quum ultra dimidium annum producere mihi non licuisset; domum redux constitui eosdem fontes, prima quaque opportunitate oblata, repetere, vel ex iis per alios homines haurire. Neutri consilio eventus respondit: nisi quod medicus harum Literarum peritissimus LE FEBVRE DE VILLEBRUNE jucundo me dono auxit facta collatione *Consolationis ad Apollonium* cum duobus illius bibliothecæ codicibus, quos significavimus literis N. et Z. Cæterum codices Parisini a me collati ad duodecim, plurimam emendationis partem Plutarcho contulerunt; licet reliquorum codicum nostrorum ea sit et bonitas et multitudo, quæ haud scio an nemini umquam veteris Auctoris editori adfuerit. Itaque cum alias sæpe, tum proximis his annis, excerpta codicum digerens ad eaque Plutarchi scripturam emendans, in illorum veni recordationem temporum, et amicorum qui conatus meos juvarunt, VILLOISONI, SANCTOCRUCII, LARCHERI, aliorum, de quibus illud dicimus, οὐδέ τι ἴδμεν Ζώει ὅγ' ἢ τέθνηκεν: quæ recordatio, tristis eadem et jucunda, conjuncta certe est cum grato animi sensu et voto, velit Deus et illam bibliothecam incolumem servare, et vero ipsum populum cum vicinis populis in ejusmodi pacem ac tranquillitatem constituere, quæ plurimum valeat ad ingeniorum cultum, et rei cum publicæ, tum privatæ, florem.

Sed redeat, unde digressa est, oratio. Duorum

Moſcuenſium codicum varias lectiones ultro ad me miſit, mox etiam exemplum Græco-Latinum *Vitarum*, adſcriptam habens in margine varietatem alterius ſcripti libri Moſcuenſis: hæc igitur ultro ad me miſit J. F. MATTHÆI, V. Cl. nunc Wittebergenſis, tunc Moſcuenſis Profeſſor, vir multæ et elegantis doctrinæ, qui primus literatam civitatem notitia et uſu divitiarum illius bibliothecæ antea ignotarum locupletavit. Venetos quatuor libros, conciliatore amiciſſimo VILLOISONO, adjutore et fautore JACOBO MORELLIO, viro et humaniſſimo, et in re omni literaria verſatiſſimo, Cuſtode bibliothecæ D. Marci, in meos uſus excerpſit doctiſſimus juvenis PAULUS BLESSIG, illo tempore domeſtici pædagogi munere Venetiis, hoc tempore apud Wurtenbergenſes ſacerdotio fungens. Ejuſdem MORELLII benivolentiæ debeo exemplum Catalogi librorum Plutarcheorum, a Lampria, ut vulgo fertur, confecti, edito exemplo plenius et locupletius. Libros bibliothecæ Lugduno-Batavæ ipſe tractavi, beneficio RUHNKENII noſtri mecum communicatos. Hi continentur, codice VOSSIANO ſcripto: Collectione ANDREÆ SCHOTTI: exemplo Aldino cui adſcriptæ ſunt variæ lectiones LEONICI et JANNOTII: exemplo Baſileenſi cum emendationibus incerti, ſed docti, viri, quem Anonymi nomine ſignificavimus: exemplo STEPHANIANO, in cujus margine BACHETUS MEZIRIACUS varietatem quorumdam librorum ſcriptorum, et vero conjecturas multas eaſque bonas, annotavit: codicibus præterea duobus ſcriptis duorum libellorum, altero *Platonicarum Quæſtionum*, altero PERIZONIANO, *Conſolationis ad Apollonium*. Florentinorum codicum collationes nactus ſum ex

auctione bibliothecæ Gronovianæ: indidem fuit alterius cujuſdam codicis collatio cum aliis libellis: et exemplum STEPHANIANUM cum emendationibus CL. SALMASII, quas ABR. GRONOVIUS cum REISKIO communicaverat. Vaticani et Palatini varietatem magna diligentia excerpſit, præſertim in *Sympoſiacis Quæſtionibus*, nec minore diligentia deſcripſit ex libro Aldino M. A. MURETI, Collationem JANNOTIANAM, ABBAS JOSEPHUS SPALLETTI, vir perdoctus, edito nuper Anacreontis vetuſto exemplari de hominum elegantiorum ſtudiis bene meritus. Denique acceſſerunt codices Britannici cura et benivolentia Illuſtrium DELEGATORUM TYPOGRAPHIÆ OXONIENSIS, in primis JOHANNIS RANDOLPHI, Viri Rev. egregia doctrinæ et humanitatis laude clari, cui plurimum noſtra Editio debet. Codices complures ſunt, Harleiani et Oxonienſes; excerpendi negotium idoneis hominibus mandatum, accurate peractum: in Harleianis libris inchoatum a doctiſſimo WOYDIO, ejus obitu intermiſſum, abſolutum eſt demum reperto cui recte committeretur. Igitur varietatem eorum librorum, quam in Emendationibus Græco contextui et Latinæ Verſioni interjectis, memorare non potuimus, ſuis locis exhibebimus in Animadverſionibus et Indicibus Variarum Lectionum. Locorum eorum quos poſteriores Scriptores, Euſebius, Stobæus, alii, e Plutarcho retulerunt, rationem a me habitam eſſe, non eſt quod moneam. Alia etiam ſubſidia vel edita, vel ad ſingulos Plutarchi libros ſpectantia, intelligentur e recenſione proxima huic præfationi. Codicis cujuſque quæ ſit bonitas, quæ auctoritas, quis fructus ad Plutarchi manum ſcripturamque reſtituendam, cum infinitum

ſit hoc loco exponere, tum uberius cognoſcetur e duobus ſequentibus capitibus hujus præfationis, eique proximis Indicibus, maxime ex Emendationibus noſtris et Animadverſionibus.

Hanc tantam variarum lectionum ſylvam quum contuliſſem ad exemplum STEPHANIANUM quippe vulgatum et reliquis exemplis emendatius; primum quidem ſperabam non opus fore ut eamdem etiam augerem varietate lectionis ex prioribus Editionibus, Aldina et Baſileenſibus, collecta: poſtea, et faciundum eſſe intellexi, et feci. Videbam, in STEPHANIANO exemplo locos complures ineſſe probabiliter vel correctos vel expletos, qui in ſcriptis omnibus libris vel mendoſi vel lacunoſi exſtarent. Horum locorum medicinam, utrum ex prioribus editionibus repetiviſſet STEPHANUS, an aliunde, vel e codicibus ſcriptis, vel e conjectura duxiſſet, non negligere et in medio relinquere debebam; ſi quidem contextum Auctoris et ſcripturam certa ratione conſtituere, et locum quemque ſua auctoritate cenſere vellem. Deinde quis affirmare auderet, nullos omnino locos exſtare meliores in prioribus Editionibus quam in STEPHANIANA, nihil amplius in hanc ex illis derivari poſſe emendationis: quod contra etiam eſſe, vel in libello *de Sera Numinis Vindicta* didiceram. Porro, credibile erat, in prioribus Editionibus locos, quamvis corruptos, tamen veſtigia ſervare ſanæ lectionis; quos locos STEPHANUS e conjectura vel ſua, vel aliorum, ita mutaſſet, ut et a vero aberraret, et veſtigia veræ lectionis obliteraret, et tamen aliquid daret quo legentes contenti eſſent nec de vitio ſpuriaque lectione ſuſpicarentur. Quod in *Moralibus* nulla non pagina accidit; certe quot ſunt paginæ, tot fere

exempla perverſæ correctionis exſtant. Uno utar eoque brevi exemplo. In libello Περὶ τῦ Λάθε βιώσας, Ed. Gr. Lat. p. 1130. E. Steph. p. 2071. ita legitur: οὐδέν ἐσιν ὑπόλειμμα σώματος τοῖς τεθνηκόσι, τιμωρίας ὅπερ ἐσιν ἀντιτύπε δέξασθαι δυνάμενον. Cætera ſatis ſunt plana: ſed quid illud ὅπερ ἐσιν? Poſſit quis ita ſententiam accipere, "Mortuis nullæ ſunt corporis reli-"quiæ, quæ poſſint *illud quantum eſt* ſolidi ſupplicii "ſuſcipere." Probabilis eſt ſententia, nec in Latina interpretatione tantum duri habet quantum in Græca Plutarchi oratione. Ergo lectio fertur, vera habetur. At veteribus libris conferendis vidi exſtare αἵπερ εἰσιν in Aldina et Baſileenſibus editionibus, item in pleriſque meis codicibus ſcriptis: at iſtud nullo modo intelligi poterat: igitur antiquus jam corrector mutavit in ὅπερ ἐσιν, quod patet ex Collectionibus Schotti, Collationibus Jannotii et libro Poli, in quibus eſt ὅπερ ἐσιν: Stephanus, qui ex his libris ſuæ ipſe Editionis ſcripturam conſtituebat, hoc arripuit et edidit. Equidem ut vidi veterem lectionem αἵπερ εἰσιν, ita ex ea agnovi veram lectionem ἀπέρεισιν, quam recepi: et Xylandri interpretationem, *neque reliquiæ ſunt corporum poſt mortem, quæ cruciatus ſuſtinere poſſint*, ita leniter correxi et immutavi, retentis, quoad ejus fieri poterat plurimis verbis, *neque reliquiæ ſunt corporum poſt mortem, quæ cruciatus inflictionem ſolidi capere poſſint.*

Ergo cum illis jam memoratis de cauſſis neceſſariam eſſe priorum Editionum comparationem intelligebam, tum quod minime conſentaneum erat rationi, profligatis tot laboribus, hunc negligere in quo præcipuum editoris munus cerneretur, qui valeret ad cognitionem originis et progreſſus atque, ut ita di-

cam, ad genealogiam, vulgatæ lectionis, ut appareret, quomodo ab Aldino fonte ducta ſcriptura per ſequentes Editiones, vel immutata vel ſervata, ad noſtram ætatem propagata fuiſſet. Neque vero acquieſcere poteram in eo Variarum Lectionum Indice qui ad calcem Græco-Latinarum Editionum adjectus eſt; quippe quem valde negligenter confectum eſſe ſcirem, locorum plurimorum cum omiſſione, tum mendoſa deſcriptione. Neque contentus eram priores Editiones ad manum habere et inſpicere ad quemque quem tractarem locum; quod, ut antea, ita poſtea ſemper feci. Ipſam igitur ab initio ad finem Aldinam cum STEPHANIANA contuli et comparavi, adhibita item Baſileenſi utraque, ex iiſque omnem lectionis varietatem enotavi. Fuit hic labor, ſubſecivus quidem, ſed tamen labor duorum fere annorum.

Nil dicam de moleſtia iſtius negotii, librorum ſcriptorum et editorum excerpendorum, excerptarum lectionum ad ſuos locos conferendarum; ut ſæpe per complures horas deſudans, vix unam lectionem memoratu dignam, nedum meliorem vulgata nactus fuerim. Neque enim hæc ſtudia aliter conſtant: et ſubinde una tandem inventa lectio, qua locus affectus ſanaretur, omne prioris tædium laboris abſtergebat et humaniſſima voluptate compenſabat. Sed exantlata iſta opera, quid profeceram? Nimirum tam immenſam, tam innumerabilem variarum lectionum ſegetem congeſſeram, cujus mole ipſe obruerer, cui digerendæ vix totum vitæ ſpatium ſufficere videretur. Subſtiti dubitans quid agerem, pergeremne, an totum editionis conſilium abjicerem: accedo, diſcedo, alia omnia agere incipio. Redit poſt

aliquot menſes deſiderium priſtini operis : ſuccedit cogitatio, quantum boni in iſta mole ineſſet, modo digereretur. Enimvero, inquam, ejuſmodi adipiſcendæ molis ſpes te Lutetiam traxit : quam tu ſi illo tempore et loco nactus eſſes, ut te felicem prædicaſſes ! Nunc, quum longi temporis labore hanc jacturam compenſaveris, molem meliorem etiam ipſe tibi congeſſeris, tu tantum bonum defugies ? Τέτλαθι δὴ κραδίη, καὶ κύντερον ἄλλο ποτ' ἔτλης : duriora et paſſus es et ſuperaſti in conficiendis Indicibus. Hæc me cogitatio incredibiliter erexit et cum ſtudio Plutarcheæ editionis in gratiam reduxit. Admoveo manum operi : moles paulatima peritur, purgatur, ordinatur. Eſtque hæc totius Plutarcheæ materiæ ea pars, quæ prima ad vulgandum parata fuerit : cujus partis delectus et quaſi flos in his quinque Voluminibus exſtat.

Sed labor in tota hac Editione conſumtus, licet multis partibus moleſtus fuerit ; multo tamen moleſtiores fuerunt reprehenſores laboris. Horum duplex fuit genus, doctum et indoctum. Indocti fere me admonebant, ne ipſe me ad durum opus damnarem, vitæ ſuavitatibus privarem. Quibus ut aliquid reponerem quod caperent, dicebam, et ipſos habere ſua oblectamenta, ſua ſtudia, quibus a quotidiano ſe opere recrearent : hoc meum mihi eſſe oblectamentum, meum ſtudium, in quo tempus a muneris occupationibus liberum ſuaviter tranſigerem. Tum vero minus etiam capiebant, quale hoc eſſet, laboris relaxationem in alio labore quærere : mentis morbum ſubeſſe putabant, miſerantes me ut alterum Heautontimorumenum illo fere dicto dimittebant, *An cuiquam eſt uſus homini, ſe ut cruciet.* Docti ini-

quiores erant, nec tam facile me dimittebant; corripiebant, et veluti debitum a me exigebant: " Heus " tu! ecquando Plutarchus prodibit?" Dicebam, nondum omnia mihi esse parata ad justam editionem; magnam et variam esse operam, emendationis, interpretationis, apparatus doctrinæ colligendi, porro varias lectiones congerere, Indices conficere, omnia denique digerere. Tum illi, " Da quod habes, re- " liqua supplebis altera editione: utendum est inge- " nio et elegantia; non obscura ista et laboriosa " diligentia. Enimvero indignum est liberali doc- " trina negotium Indices conficere, varias lectiones " et materiam congerere: hoc per alios agendum: " tuum est ordinare materiam." Quid responderem? Multa, sane: modo audire voluissent. Quod mihi sit consilium, quæ animi sententia, nunc dicam. Diu est quod illam ingenii laudem consectari desii: si sponte sequitur, accipio: sin minus, non curo. Omnem mihi laudem in honestate constitui: honestatem in explendo officio positam existimo, officium proficisci a vitæ genere, seu muneribus, quæ vel natura nobis dedit, vel fortuna (quam rectius Providentiam vocemus) vel suum cuique judicium: veluti natura unicuique nostrum tribuit munus hominis, civis: fortuna, aliis alia, mihi professorium: ipse mihi assumsi munus edendi Plutarchi: hoc adolescens suscepi, putans me aliquid facultatis habere ut munere bene gerendo aliis prodesse. Jam si ad ingenii ac virtutis fructum pertinet, Plutarchi intelligentiam expeditiorem reddi; honestum est hoc munus; et si honestum est, honeste item expleri debet: seu, ut idem aliis verbis dicam, officium mihi est, hoc munus recte agere. Primum igitur, ne de

altera editione cogitemus, quando primam nondum eo perduximus ut officio nos ſatisfeciſſe putemus. Deinde adhibeamus muneri explendo neceſſarias, tamquam operi inſtrumenta, facultates, quæcumque illæ ſint et vocentur, ingenium, doctrinam, induſtriam, diligentiam, aſſiduitatem, cæteras. Hoc enim et officium et rationi conſentaneum eſt. Igitur et contra officium, et abſurdum eſt, ſolo ingenio uti velle in opere ubi tam magnæ ſunt partes multarum aliarum facultatum. Sed quid illud eſt quod ingenii nomine appellant? Eſt, inquiunt, celeritas mentis, velocitas cogitationis, eſt omnino divinum quid, quod ſi quis habet, is reliquas facultates non deſideret. Jam intelligo. Eſt nimirum tale, quale dicitur a Platone de poetis, κῦφον χρῆμα καὶ πτηνὸν καὶ ἱερὸν, leve negotium, et volaticum ac ſacrum; ut, quum nihil didiceris, tamen omnia didiciſſe videaris. Equidem neſcio an in editione hac Plutarchea aliquid ingenii ſit. Hoc ſcio, quidquid, aut ſi quid, in ea eſt inventionis, hoc me non volando aſſecutum eſſe. Mihi eam natura tribuit tarditatem, ut gradatim procedendum ſit, ſi quo pervenire cupiam, via quærenda, rationes ſubducendæ, circumſpiciendum in omnem partem, lux aliunde ſæpe accendenda. "Sed," inquiunt, "compendium laboris facere poteras ejus "parte aliis mandanda." Fuerunt qui codices ſcriptos mei cauſſa excerperent. Cætera omnia ipſe agere et efficere debui. Nos qui in hoc literarum genere ac munere verſamur, non ſumus ita beati ut in familia noſtra pueros literatos habeamus, quibus hanc operam mandemus. Quos etiam ſi haberemus, tamen certiuſque lubentiuſque per nos ipſi quam per alios hanc officii partem exſequeremur. Sumus, quod

Socrates ait, αὐτεργοὶ τῆς σοφίας. Sint alii architecti doctrinæ, habeant ſuos operarios et bajulos, contemnant nos qui nobis ipſi bajuli ſumus, habeant comitatum, catervas laudantium et mirantium ſpeciem eruditionis, volitent vivi per ora hominum, videantur ſibi aliiſque multum ſapere,

Horum
Semper ego optarim pauperrimus eſſe bonorum.

Hæc mihi dicenda judicavi, de operæ a me in Plutarcho collocatæ initiis et progreſſu, tardo illo quidem, ſed tamen progreſſu ; cum, ut rationem nominis tarde ſoluti redderem: tum, ſi forte juvenes, qui aliquando aliud hujuſmodi editionis opus capeſſerent, ex meis erroribus breviorem viam invenire poſſent. Hos vero etiam monere debeo, ut cogitent quale quantumque onus ſuſcipiant. Sciant, in conficiundo opere ipſis non ſolum cum labore conflictandum eſſe, ſed etiam cum reprehenſoribus laboris : confecto opere, pauciſſimos fore, etiam ex iis qui judicare aliquid poſſint, qui operam cognoſcant, agnoſcant, recte æſtiment, tot volumina legant, ut locos deprehendant eos in quibus maxime operæ pretium factum eſt : plurimos fore novitatis captatores, qui in opus involent, leviter inſpiciant, continuo ſententiam in publicum prodant, ſpecie gravem, re levem, eam tamen quam vulgus ſequatur. Cogitent quibus rationibus animum inſtruant, ut contemta vulgari gloriola, ſolo ſe tueantur paucorum peritorum ac prudentium virorum judicio, ejuſque judicii minimam partem præſente ætate, plurimam ſequentibus ſæculis contineri ſtatuant. Cogitent, veram laudem non in fama et ſermonis celebritate poſitam eſſe, ſed in fructu qui ex noſtro labore ad

alios redundat, qui, quamvis ignoti et taciti, tacite editori gratiam habeant de Auctoris intelligentia aperta et faciliore reddita. Tum demum bonam ſpem de ſucceſſu conſilii ſui capiant, quum illa omnia apud ſe reputaverint, perpenderint, conſtituerint: quum, neglectis clamoſis exactoribus operis, in ſuſcepto itinere conſtanter pergant, unice jam illud Ennianum et iſtis opponant, et ſibi proponant,

Unus qui nobis cunctando reſtituit rem;
Non ponebat enim rumores ante ſalutem;
Ergo poſtque magiſque viri nunc gloria claret.

CAPUT III.

Hiſtoria ſtudii a prioribus in frequentandis edendiſque Plutarcheis ſcriptis poſiti.

SECTIO I.

Index Scriptorum veteris et medii ævi, apud quos Plutarchi, vel mentio fit, vel loci exhibentur, vel veſtigia exſtant.

QUÆRENTIBUS nobis unde et qua via hic Plutarcheorum librorum numerus et ſcripturæ contextus ad nos pervenerit, duæ occurrunt ætates: altera, proxima, quæ eſt a prima chalcographica editione: altera, remotior, ab ipſius Plutarchi ævo repetita et ad illam uſque ætatem deducta. Illa nullo modo ab Editore negligi debet. Hujus tractatio pauciſſimis adhuc adhibita eſt Auctoribus: neque cum aliqua hiſtoriæ copia adhiberi poteſt niſi fere iis qui doctrinæ ac ſectæ auctoritatem habuerunt, veluti Sacri Scriptores et Eccleſiaſtici, et in diverſis generibus Homerus, Hippocrates, Plato, Ariſtoteles,

alii Philoſophi, item Legiſlatores et Juriſconſulti. Cæteri ita ad nos venerunt, ut quo itinere quibuſque converſionibus per hanc priorem ætatem propagati et ſervati fuerint, ignoretur. Et ſane de Plutarcho pauca dici poſſunt. Nec tamen idcirco non quærendum qualia ſint hæc pauca; nec committendum, ut totus hic locus vacuus relinquatur, ſi ad juſtum Hiſtoriæ Criticæ modum expleri nequit, ſed fere conſiſtit intra fines Indicis Scriptorum qui Plutarchi aliquam rationem habuerunt. Habet autem hæc tractatio tres in primis difficultates. Prima eſt in colligendis Scriptorum locis ex innumerabili voluminum mole et multitudine; ut verear ne complures me fugerint et latuerint loci. Altera eſt, quod de nonnullis locis non certo conſtat, ſintne ab ipſis, quorum nomine feruntur, Scriptoribus proditi, an a poſterioribus additi. Tertia eſt, quod nonnullorum ætas Scriptorum latet; ut eos non certo ac ſuo, ſed veriſimili et aliquo ſaltem loco ponere debuerim. Igitur hanc tractationem non ut juſtam ac ſuis locis abſolutam exhibemus, ſed ut adumbratam et extremis lineis deſignatam: quam aliquando poſteri editores ad certiorem plenioremque formam ſuppleant. Nunc quidem ea contenti ſimus; quandoquidem ſimul vicem gerit ejuſmodi capitis quod editores *Teſtimonia de Auctore* nominare, eoque ſub titulo præfationibus ſubjicere ſolent. Cæterum, Scriptores per Sæcula digeremus: locos e perditis Plutarchi libris hic verbo notabimus, plene ac diſerte in *Fragmentis* apponemus.

SÆCUL. II.

Plutarchus ſæculo natus medio fere primo, famæ maturitatem habuit ac floruit ineunte ſecundo. Ce-

lebratus Romæ et in Græcia cum habendis ſcholis, tum ſcriptis edendis, ſua jam ætate magnam conſecutus eſt auctoritatem, ut multis indiciis colligitur ac diſertis proximorum teſtimoniis Auctorum confirmatur. Ab æqualibus, quoad quidem eorum ſcripta ſervata ſunt, non memoratur, Dione, Tacito, Plinio Minore, Juvenale, Suetonio: nec ipſe illos memorat, niſi forte Dionem, ſiquidem adverſus hunc fuit deperditus liber πρὸς Δίωνα, cujus notitiam debemus Catalogo librorum Plutarcheorum qui Lampriæ nomine fertur. Sed inter æquales hoc ſilentium frequens reperitur. Taciti veſtigia legiſſe videtur in Galba et Othone, item in Amatorio de Epponina.

LAMPRIÆ Plutarchi filii, Πλουτάρχε βιβλίων πίναξ, *Librorum Plutarchi Index*. Hujus partem primus vulgavit STEPHANUS in Annotationibus ad Plutarchi *Moralia*. Deinde auctiorem edidit HOESCHELIUS, fine tamen mutilum, addita Lampriæ Græca præfatiuncula. HOESCHELIANUM exemplum repetitum eſt in tribus editionibus Græco-Latinis. Si germanus eſt hic Index, non aliud habemus de Plutarcheorum librorum auctoritate et argumentis antiquius monumentum. De Epiſtola, ſeu præfatiuncula, Lampriæ, dubito: nec putem ab ipſo ſcriptam eſſe. Index ipſe utrum a Lampria an alio homine, confectus ſit, non facile dicam: licet confirmare videatur Suidas in Voce: Λαμπρίας Πλουτάρχε τοῦ Χαιρωνέως υἱός· ἔγραψε πίνακα ὧν ὁ πατὴρ αὐτοῦ ἔγραψε περὶ πάσης Ἑλληνικῆς καὶ Ῥωμαϊκῆς ἱστορίας. Indicem exſtitiſſe antiquitus librorum Plutarchi vix dubitare nos ſinit vetus conſuetudo Grammaticorum ſtudioſa conficiendorum Πινάκων, de qua ne alios memorem,

videantur CASAUBONUS ad Athen. vi, 10: et JONSIUS de Scriptorib. Hiſt. Phil. ii, 5, 5. Etiam a veteribus librariis Indices præfixos fuiſſe librorum Plutarcheorum quæ in aliquo volumine continerentur, cum ex aliis conſtat codicibus ſcriptis, tum ex Pariſienſibus, A. B. E. Hic, de quo agimus, Index ſatis certa habet indicia germanæ et antiquæ auctoritatis. Præfatiuncula a poſteriore librario conficta videtur. Abeſt item ab exemplis Venetis, quæ ab edito multis partibus diſſentiunt eoque aliquot locis auctiora ſunt. Bina ſunt illa exemplа ſcripta ſæculo xv; alterum a JOHANNE RHOSO, anno 1455, ſignificatum in Catalogo nota numeri 248, hanc ipſius RHOSI manu additam habet admonitionem, quam hoc loco referre operæ pretium eſt: nam enumeratis *Vitarum* quæ exſtant titulis, hæc ſubjicit: Παρὰ πάντα δὲ ταῦτα πρὸ μέν τινων χρόνων ὡς ἔν τινι ἀρχαίᾳ βίβλῳ ἐγέγραπτο, καὶ τῶν ὑπογεγραμμένων λόγων συνόψεις ηὑρίσκοντο· εἰς ἡμᾶς δὲ οὐκ ἔφθασαν ἢ μόνον αἱ αὐτῶν ἐπιγραφαί· ἐδαμῆ γάρ πω αὐτῶν ἐνετύχομεν· τῶν δὲ φιλολόγων χάριν, καὶ ὡς ἂν εἰδεῖεν ὅσα ὁ Χαιρωνεὺς ὅτος σοφὸς συνεγράψατο, τὰς αὐτῶν ἐπιγραφὰς ἐνταῦθα ἐξεθέμεθα. Ergo eorum qui nunc ſunt perditi, exſtabant antiquitus Compendia ſeu Epitomæ, ſ. Συνόψεις, qualis eſt illa libri *De Comparatione Ariſtophanis et Menandri*. Et omnium adeo Plutarcheorum librorum Epitomæ videntur fuiſſe. Supereſt ex earum genere illa *De animi Generatione ex Timæo*. Diſerte ſignificant etiam illa verba, τῶν ὑπογεγραμμένων λόγων, exſtitiſſe συνόψεις; ſunt enim ὑπογεγραμμένοι a RHOSO dicti libri Indicis, quorum inſcriptiones ac nomina inferius recenſita erant: et Index continebat tam perditorum quam ſervatorum nomina. Putem has Epitomas factas fuiſſe Sæculo ix

temporibus fere Conſtantini Porphyrogenneti: cujus ætatis tale fuit ingenium. Cæterum, Indicem ipſum noſtraſque de libris perditis in eo recenſitis animadverſiones, exhibebimus in *Narratione de Vita et Scriptis Plutarchi.*

FAVORINUS librum ſcripſit *Plutarchi* nomine appellatum, ut refert Galenus περὶ τῆς ἀρίστης διδασκαλίας capite primo, Edit. Charter. T. II. p. 16. B. C. —Φαβωρῖνος εἴρηκεν ἐν τῷ περὶ τῆς Ἀκαδημιακῆς διαθέσεως, ὃ Πλούταρχος ἐπιγέγραπται. Λέγει δὲ αὐτὸ (forte τὸ αὐτὸ) ἐν τῷ πρὸς Ἐπίκτητον, ἐν ᾧ δήπουθεν ἐστὶν Ὀνήσιμος ὁ Πλουτάρχε δοῦλος Ἐπικτήτε διαλεγόμενος. Veriſimile eſt Plutarchi perſonæ et nomini pluribus etiam in libris a Favorino locum fuiſſe datum. Certe Plutarchi fuit et amicus et æmulus. De æmulatione conſtat e Suida in voce Φαβωρῖνος·—ἀντεφιλοτιμεῖτο γοῦν καὶ ζῆλον εἶχε πρὸς Πλούταρχον τὸν Χαιρωνέα εἰς τὸ τῶν συντατομένων βιβλίων ἄπειρον. De ſtudio et amicitia indicium eſt in loco Galeni, et compluribus Plutarchi libris. Hic librum *De Primo Frigido* ad Favorinum ſcripſit: item *Epiſtolam ad Favorinum* memoratam in Indice librorum Plutarcheorum, de quo proxime diximus: et honorificam ejus mentionem fecit in *Sympoſiacis Quæſtionibus* ix, 10.

TAURUS egregius, ætate Antonini Pii, philoſophus, et Plutarchi, ut videtur familiaris, ejus in puniendo ſervo conſtantiam, et librum περὶ Ἀοργησίας, memoravit in ſchola, præſente Gellio, ut ab ipſo refertur N. A. i, 26; *Sed et quid Plutarchus noſter vir doctiſſimus ac prudentiſſimus ſenſerit, non ab re eſt ut id quoque audias*—. Locum exhibebimus in *Narratione De Vita Plutarchi.*

ARTEMIDORUS ſomnium quod Plutarchus

viderit paulo antequam moreretur, narrat Onirocrit. iv, 74: modo is ſit noſter Plutarchus. Locum reſervamus ad *Narrationem de Vita Plutarchi.*

APPIANUS, licet non ſit habendus auctor Parthicorum libelli conſarcinati ex Plutarcheis Vitis Craſſi et Antonii; aliis tamen in libris rationem videtur habuiſſe Plutarchi, quamquam nomen ejus nuſquam prodidit. Studium ſæculi ſui in Vitas Parallelas et Comparationes, a Plutarcho excitatum ac frequentatum, tangere oblique videtur in Syriacis capite xli. Epaminondæ et Scipionis Africani in capitis judicio conſtantiam narrans, et in exitu narrationis hæc addens, Τάδε μὲν δή τις, ὡς ἐθέλοι, συγκρίνειν ἔχει: item de Bello Civili libro ii. in fine, perſequens comparationem Alexandri et Cæſaris a Plutarcho prætermiſſam.

GELLIUS unus eſt ex omnibus hujus ætatis ſcriptoribus in laudandis memorandiſque Plutarchi ſcriptis frequentiſſimus. Primi adeo capitis initium ducit a nomine Plutarchi, ex libro perdito *De Vita Herculis*; nam vera videtur eſſe J. F. Gronovii emendatio reſtituentis, *Plutarchus in libro quem de Herculis quali inter homines fuerit animi corporiſque ingenio et virtutibus conſcripſit—*. Ex aliis perditis libris locos refert. *De Homero, ex primo*, iv, 11: *ſecundo*, ii, 8, 9. *Commentario quarto in Heſiodum*, xx, 8. *De Anima* ex *primo* libro, i, 3: xv, 10. Ex iis qui ſuperſunt, περὶ Πολυπραγμοσύνης, xi, 16: περὶ Ἀοργησίας, i, 26. *Sympoſiacis Quæſtionibus*, iii, 6, iv, 11, xvii, 11. Denique ex libro non nominato ſententiam Arceſilæ iii, 5. Hos locos partim in Animadverſionibus ad ſuperſtites libros, partim in Fragmentis, exhibebimus.

GALENUS, Plutarchi Ὁμηρικὰς μελέτας laudat De Dogmat. Hippocrat. et Platon. iii, 2. Edit. Charter. T. V. p. 115. E. Ex Favorini libro eum memorat; ut ſupra notavimus. Porro, ſi quid hoc eſt, ſpurius liber utriuſque nomine perperam fertur idem, Plutarchi qui dicitur *De Philoſophorum Placitis*, Galeni *Hiſtoria Philoſophiæ*.

APPULEIUS, in principio Metamorphoſeon, poſt exordium: *Theſſaliam: nam et illic originis maternæ noſtræ fundamenta a Plutarcho illo inclyto, ac mox Sexto philoſopho nepote ejus prodita, gloriam nobis faciunt: eam Theſſaliam ex negotio petebam.* Non eſt dubium quin noſter hic ſignificetur Plutarchus. Nec opus eſt, vel cum viris doctis, hoc dictum, in fabulæ hujuſmodi ſcriptore, ad temporis locique rationem aut omnino ad veritatem exigere: vel cum OUDENDORPIO inſititium judicare. M. Aurelii Antonini præceptor fuit Sextus, Plutarchi nepos: Capitolin. cap. iii. hinc Eutropius viii, 12: Xiphilinus in M. Antonin. p. 363. edit. Sylburg. Suidas Voc. Σέξτος Χαιρωνεὺς, ἀδελφιδῆς Πλουτάρχου. Philoſtratus Vit. Soph. ii, 1, 9, vocat Σέξτον τὸν ἐκ Βοιωτίας φιλόσοφον: indidem Suidas Voc. Μάρκος. *Sextum*, ſimpliciter, in magiſtris ſuis nominat Marcus Antoninus i, 9.

POLYÆNUS Strategematum libri octavi magnam partem ſumſit ex Plutarchi libello *De Virtutibus Mulierum*; ut ſolet, non nominato auctore. Ex *Vitis* etiam, et præcipue ex illa deperdita Epaminondæ, complura ſublegiſſe videtur.

AMYNTIANUS, Vitas Parallelas Dionyſii ac Domitiani, Philippi et Auguſti, ad Marcum Imperatorem, conſcripſit: teſte Photio Cod. cxxxi: quod quin imitatione Plutarchi fecerit, non eſt quod dubitemus.

PHRYNICHUS in *Ecloga Nominum et Verborum Atticorum*, ut nunc exſtat, Plutarchum bis reprehendit ut minus Attice et minus antique locutum. P. 80, Δυσωπεῖσθαι. Πλουτάρχῳ μὲν ἔστι περὶ Δυσωπίας βιβλίον· τοῦτο ὅπερ οἴεται δηλοῦν τὸ ἐντρέπεσθαι καὶ μὴ ἀντέχειν δι' αἰδῶ. Ἀλλὰ σημαίνει ἡ Δυσωπία παρὰ τοῖς ἀρχαίοις τὴν ὑφόρασιν καὶ τὸ ὑποπλεύειν. Item, p. 120, Σύγκρισις. Πλούταρχος ἐπέγραψε σύγγραμμά τι τῶν αὐτοῦ Σύγκρισις Ἀριστοφάνους καὶ Μενάνδρου. Καὶ θαυμάζω, πῶς φιλοσοφίας ἐπ' ἄκρον ἀφιγμένος καὶ σαφῶς εἰδὼς, ὅ, τι ποτὲ ἐστὶν ἡ σύγκρισις, ἐχρήσατο ἀδοκίμῳ φωνῇ. Ὁμοίως δὲ καὶ τὸ Συγκρίνειν τόνδε τῷδε, καὶ Συνέκρινεν, ἡμάρτηται. Χρὴ οὖν ἀντεξετάζειν καὶ παραβάλλειν λέγειν. Poterat etiam alia ex *Vitis* Plutarchi exempla ſumere Phrynichus, vocabulorum Σύγκρισις et Συγκρίνειν. Ex locupletiori Phrynichi exemplo profectus eſſe videtur locus Lexici inediti Pariſienſis, quem debeo RUHNKENIO meo: Παραλλήλους μὲν βίους λέγομεν καὶ ἄνδρας παραλλήλους· οὐκέτι δὲ κατὰ ἄλλας πτώσεις, οἷον βίον παραλλήλων, ἢ, ἐν τοῖς παραλλήλοις βίοις· ἔτι δὲ ἧττον λεκτέον ἐνικῶς, παράλληλον βίον· οὐδὲν γάρ ἐστιν ἄλλον. Μᾶλλον ἂν λεκτέον, (ὅτι) ἐν τοῖς βίοις τοῖς παρ' ἀλλήλους τεθεωρημένοις, ἢ τῶν ἀνδρῶν τῶν παρ' ἀλλήλους ἐξητασμένων, Ἑλλάνικος τοῦτο ἱστορεῖ ἐν τοῖς κατ' ἄλληλα, οὐκ ἐν τοῖς κατ' ἀλλήλους. Ἐν μέντοι γεωμετρίαις συνήθως ἤδη λέγεται παράλληλος εὐθεῖα, καὶ κύκλοι παραλλήλοι. Ἐπισκέψασθαι δὲ χρὴ, εἰ τὸ ἐκ παραλλήλου εἴρηται ὑπό τινος τῶν δοκίμων· ἐγὼ μὲν γὰρ οὐκ οἶμαι. A Plutarcho, non ut a Grammatico et Rhetore, obſervatio Atticæ dictionis exigenda erat; quando eam ipſe non profitebatur. Sed de hoc, alius erit locus. Nunc ſatis eſt animadvertiſſe, Plutarchi libros ac dicendi formas frequentiam et auctoritatem habuiſſe haud vulgarem: ſi quidem Phrynichus eorum ad cavenda orationis vitia rationem habuit.

SÆCUL. III.

Scriptores Chriſtianos ſuperioris Sæculi, Juſtinum Martyrem, Athenagoram, Tatianum, Irenæum, Theophilum, Hermiam, non exiſtimem ſcripta Plutarchi legiſſe. His aliquanto plus verſati in humanioribus Literis ac doctiores, ut Eccleſiaſtici tamen, ſine ratione critica aut philoſophica, Clemens Alexandrinus ac Tertullianus quamquam Plutarchum nominatim, quod ſciam, non memorant, eum tamen quibuſdam locis ob oculos habuiſſe et ſecuti videntur. Clemens non fere niſi antiquiores nominat, æquales et proximos omiſſis nominibus, in rem ſuam convertit. Stromatum appellationem haud facile, a Plutarcheorum Stromatum imitatione abeſſe, quis dicat?

DIOGENES LAERTIUS bis citat Plutarchum: e *Vita Sullæ* iv, 4: e *Vita Alexandri* ut videtur ix, 60. Prior locus dubitationem habet, ac forte inſititius eſt, ut quidem eruditiſſimo Rossio videtur Commentat. Laert. p. 57. Alius eſt locus ubi Ruhnkenius nomen *Plutarchi* reponendum cenſet, i, 22, *de Thalete*, ubi nunc legitur nomen *Platonis*: nomina hæc permutata frequenter librariis, alibi etiam reſtituit, ut infra monitum in loco de Suida et Etymol. M. Diogenem hoc videri ſumſiſſe ex perdito libro in Lampriæ Catalogo, Περὶ τῶν πρῶτον φιλοσοφησάντων, καὶ τῶν ἀπ' αὐτῶν. Sed de his uberius dicemus ad illos Plutarchi libros.

ATHENÆUS diſerte locum ex Plutarcho profert, ii, p. 52. D. Πλούταρχος δὲ ὁ Χαιρωνεὺς φησὶ παρὰ Δρούσῳ τῷ Τιβερίου Καίσαρος υἱῷ, ἰατρόν τινα ὑπερβάντα πάντας ἐν τῷ πίνειν, φωραθῆναι πρὸ τοῦ ποτοῦ προεσθίοντα πικρὰς ἀμυγδάλας πέντε ἢ ἓξ κ.τ.λ. ſumtum e *Sympo-*

ſiacis Quæſtionibus, p. 624, C. Ex eodem opere, item e *Vitis* aliquoties, omiſſo Plutarchi nomine, eum deſcribit; quod ſuis locis notabimus.

ÆLIANUS Plutarchum nuſquam nominat: tamen haud pauca capita ex illo vel tranſcripſit vel adumbravit. Hoc in variis hiſtoriis partim PERIZONIUS aliique interpretes notarunt. In opere de Natura Animalium haud minus ſunt manifeſta imitationis veſtigia. Sed horum ſuo quidque Plutarcheo loco explicabimus.

DIO CASSIUS duos nominatim Plutarchi profert locos, Fragm. Peireſc. xxxviii, ex *Vita Pyrrhi*, et cxxxiii, ex *Pompeii Vita*. Alia ejuſdem Dionis Fragmenta octo, Peireſciana cxxi—cxxiv, Urſiniana clxxxiii—clxxxvi e Plutarchi *Sylla*, omiſſo nomine, deſcripta. Quæ ut aſſentior REIMARO, perperam Dioni tributa eſſe, ita in aliis hiſtoriæ partibus Dionem e Plutarcho profeciſſe, et ipſa res oſtendit, nec REIMARUS negat.

ORIGENES Contra Celſum v, p. 521, qui ex Eccleſiaſticis Scriptoribus, primus, quod ſciam, Plutarchum nominat, libros ejus περὶ ψυχῆς memorat.

LONGINUS non quidem in iis quæ ſuperſunt ejus reliquiis Plutarchi mentionem fecit: at quin ſcripta ejus diligenter legerit dubitare nos non ſinit, cum rationis et orationis ſimilitudo, tum manifeſta imitationis veſtigia: quod et RUHNKENIUS animadvertit, et nos monuimus in cenſura editionis TOUPIANÆ, Bibliothecæ Criticæ Volumine primo, Parte tertia.

PORPHYRIUS in opere De Abſtinentia, nominatim Plutarchum laudans, longum adfert locum ex libris *De Solertia Animalium* et *De Carnium Eſu*, iii,

18—24 : ex *Vita Lycurgi*, iv, 3, 4, 5 : omiſſo auctoris nomine ejus diſputationem in ſuam transfert ipſis fere verbis, ex eodem *De Solertia Animalium* libro, De Abſtinentia i, 4—6 : e *Sapientum Convivio*, iii, 27. Plutarchi vel laudes celebravit vel vitam memoriæ prodidit ; modo fides habenda ſit Johanni Malalæ, noſque eum recte intelligamus, Chronograph. l. iii. in fine : Τὸν δὲ Πλούταρχον τὸν Χερονήσιον Πορφύριος ἐν τῇ φιλοσόφῳ αὐτῦ χρονογραφίᾳ ἐδόξασεν. Stupor hominis apparet in Χερονήσιον et χρονογραφία. Neque enim Χερονήσιος eſt Plutarchus, ſed Χαιρωνεύς : nec χρονογραφία φιλόσοφος fuit Porphyrii liber, ſed ἱςορία φιλόσοφος. At Porphyrii liber in Platone deſiit, teſte Eunapio, niſi magnæ, certe majoris quam Malalas, auctoritatis : Proem. p. 10. Τὴν φιλόσοφον ἱςορίαν καὶ τοὺς τῶν φιλοσόφων ἀνάγων (legendum ἀνδρῶν) βίυς Πορφύριος καὶ Σωτίων ἀνελέξαντο· ἀλλ' ὁ μὲν Πορφύριος, ἕτω συμβὰν, εἰς Πλάτωνα ἐτελεύτα καὶ τὰς ἐκείνυ χρόνυς—. An igitur pro φιλοσόφῳ ſcribere debuit φιλολόγῳ Malalas ? nam fuit liber Porphyrii alius φιλολόγυ ἱςόριας. An potius ratio Malalæ habenda eſt nulla ? Vellem hunc locum attigiſſet L. Holstenius in egregia illa Diſſertatione De Vita et Scriptis Porphyrii. Ἐδόξασε quidem rectius accipiatur pro *celebravit*, ut vertit Chilmeadius, quam, ut idem in nota tentavit, *ejuſdem fuit ac Plutarchus opinionis*.

CAPITOLINUS in Vita M. Antonini Philoſophi, cap. iii : *Audivit et Sextum Chæronenſem, Plutarchi nepotem.*

ARNOBIUS Adverſ. Gentes iv, p. 144 : *Chæroneus Plutarchus noſtrarum eſſe partium comprobatur, qui in Oetæis verticibus Herculem poſt morborum comitialium ruinas diſſolutum in cinerem prodidit.* Hæc, ut videtur,

ex Vita Herculis ſumta. V, p. 168: De Fauna ſeu Fatua idem narrans quod eſt apud Plutarchum in *Quæſtionibus Rom.* p. 268, D, hæc addit—*ſicut ſuis ſcribit in Cauſalibus Putas*; quod poſtremum nomen veriſimillima correctione in *Plutarchus* mutandum cenſet HERALDUS; licet diſſentiente VOSSIO De Hiſt. Gr. iii, p. 337.

SÆCUL. IV.

EUSEBIUS in Præparatione Evangelica unus omnium Eccleſiaſticorum optime de bonis Literis meruit quod aliena quam ſua prodere maluit. In his alienis, ut aliorum veterum Auctorum Græcorum, magnam partem perditorum, ita Plutarchi, ſunt loci et longi et copioſi. Ex perditis operibus, quorum inſignes ſervavit partes, ſunt *Stromata*, i, 8: *De Platæenſibus Dædalis*, iii, 1, 2: *De Anima liber primus*, xi, 36. Ex reliquis ſunt, *De Oraculorum Defectu*, v, 4, 5, 16, 17: *De Iſide et Oſiride*, v, 5: *De EI Inſcriptione Delphica*, xi, 11: *De Placitis Philoſophorum*, xiv, 14, 16; xv, 23—61. Sed hæc ſuis quæque locis, cum Librorum, tum Fragmentorum, exhibebimus.

JULIANUS IMPERATOR, locum e *Vita Catonis Minoris* Χαιρωνέως ἀνδρὸς auctoritate refert in Miſopogone p. 358: *Cratetis Vitam* memorat in Oratione vi, p. 200, B: Μυθικὰ διηγήματα, Orat. vii, p. 227, A.

EUTROPIUS Hiſt. viii, 12. Vide ſupra in Appuleio.

HIMERIUS Edit. Wernſdorfii. Ecloga vii, 4, p. 166, De filio ipſe ſuo dicit, Οὗτός ἐστιν ἐκ Πλουτάρχου, δι' οὗ πάντας παιδεύετε: De eodem mortuo Orat. xxiii,

21, p. 800, Θρηνῶ νῦν ὃν δεινότερον ἤλπισα Μινεκιανῷ φθέγξασθαι, σεμνότερον δὲ Νικαγόρᾳ, Πλούταρχῳ δὲ εὐγλωττότερον, Μεσωνίᾳ δὲ φιλοσοφώτερον, Σέξτῳ δὲ καρτερικώτερον. Priorem locum ita accipiam. *Plutarchi ſcripta publice et privatim ab Athenienſibus deſtinata frequentataque fuiſſe ad mores formandos et ingenia erudienda.* In poſteriore forte aliquid turbatum eſt; et Sophiſta, quamvis non diligentiſſimi homo judicii, ſcripſiſſe videtur, εὐγλωττότερον δὲ Νικαγόρᾳ, Πλουτάρχῳ δὲ σεμνότερον.

EUNAPIUS, dedita opera legiſſe videtur libros Plutarchi, cum alios tum *Vitas*, credo, ut eas in ſuo ipſe opuſculo imitaretur. Sed nil diſſimilius utriuſque ſcriptione, cum ad doctrinæ tum ad ingenii laudem: ſæculi etiam labes accedit haud minor in rerum delectu et judicio quam in oratione. Et tamen Eunapius multum præferendus plurimis illius ætatis Scriptoribus, qui multis ſpiſſiſque voluminibus nil novi, nil ſcitu dignum producit; quando parvulo libello vitas et res complexus eſt haud paucas quas cognoſcere et jucundum et operæ pretium ſit. Sic igitur Eunapius De Vitis Sophiſtarum, Proem. p. 11, —Ἀμμώνιός τε ἦν ὁ ἐξ Αἰγύπτου, Πλουτάρχου τοῦ θειοτάτου γενόμενος διδάσκαλος. Πλούταρχός τε αὐτὸς, ἡ φιλοσοφίας ἁπάσης ἀφροδίτη καὶ λύρα. Mox ibidem p. 12: Ὁ Θεσπέσιος Πλούταρχος τόν τε ἑαυτοῦ βίον ἀναγράφει τοῖς βιβλίοις ἐνδιασπαρμένως καὶ τὸν τοῦ διδασκάλου, καὶ ὅτι γε Ἀμμώνιος Ἀθήνησιν ἐτελεύτα· οὐ βίον προσειπών. Καί τοι γε τὸ κάλλιστον αὐτοῦ τῶν συγγραμμάτων εἰσὶν οἱ καλούμενοι Παράλληλοι Βίοι τῶν ἀρίστων καλὰ ἔργα καὶ πράξεις ἀνδρῶν· ἀλλὰ τὸν ἴδιον καὶ (τὸν) τοῦ διδασκάλου καθ' ἕκαστον τῶν βιβλίων ἐγκατέσπειρεν· ὥστε, εἴ τις ὀξυδερκοίη περὶ ταῦτα, καὶ ἀνιχνεύων κατὰ τὸ προσπίπτον καὶ φαινόμενον, σωφρόνως τὰ κατὰ μέρος ἀναλέγοιτο, δύνασθαι τὰ πλείστα τῶν βεβιωμένων αὐτοῖς εἰδέσθαι.

Hæc erat copia et facultas illo ſæculo et forte proximis, non his recentioribus in plurimorum Plutarcheorum librorum jactura et interitu.

Mirum forte videatur nullam exſtare Plutarchi mentionem in quibuſdam hujus ſæculi Scriptoribus, veluti Jamblicho, Themiſtio, Libanio. Atqui nec locus magnopere in horum ſcriptis erat mentioni, et parci ſunt in laudandis nominandiſque aliis auctoribus præſertim iis quorum recens eſſet memoria. Imitationis quidem indicia Plutarcheæ haud nulla apparent.

SÆCUL. V.

THEON Alexandrinus, Mathematicus, ſiquidem is eſt auctor Scholiorum in Aratum, ſubinde Plutarchi interpretationem adfert ad Διοσημείων verſus, veluti 87, 96, 303, 312, 315, 319, 357. Plutarchi librum perditum, Αἰτίαι τῶν Ἀράτϖ Διοσημείων prodit Lamprias ſive auctor Indicis Num. 117.

SCHOLIASTES NICANDRI, forte initio hujus Sæculi fuit, quandoquidem ejus meminit Stephanus Byzantinus: vid. Fabric. B. G. vol. ii, p. 620. Scholiaſtes igitur ille, Plutarchi explicationem refert ad Theriaca, p, 31, 6, Edit. Ald. Hujus in Nicandrum Commentarius nominatur in illo Lampriæ Indice Num. 118.

HESYCHIUS, hoc potius quam alio tempore ponendus, Plutarchum laudat in Vocibus Δωδεκαδώρῳ ἀμάξῃ, et Ληναιών: ex perdito, ut apparet, *Commentario in Heſiodum*, quandoquidem gloſſæ referuntur ad Ἔργ. 420 et 502: quarum poſterior iiſdem fere verbis, Plutarchi nomine, laudatur a Proclo.

SYNESIUS quin Plutarchum legerit non eſt quòd dubitemus, neque enim obſcura ſunt lectionis indi-

cia. Nomen, quod ſciam, non proditur niſi forte Epiſt. cxxxv, p. 272, C: αἱ δὲ Ἀθῆναι, πάλαι μὲν ἦν ἡ πόλις ἑσία σοφῶν· τὸ δὲ νῦν ἔχον, σεμνύνεσιν αὐτὰς οἱ μελιττεργοί· ταῦτ' ἄρα καὶ ἡ ξυνωρὶς τῶν σοφῶν Πλεταρχείων, οἵ τινες ἐ τῇ φήμῃ τῶν λόγων ἀγείρεσιν ἐν τοῖς θεάτροις τὲς νέες, ἀλλὰ τοῖς ἐξ Ὑμηττ̃ ϛαμνίοις Hæc magis per jocum quam ſimpliciter dicta. *Plutarcheorum par ſapientum* an ſint diſcipuli Plutarchi Neſtorii quod J. A. FABRICIUS Proleg. ad Marin. Vit. Procl. p. 13, ſuſpicatur, haud facile dicam. Eadem quis dicat veriſimilitudine, ſignificari *par Vitarum Parallelarum* quod per jocum accommodetur duobus vel philoſophiæ vel eloquentiæ magiſtris. Sed res majoris eſt diſputationis, quam quæ huic loco congruat.

SERVIUS ad Æneid. iii, 14, Plutarchi dictum laudat, ex libro, *De Ratione qua poetæ legendi a pueris.*

MACROBIUS totum librum vii. Saturnalium tranſtulit ex Plutarchi *Sympoſiacis Quæſtionibus*; quamquam ejus non niſi ſemel nomen prodidit, capite 3.

CYRILLUS ALEXANDRINUS Adverſus Julianum, I, p. 28, D; Ὁποῖαι τοίνυν αὐτῶν αἱ δόξαι γεγόνασιν—γεϱάφασι δὲ πεϱὶ τέτων Πλέταρχός τε καὶ ἕτεροι τῶν παϱ' αὐτοῖς λογάδων—: ſignificat *placita et opiniones Philoſophorum.* II, p. 46, B: Πλέταρχος τοίνυν ἀνὴϱ τῶν παϱ' αὐτοῖς ἐκ ἄσημος γεγονὼς ἐν τῷ δευτέϱῳ βιβλίῳ τῆς τῶν φυσικῶν δοϱμάτων συναγωγῆς, ἕτω φησὶ πεϱὶ τ̃ Κόσμε—ſubjunguntur ejus libri quatuor priora capita. Ibidem p. 51, D: ἔφη γάϱ πε πεϱὶ αὐτῶν ἰσχνὸς ὢν (f. ἰσχνὼς) ἄγαν ὁ Πλέταρχος ἐν τῷ πϱώτῳ βιβλίῳ φυσικῶν δογμάτων συναγωγῆς—ſequitur locus ex i, 6. Porro ex libro *De EI apud Delphos*, viii, p. 266, B: Πλέταρχος ἐν ἰδίῳ λόγῳ πϱοσϱητέον φησὶ τὸ θεῖον λέγοντας αὐτῷ Εἶ καὶ Ἓν· ἐπιφέϱει δὲ τέτοις κ. τ. λ: ſequitur locus, quem ple-

niorem refert Euſebius Præp. Evang. xi, 11 : ex quo, ut videtur, ſua ſumſit Cyrillus.

THEODORETUS, Græc. Affect. Curatione, frequenter memorat Plutarchum, ſubinde etiam locos ejus refert. I, p. 466, D : φασὶ δὲ αὐτοὺς (Græcos philoſophos) ἐν Αἰγύπτῳ, ἀ μόνον παρ' Αἰγυπτίων ἀλλὰ καὶ παρ' Ἑβραίων τὰ περὶ τοῦ ὄντως διδαχθῆναι Θεῦ· καὶ ταῦτα διδάσκει μὲν Πλάταρχος ὁ Βοιώτιος— : locum Plutarchi nullum ſubjicit : credo, quia diſertus de hac re nullus exſtabat. Ibidem, p. 468, A, De Sacris ab Orpheo Athenas allatis, διδάσκει μὲν Πλάταρχος ὁ ἐκ Χαιρωνείας τῆς Βοιωτίας, locus item nullus apponitur. II, 489, D, De Platonis in Ægyptum peregrinatione, καὶ τᾶτο λέγει μὲν ἐν τοῖς Παραλλήλοις ὁ Πλάταρχος. Ibidem, p. 500, A, C, Plutarchum in iis numerat, qui ſacrum Evangelium audiviſſent ex eoque multa in libros ſuos tranſtuliſſent : locus communis a Patribus jactatus, in Plutarcho certe falſus : idem repetitus p. 505, C. Ibidem, p. 502, A, Πλάταρχος δὲ καὶ Ἀέτιος τὰς τῶν φιλοσόφων ἐκπαιδεύσι δόξας. Ibidem, p. 504, A, Πλούταρχος δὲ ὁ Χαιρωνεὺς περὶ τοῦ ΕΙ τοῦ ἐν Δελφοῖς γράφων οὕτως ἔφη—adduntur pauca Plutarchi verba. Eadem pag. D, de Atheis, ex *Placitis Philoſophorum*, i, 7 : quod repetitur mox iii, 506, C. III, p. 510, B, primos Deos a Græcis, Phœnicibus et Ægyptiis habitos eſſe, Solem et Lunam—τοῦτο γὰρ δὴ καὶ ὁ Πλάτων, καὶ ὁ Σικελιώτης Διόδωρος, καὶ ὁ Χαιρωνεὺς ἐδίδαξε Πλάταρχος. Ibidem, p. 515, C, Πλάταρχος δὲ ὁ Χαιρωνεὺς τὴν Γῆν προσηγόρευσεν Ἥραν· Λητὼ δὲ τὴν λήθην, ἢ τὴν νύκτα ἐν ᾗ οἷόν τινα λήθην ἡ διάνοια δέχεται. Eadem pagina et proxima locum profert ex libro *De Defectu Oraculorum*, quem pleniorem exhibet Euſebius Præp. Evang. v, 5. IV, p. 532, D, ἀναγνώτω μὲν Ἀετίε τὴν

περὶ ἀρεσκόντων ξυναγωγὴν, ἀναγνώτω δὲ Πλουτάρχου τὴν περὶ τῶν τοῖς φιλοσόφοις δοξάντων ἐπιτομήν. V, 545, B, ἐκ τῶν Πλουτάρχῳ, καὶ Πορφυρίῳ, καὶ μέντοι καὶ Ἀετίῳ ξυγγεγραμμένων ἑρῶ: ſubjicitur locus de Anima ex libro *De Placitis Philoſophorum* quarto. VII, 589, B, de humanis victimis, καὶ Πλούταρχος δὲ ξυνῳδὰ τούτοις ἱστόρησε. X, p. 631, ſimpliciter in aliis qui de Oraculis ſcripſerunt, numeratur. XI, p. 654, A, B, de reduce ex morte in vitam Antyllo, ex libris *de Anima* idem locus refertur, quem auctiorem prodidit Euſebius Præp. Evang. xi, 36. Denique omiſſo Plutarchi nomine ſubinde recenſentur Philoſophorum placita, ex perdito *Stromatum*, ut puto, opere, et libris *De Placitis Philoſophorum*.

ISIDORUS PELUSIOTA. Lib. ii, Epiſt. xlii. Πλουτάρχῳ δὲ δοκεῖ τὸ σαφὲς καὶ λεῖον, γνήσιον εἶναι ἀτλικισμόν· ἕτω γάρ, φησιν, ἐλάλησαν οἱ ῥήτορες. RUHNKENIUS λεῖον mutandum cenſet in λιτόν: contra in Ariſtide Quinctil. De Muſica ii, p. 78, λείους in λιτούς, ut p. 88.

SYRIANUS in Commentario in Ariſtotelis Metaphyſica, qui adhuc Latine tantum editus eſt ex interpretatione HIER. BARGOLINI Venetiis 1558, quarta forma. Syrianus igitur, reprehendens eorum opinionem qui univerſales rationes et ideas, eaſdem eſſe volunt, hæc addit, p. 59, *neque Plutarchum, et Atticum, et Democritum, Platonicos in hoc ipſo imitamur*—. Græca ſunt—ὅπερ γε μηδὲ Πλούταρχον καὶ Ἀτλικὸν καὶ Δημόκριτον, τοὺς Πλατωνικοὺς, κατ' αὐτὸ τοῦτο ζηλοῦμεν.

PROCLUS in Hypomnemate ad Heſiodi Opera, haud contemnendam nobis ſervavit partem Commentarii Plutarchei in eumdem Poetam, locos fere ad quadraginta, nec eos paucorum verborum, pleroſque nominato Plutarcho, nonnullos eo omiſſo, ita tamen ut ratio et oratio facile auctorem prodat.

Quamquam Procli Hypomnema non integrum ad nos venit, nec niſi excerpta ejus in Scholiis vulgatis exſtant. Adeo bene nobiſcum agitur ſi ex deperditis Veterum libris vel Excerptorum Excerpta nacti ſumus. Ejuſdem Procli in Timæum Platonis Commentarii aliquot locis mentionem Plutarchi ejuſque ſententiæ habent; veluti lib. i, p. 35: ii, p. 84, 116, 126, 138; iii, 304. In Comment. ad Euclidem, l ii, p. 35. De quibus ſuo loco.

STEPHANUS BYZANTINUS Voc. Ἀνδανία de Ariſtomene Meſſenio teſtis citatur cum Herodoto in re quæ apud neutrum exſtat. De Herodotea mentione, videndus P. WESSELINGIUS Diſſ. Herodot. p. 23. Plutarchea referatur ad *Vitam Ariſtomenis*, in Lampriæ Indice memoratam. Voc. Κορόπη, in Commentatoribus Nicandri numeratur.

SÆCUL. VI.

JOH. LAURENTIUS PHILADELPHENSIS LYDUS in libello *De Menſibus*, quem hoc anno edidit Cl. N. SCHOW, Plutarchum nominatim laudat p. 18, Πλούταρχος ἐν Συμποσίῳ, reſpiciens ad *Sympoſiac. Quæſt.* ix, 6, de ſecundo Boedromionis die ſublato. P. 78, ὁ δὲ Χαιρωνεὺς Ἶσιν μὲν τὴν γῆν εἶναι βέλεται καὶ Ὄσιριν τὸν Νεῖλον, Τυφῶνα δὲ τὴν θάλατταν, εἰς ἣν ὁ Νεῖλος ἐμπίπτων ἀφανίζεται: ſumtum hoc ex libro *De Iſide et Oſiride*.

SOPATER initio hujus ſæculi ponendus cum FABRICIO Bibl. Gr. vol. ix, p. 423, in opere inſcripto Ἐκλογαὶ Διαφόροι, recenſito apud Photium cod. clxi, multa ex Plutarcho retulerat Excerpta: ex *Vitis* quidem fere quæ nunc ſuperſunt, ex perditis etiam *Cratetis*, *Pindari*, *Daiphanti*, *Epaminondæ*: ex *Moralibus* vero iis quæ proprie moralis, nec phyſici, ſunt

argumenti, et quæ hodieque exſtant excepto uno libello Περὶ φύσεως καὶ τῶνων, et forte altero, Περὶ Πλούτου. Singula notabimus in Animadverſionibus ad ſuos quæque libellos, tum vero in Narratione de Vita et ſcriptis Plutarchi. Sed ex hoc Sopatri opere nil ſervatum eſt.

JOH. STOBÆUS meliorem habuit fortunam, cujus in eodem genere opus Ἀνθολόγιον Ἐκλογῶν, Ἀποφθεγμάτων Ὑποθηκῶν, ſi minus integrum, maximam tamen partem ad nos pervenit. Ætatem ejus, ut in re incerta, initio hujus ſæculi, nec certe poſterius ponendam cenſemus: quamquam prius etiam ponitur, æqualis Themiſtii, et Juliani, a FABRICIO Bibl. Græc. vol. viii, p. 666. Locos multos, ſæpe etiam longos ex Plutarchi libris maxime *Moralibus* refert: ſubinde etiam nulla addita libri ſignificatione: ſubinde etiam nomine Plutarchi a librariis omiſſo; quod, ut aliis locis ex meliorum codicum collationibus, quæ apud me ſunt, cognovi, ita aliis per conjecturam aſſecutus ſum, veluti inſigni illo fragmento ex libris *de Anima*, quod ad calcem libelli *De Sera Numinis Vindicta* edidi. Cæterum locos Stobæi, ex libris, qui ſuperſunt, in Emendationibus jam adhibuimus, in Animadverſionibus porro notabimus: eos qui ex perditis ſunt libris exhibebimus in Fragmentis: utrorumque mentionem faciemus in Narratione de Vita et Scriptis Plutarchi. Interea ſperamus utriuſque Stobæani operis novas eaſque egregias editiones abſolutum iri nobiſque ad uſum noſtrum paratas fore, *Eclogarum* jam inchoatam a Cl. HERENIO, *Sermonum* a Cl. SCHOWIO. Nunc ſatis habemus librorum perditorum, e quibus loci allati exſtant, nomina notaſſe. Sunt igitur hæc:

De Amicitia, *Epiſtola De Amicitia*, *An rerum futurarum cognitio utilis ſit*, *De Divinatione*, *Contra Voluptatem*, *Contra Divitias*, *Mulieres erudiendas eſſe*, *De Calumnia*, *De Tranquillitate*, *De Amore*, *Pro Pulchritudine*, *Contra Nobilitatem*. Omnino ad Plutarcheorum ſcriptorum cognitionem et emendationem, unus omnium fructuoſiſſimus eſt Stobæus, cum locorum relatorum copia et frequentia, tum librorum perditorum mentione.

DAMASCIUS apud Photium Cod. ccxlv, p. 1040: Τιβερίῳ ὄνος, ὡς Πλούταρχος ὁ Χαιρωνεὺς φησὶν, ἔτι μειρακίῳ ὄντι καὶ ἐν Ῥόδῳ ἐπὶ λόγοις ῥητορικοῖς διατρίβοντι τὴν βασιλείαν διὰ τὲ αὐτὲ παθήματος προεμήνυσεν.

SIMPLICIUS in Commentario in Epicteti Enchiridion, cap. xlv, p. 267,—λόγων δέ εἰσι κατὰ τὸ ἀληθὲς κοινωνίαι τε καὶ διατριβαί· ὡς δηλοῖ τὰ ὑπὸ Πλάτωνος, καὶ Ξενοφῶντος, καὶ Πλουτάρχου, καὶ ἄλλων ἱστορηθέντα συμπόσια. Cap. lxv, p. 306: καὶ ὅγε Χαιρωνεὺς Πλούταρχος βιβλίον ὅλον (περὶ) τῆς ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν ὠφελείας συντέθεικεν. In Commentariis in Ariſtotelem De Anima ſæpe Πλούταρχος laudatur: quo nomine non hic noſter, ſed Neſtorii filius ſignificatur. In hoc Philoſophorum ultimo proventu Simplicius doctrina, ratione, animi ſenſibus, magis ad Veterum, in primis Longini, quam æqualium ſimilitudinem accedit.

OLYMPIODORUS, quem ab aliis ejuſdem nominis Scriptoribus recte diſtinxit L. Kusterus ad Suidam Voc. Ὀλυμπιόδωρος, in Commentario in Platonis Phædonem, haud contemnenda nobis ſervavit excerpta Plutarchea *Hypomnematum*, ut videtur, *in Phædonem*. Duo ſunt Capita. Alterum habet hanc inſcriptionem: Κεφάλαιον τὲ ἐκ τῶν ἀναμνήσεων λόγε: continet Quæſtiones 212, nec eas tantum *de Reminiſ-*

centiis ut inſcriptio profitetur, ſed de aliis etiam in Phædone proditis argumentis: Quæſtiones inde a vigeſima ſecunda ad quinquageſimam ſeptimam ſunt Plutarchi, et titulum habent Ἐκ τῶν Χαιρωνέως: has, omiſſa tamen ultima, edidit J. A. FABRICIUS Bibl. Græc. vol. xii. p. 265. Alterum inſcribitur Ἐπιχειρημάτων διαφόρων Συναγωγὴ, δεικνύντων ἀναμνήσεις εἶναι τὰς μαθήσεις, ἐκ τῶν τοῦ Χαιρωνέως Πλουτάρχου: continet Quæſtiones 255 de compluribus locis Phædonis, harum duodecim priores ſunt *de Reminiſcentiæ* argumento ex Plutarcho. Totum hoc in Fragmentis prodemus.

Hucuſque pertinuit veteris elegantioriſque doctrinæ proventus: qui paulatim exaruit Juſtiniani imperio ac deinceps. Hic Athenienſem clauſit ſcholam in qua floruerant Plutarchus Neſtorii filius, Syrianus, Proclus, Marinus, Damaſcius, unde Simplicius, Olympiodorus aliique prodierant: philoſophi expulſi: vexati per orbem Romanum avitæ religionis cultores, ex quorum numero fere erant docti homines. Per trecentos annos ſtupor et barbaries omnia obtinuerunt. Ergo in hoc temporis ſpatio, plurimorum veterum librorum, in his etiam Plutarcheorum ponendus eſt interitus.

JOHANNES PHILOPONUS, in cujus et Simplicii ætate recte comparanda haud mediocris eſt difficultas, potius hoc quam ſequente ſæculo ponendus, in eodem Ariſtotelis interpretandi ſtudio, minore tamen quam Simplicius ingenio doctrinaque verſatus, ex Plutarcho, ut videtur noſtro, memorat dictum, in Commentario ad Ariſtotelis Meteor. p. 82: quod in Fragmentis referemus. Aliis compluribus locis in Comment. ad Ariſtot. De Anima citat Plu-

tarchum, ſed Athenienſem, opinor, Neſtorii filium, cujus in eundem librum exſtabant Hypomnemata.

AGATHIAS in Anthologia Epigrammatum, v, 33, 8 :

Σεῖο πολυκλήεντα τύπον ϛήσαντο, Χερωνεῦ
Πλάταρχε, κρατερῶν υἱέες Αὐσονίων·
Ὅτι παραλλήλοισι βίοις Ἕλληνας ἀρίϛους
Ῥώμης εὐπολέμοις ἥρμοσας ἐνναέταις.
Ἀλλὰ τεῦ βιότοιο παράλληλον βίον ἄλλον
Οὐδὲ σύ γ' ἂν γράψαις· ἀ γὰρ ὅμοιον ἔχεις.

SÆCUL. VII.

THEOPHYLACTUS SIMOCATTA, Naturalium Quæſtionum epilogo, in Auctoribus unde ſua ſumſerit, laudat Plutarchum, τὸν τῆς ἐπιϛήμης πλοῦτον τὸν Πλούταρχον. Sane aliquot ſumtæ ſunt Quæſtiones ex Plutarchi *Sympoſiacis*.

S. MAXIMUS in *Locis Communibus*, ſeu *Capitibus Theologicis et ſelectis locis ex diverſis cum Chriſtianorum tum Exterorum libris*, longe plurimam locorum partem collegit e Scriptoribus Sacris et Eccleſiaſticis : locos Exterorum non eorum lectione ex ipſorum libris collegiſſe, ſed e Stobæo locupletiore quam nunc eſt et integriore ſublegiſſe videtur. Ex Plutarcho complures ſunt loci ſed paucorum verborum et fere breves ſententiæ.

ANTONIUS MELISSA ut incertæ homo ætatis, hic a nobis ponitur ; cum ob argumenti ſimilitudinem, quippe ejuſdem materiæ et rationis opus compoſuit ac S. Maximus ; tum quod ſæculi ingenio adducimur ut eum Joh. Damaſceno priorem ponamus. Ex Plutarcho item habet complures locos

eadem tenuitate. Fontem Exterorum eundem habuit Stobæum, forte etiam S. Maximum.

Capta a Saracenis Alexandria anno 641, interiit illa celebratiſſimæ famæ bibliotheca: quo pacto, non quærimus: certe interiit. Illud haud alienum ſit quærere, an Plutarchei et omnino Antiquorum libri multi interciderint illa calamitate; an tantam nobis attulerit jacturam quantam vulgo putant, ut, niſi interiiſſet illa bibliotheca, libros ejus, certe eorum exempla, hodieque haberemus. Equidem haud credam. Ac primum quidem credibile eſt jam ante Saracenorum adventum multos antiquos ejus bibliothecæ libros intercidiſſe deſcribendi officio neglecto: magnam etiam partem librorum, qui tunc erant, fuiſſe novos et eccleſiaſticos. Porro veriſimile eſt, in illis qui tunc Alexandriæ erant libris, aut paucos fuiſſe aut nullos quorum non item in Græcia eſſent exempla, quibus deſcribendis ad recentiorem ætatem propagari potuiſſent. Socordia Græcorum, et contemtus bonarum Literarum multo plus valuerunt ad veterum librorum jacturam quam omnes barbari; ut etiam ſi Saraceni vel non cepiſſent Alexandriam, vel omnes libros in Græciam dimiſiſſent, his nos haud magis frueremur.

SÆCUL. VIII.

JOHANNES DAMASCENUS, memorandus aliena magis quam ſua laude. In hujus Sacris Parallelis exſtat indicium labentis vel exſtincti potius veterum Literarum ſtudii. Locos Communes Stobæus ex ſolis Antiquis collegerat Auctoribus: Maximus et Antonius ex Eccleſiaſticis, adſperſis tamen nonnullis Antiquorum quaſi floribus: jam omiſſis

Antiquis, ſolos Eccleſiaſticos apponit JOHANNES DAMASCENUS. At in codice Florentino Parallelorum Sacrorum, appendix eſt quantivis pretii, a domino illius exempli ex integro, ut videtur, Stobæi opere collecta: in qua multi ſunt adhuc ignoti veterum Auctorum loci, nonnulli Plutarchei, plurimi aliorum, quatuor etiam integra Muſonii capita, quibus in elegantiſſima illa Diſputatione *de Vita et Scriptis Muſonii*, habita editaque Amſtelodami anno 1783, uſus eſt PETRUS NIEUWLANDIUS noſter, heu modo noſter! nam hoc ipſo tempore, die Novembris 14, ætatis anno trigeſimo, nobis repentino morbo ereptus eſt: quum in Academia Lugduno-Batava profeſſionem Phyſices et Mathematum per unum annum ornaſſet. Ingens nobis luctus! ingens patriæ jactura, obitu juvenis unius omnium excellentiſſimi; cui ingenio par fuit nemo; doctrina, morum probitate, animi candore, pauciſſimi.

GEORGIUS SYNCELLUS Chronographiæ ad Ann. Chr. 109: Πλούταρχος Χαιρωνεὺς φιλόσοφος ἐπιτροπεύειν Ἑλλάδος ὑπὸ τῦ αὐτοκράτορος κατεσάθη γηραιός. Ad Ann. Chr. 37: de morte Julii Cani narrans addit, ταῦτα Πλέταρχος ὁ Χαιρωνεὺς ἱσορεῖ. Locum in Fragmentis referemus. De C. Julio Cæſare, edit. Pariſ. p. 299, ὡς ἱσορεῖ Πλέταρχος ὁ Χερονεὺς φιλόσοφος.

JOHANNES MALALA, Chronographiæ libr. ii. in fine: ἔστινας μεμφόμενος ὁ Χερονήσιος Πλέταρχ☉, ἡ παλαιὰ φιλοσοφία (forte cum interprete legendum ἐν τῇ παλαιᾷ φιλοσοφίᾳ) παρ' Ἕλλησιν καὶ βαρβάροις ἐξέθετο, ὡς πλάνην ἀγαλμάτων τινὲς εἰσάγεσιν· αὐτὸς δὲ φησὶ κ. τ. λ. —locum in Fragmentis exhibebimus. Subjungit denique, Τὸν δὲ Πλέταρχον τὸν Χερονήσιον Πορφύριος ἐν φιλοσόφῳ αὐτῦ Χρονογραφία ἐδόξασε: de quo ſupra in ſæ-

culo iii, diximus. Priora quidem ſive a Theodoreto De Græc. Affect. iii, p. 510, B, ſive undecumque habuit inficetus homo, certe Plutarchi ſunt ex deperdito ut videtur libro.

SÆCUL. IX.

PHOTIUS in egregio *Bibliothecæ* opere, quo multorum, hodie etiam perditorum, librorum cenſuram agit et argumenta excerptaque prodit, Plutarchi *Moralia* non niſi ex Sopatro memorat, nec peculiarem iis locum dat: *Vitas* recenſet quaſdam, ex iiſque excerpta edit Cod. ccxlv. Ἀναγνώσθησαν ἐκ τῶν Πλουτάρχου παραλλήλων διάφοροι λόγοι· ὧν ἡ ἔκδοσις κατὰ σύνοψιν ἐκλέγεται διάφορον χρησομαθίαν: *Vitæ* ſunt *Dionis*, *Bruti*, *Æmilii*, *Demoſthenis*, *Ciceronis*, *Phocionis*, *Catonis*, *Alexandri*, *Cæſaris*, *Eumenis*, *Sertorii*, *Demetrii*, *Antonii*, *Pyrrhi*, *Marii*, *Arati*, *Artaxerxis*, *Agidis*, *Flaminii*. Porro liber *De Vitis X. Oratorum*, qui inter Plutarcheos fertur, tamquam ab ipſo Photio ſcriptus exſtat Cod. cclix, et proximis: de quo ſuo videbimus loco. *Moralia* illa ætate multa, ut item *Vitæ* multæ, jam intercidiſſe, ad eam tamen quæ hodieque eſt paucitatem nondum rediiſſe videntur. Hoc, et proximo ſæculo, inde a Baſilio Macedone ſub quo Photius fuit, ac deinceps imperantibus Leone V. et Conſtantino Porphyrogenneto II. ab anno fere 860 ad 960, fuit quædam veterum Literarum recreatio. Utinam libros tunc ſuperſtites nunc etiam haberemus: aut ſaltem Photio placuiſſet, omiſſis Eccleſiaſticis, non niſi Veteres hac in Bibliotheca recenſere.

SÆCUL. X.

GEOPONICA, id eſt Præcepta de Re Ruſtica, ex priorum de hoc argumento Scriptorum libris excerpta, et Conſtantino Porphyrogenneto dicata, a Caſſiano Baſſo, xiii, 9. Plutarchi locum, de remedio adverſus Scorpios, laudant, nullo diſerte nominato libro, et ut videtur, ex deperdito. XV, 1, περὶ Συμπαθειῶν Plutarchus citatur *Sympoſ. Quæſt.* ii, 7: ſed pleraque alia in illo capite Geoponicorum ſumta ſunt ex aliis Plutarchi libris.

EPITOMÆ PLUTARCHEÆ, id eſt ſummæ et argumenta librorum Plutarchi, qualia hodieque ſunt tria certe in *Moralium* Volumine: primum deperditi libri *De Comparatione Ariſtophanis et Menandri*, alterum ſuperſtitis *De Animi Procreatione ſecundum Platonis Timæum:* tertium item perditi, Ὅτι παραδοξότερα οἱ Στωϊκοὶ τῶν ποιητῶν λέγουσι: hæ igitur Epitomæ factæ videantur ſub eodem Conſtantino Porphyrogenneto, cujus ſæculi illa in primis fuit conſuetudo. Quodſi vero hoc ſæculo jam multi Plutarchei libri interciderant, quod ſane veriſimile eſt; quodſi etiam Epitomæ fuerunt omnium librorum in Lampriæ Catalogo nominatorum, ut ſupra JOHANNE RHOSO auctore monuimus; earum confectio haud procul ab ævo Juſtiniani ponenda ſit.

CODEX VITARUM Florentiæ, apud Monachos S. Mariæ ſervatus, ſcriptus ſæculo nono vel decimo, judice quidem MONTFAUCONIO, Diario Italico, p. 366.

SCHOLIA in Veteres Auctores, pleraque certe ante Suidam compilata ex antiquis Grammaticis, ſerius quidem non ponenda, hoc uno loco a nobis conjunguntur anonyma.

Schol. Homer. Il. ὁ, 625. Πλάταρχος ἐν Μελέταις Ὁμηρικαῖς: idem eſt in Schol. Venet. VILLOISONI, et Etymol. M. in Ἀνεμοτρεφὲς κῦμα. Porro Schol. Lipſ. Il. ε, 352.

Schol. Heſiod. Vide ſupra in *Proclus* et infra in *Tzetzes*, et *Moſchopulus*.

Schol. Euripid. Hippol. 11. de Theſeo, plenius eſt ap. Tzetzem ad Lycophr. 494. Idem ad Alceſt. 1150, Πλάταρχος ἐν ταῖς Ὁμηρικαῖς Μελέταις.

Schol. Thucydid. Additament. Edit. Duker. p. 613. ad lib. 1, 86, init. Ταύτης τῆς δημηγορίας μέμνηται Πλάταρχος ἐν τοῖς Πολιτικοῖς Παραγγέλμασι: quod repetitur p. 632, ad lib. ii, 60: et p. 634, ad ii, 72.

Schol. Ariſtoph. ex *Vita Solonis*, ad Nub. 447, 1191, Equit. 1113. Περὶ τοῦ μὴ δεῖν δανείζεσθαι, ad Nub. 1181.

Schol. Aphthon. in Rhetorib. Ald. p. 5. fin. Dictum Demetrii ad Mithridatem refertur: ὁ Πλάταρχος ἐν τοῖς Παραλλήλοις ἱστόρησεν: eſt in *Vita Demetrii*.

SUIDAS quiſquis fuit, non ſeriore ætate habendus: materiam ab antiquioribus ſumſit: neque igitur ſuſpicandum, libros nunc perditos, ſi quorum loci adferuntur a Suida, ipſius ætate adhuc ſuperfuiſſe. De Plutarcho exſtat hiſtorica mentio: Πλάταρχος, Χαιρωνεὺς, τῆς Βοιωτίας, γεγονὼς ἐπὶ τῶν Τραϊανοῦ τοῦ Καίσαρος χρόνων, καὶ ἔτι πρόσθεν· μεμαθὼς δὲ αὐτῷ Τραϊανὸς τῆς τῶν ὑπάτων ἀξίας, προσέταξε μηδένα τῶν κατὰ τὴν Ἰλλυρίδα ἀρχόντων παρὲξ τῆς αὐτοῦ γνώμης τι διαπράττεσθαι· ἔγραψε δὲ πολλά. Auctoritas ejus citatur compluribus in locis. Ἀνανεῶσθαι, ὡς ἡμεῖς· Θουκυδίδης ε· καὶ Πλάταρχος· Κρατῖνος: ubi ad librorum ſcriptorum ductum recte corrigit VALCKENARIUS Diatrib. Eurip. p. 214, καὶ Πλάτοις Κρατῖνος. Ἦν δ' ἐγώ· ἔφην δὲ ἐγώ·

παρὰ Πλατάρχῳ καὶ Ἀριστοφάνει: ubi corrigendum esse παρὰ Πλάτωνι, monuit me RUHNKENIUS. Comici locus est apud Suidam Voce Σκίταλος, qui sua sumsit ex Scholiis ad Equit. 631. Δόγματα, de Platonis apud Ægyptios peregrinatione, addit, ὡς Πλούταρχος ἐν τοῖς Παραλλήλοις φησίν: compilatum ex Theodoreto, De Cur. Græc. Affect. ii, p. 489, D. Ἴορτιος, Mæcenatis adulator: de hoc apponitur Plutarchi locus, forte ex *Vita Augusti*: KUSTERUS notat, *hæc leguntur etiam supra in* Ἐγγώνιος: atqui hæc vox non exstat suo loco, sed p. 675. Κάλλιππος, est ex *Vita Dionis*. Ὠβὰς, ex *Vita Lycurgi*. Μαικήνας, idem quod in Ἰόρτιος, sed brevius: addito, καὶ ἔστιν ἐν τῷ Ἐγγώνιος τράπεζα. Σικχός· σκώπτης· ἢ ὁ ἀνόρεκτος καὶ ἀσθενής· Πλάταρχος—ejus verba adduntur, quæ exstant in libro *De capienda ex hostibus utilitate*, p. 87, B. Σύλλας, ὄνομα κυριὸν—et Σύλλας ὁ Ὕπατος, uterque locus depromtus est ex *Vita Syllæ*, posterior sine Plutarchi nomine. Τοῦ σελίνου δεῖται—ex *Vita Timoleontis*. Ὑπερκύπτω, αἰτιατικῇ—καὶ ὁ Πλάταρχος: verbum hoc in Plutarcho legere me non memini.

ETYMOLOGICUM MAGNUM, eadem probabilitate qua Suidas, in hanc ætatem refertur. Voce Ἀνεμοτρεφὲς κῦμα interpretatio apponitur, addito ὥς φησι Πλάταρχος ἐν μελέτῃ Ὁμήρου: qui locus item exstat ap. Schol. Homer. Il. ο', 625. Ἄψ—Πλούταρχος δὲ ἀπὸ τοῦ ὀπίσω τὸ Ἄψ λέγει εἶναι, τὸ ὀ εἰς τὸ α' τραπέντος, καὶ τὸ ω' εἰς ψ'· τοῦτο δὲ βίαιον· non exstat in Plutarchi libris. Σεισάχθεια—Πλούταρχος ἐν Σόλωνι. Σόλοι ἡ ἐν Κύπρῳ πόλις. Πλούταρχος ἐν Σόλωνι κ. τ. λ. Συκοφαντία—Πλούταρχος ἐν Σόλωνι. Οὐκ ἂν οὖν τις ἡγήσαιτο—κληθῆναι συκοφάντας: locus est p. 91, E. Alius locus Plutarcho vindicandus in Ἀναζυγοῦν—Πλάτων Εὐ-

μενίσιν, Εὐθὺς ἀναζυγῆς γενομένης: at codex ſcriptus DORVILLII, a VALCKENARIO inſpectus, habet Πλεῖστ' εὐμ. ex quo veriſſime RUHNKENIUS correxit Πλούταρχος Ευμένει: eſt enim locus Plutarchi in *Vita Eumenis*, p. 595, A. Hæc ex VALCKENARII Annot. ad. Theocriti Adoniazuſ. p. 335.

SÆCUL. XI.

JOHANNES EUCHAITA, qui medio hoc ſæculo fuit: vid. J. A. FABRIC. Bibl. Gr. vol. vii, p. 718, et CAVEUS Hiſt. Lit. Eccleſ. vol. ii, p. 139. ap FABRIC. ibid. vol. iii, p. 331:

Εἴπερ τινὰς βέλοιο τῶν ἀλλοτρίων
Τῆς σῆς ἀπειλῆς ἐξελέσθαι, Χριστέ μου,
Πλάτωνα καὶ Πλούταρχον ἐξέλοιό μοι.
Ἄμφω γὰρ εἰσὶ καὶ τὸν λόγον καὶ τὸν τρόπον
Τοῖς σοῖς νόμοις ἔγγισα προσπεφυκότες·
Εἰ δ' ἀγνόησαν ὡς Θεὸς σὺ τῶν ὅλων,
Ἐνταῦθα τῆς σῆς χρηστότητος δεῖ μόνον,
Δι' ἣν ἅπαντας δωρεὰν σώζειν θέλεις.

EUDOCIA in Violeto p. 361. de Plutarcho locum Suidæ repetit, ultimis ejus verbis ἔγραψε δὲ πολλὰ, hæc addens ὧν τὰ πλείω οὐχ εὑρίσκεται, *quorum major pars non invenitur, non apparet.* Digna eſt, quæ animadvertatur, notula. Intelligitur, libros hodieque perditos, jam tunc deſideratos fuiſſe; ſane poſteriores, quod ſciam, de nullo illorum ut ſervato mentionem faciunt. Deinde apparet, Eudociam habuiſſe πίνακα ſeu Indicem librorum Plutarcheorum, vel Epitomas, unde perditorum nomina cognoſceret. Nec vero intervallo temporis eo quod fuit inter Suidam et Eudociam libros illos intercidiſſe dicam.

Suidas locum de Plutarcho non ipſe Auctor ſcripſit, ſed ex antiquiore deſcripſit. Plurimi libri interierunt ab anno 560 ad 860: poſtea, licet redeunte ſubinde Veterum Literarum ſtudio, deinceps alii etiam interciderunt; ſive quod laterent et fugerent quærentium diligentiam; ſive quod eorum Epitomæ adeſſent, et in tanta deſcribendorum librorum multitudine non omnium deſcriptio neceſſaria exiſtimaretur.

MICHAEL PSELLUS Διδασκαλίᾳ Παντοδαπῇ, quam edidit J. A. FABRICIUS Bibl. Gr. vol. v, fine, non ſolum inſcriptiones capitum plurimorum ex libro *De Placitis Philoſophorum* ſecutus eſt, ſed ipſam materiam ac verba ex Plutarcho ſumſit, in primis ex *Quæſtionibus Naturalibus* et *Sympoſiacis*. In libris ineditis memoratur a LEONE ALLATIO apud FABRIC. ii, p. 39. *Ecloga utilis ex libro Parallelorum:* quod utrum de Plutarcheis *Vitis* an de *Sacris Parallelis* Johannis Damaſceni accipiendum, non liquet.

XIPHILINUS Epitom. Dionis Caſ. libri xliv, affirmat Plutarchum verius ac liberius de C. J. Cæſaris nece ſcripſiſſe quam Dionem: p. 157. ed. Sylb. Οἱ περὶ τὸν Βροῦτον τὸν Μάρκον, καὶ τὸν Κάσσιον τὸν Γαΐον ἐπεβούλευσαν αὐτῷ καὶ ἀπέκτειναν, ὡς μὲν ὁ συγγραφεὺς λέγει δι' ἀλιτηριώδη τινὰ οἶστρον· τοὺς Καίσαρας δεδιώς πω, καθάπερ εἰκὸς συγκλητικὸν ὄντα καὶ οὐ τῶν ἀφανῶν, οὐδὲ ἰσορίαν ἀφανῆ συντιθέντα· ὡς δὲ τὸ ἀληθὲς ἔχει καὶ Πλούταρχος ἐν τοῖς Παραλλήλοις διδάσκει, διὰ φρονήματος ἀξιώμα φιλελεύθερον, καὶ προαιρέσεως εὐγένειαν ἥκιστα ἐθελόδουλον. Aliis etiam locis Plutarchum ſequi videtur. Verba de Sexto Plutarchi Nepote, in M. Antonino, p. 363, Σέξτῳ προσίεναι τῷ ἐκ Βοιωτῶν φιλοσόφῳ: intelligenda ex iis quæ ſupra notavimus in *Appuleio*.

SÆCUL. XII.

EUSTRATIUS in Commentario ad Ariſtotelis Ethica Nicomach. vid FABRIC. Bibl. Gr. vol. ii, p. 151. Huic debemus emendationem loci Plutarchei initio libri *De Iſide et Oſiride*, quem locum integriorem quam adhuc in libris noſtris erat, ſervavit Euſtratius ad Ariſtot. Ethic. lib. vi.

NICEPHORUS BASILACA in *Excerptis Rhetorum et Sophiſtarum Leonis Allatii*, *Romæ* 1641, 8. Διήγημα γ'· ὃ καὶ Πλούταρχος ἐν τοῖς Παραλλήλοις διηγεῖται. Non eſt in Parallelis, ſed in libro *De Virtutibus Mulierum*, caput poſtremum, *Moral.* p. 262.

GLYCAS Annalium ed. Venet. p. 45, A, de faſcino agens, memorat Eutelidem ex Plutarchi *Sympoſ. Quæſt.* v, 7. Ibid. p. 101, E, ſunt ex *Placitis Philoſophorum*, i, 6.

JOHANNES TZETZES, frequens ille quidem in memorando Plutarcho, nec tamen ut multum adferat momenti. In *Scholiis ad Heſiodum* Proclo non paucos Plutarcheos ſublegit locos, quoſdam etiam pleniores habet; eſt quoque ubi in eadem interpretatione nomen Plutarchi ipſe habeat, Proclus non item. Nec hoc eo valet, ut Tzetzem adhuc integrum Plutarchi Commentarium habuiſſe exiſtimemus. Quidquid ejus hoc ſæculo exſtabat, id in Procli Commentario exſtabat, nec ipſo forte adhuc integro. Unde etſi multa in ſuam rem abſtulit Tzetzes homo multæ quidem lectionis, ſed vanus et jactator, mirifice tamen Proclum contemnit. Nunc ex Proclo non niſi excerpta habemus: at plena illa locorum Plutarcheorum ad quos indagandos, utilis eſt comparatio Tzetzis, quandoquidem eorum plu-

rimis nomen Plutarchi non eſt additum. Sed hæc in Fragmentis tractabimus. In *Chiliadibus* Hiſtorias a Veteribus proditas refert ſuo more, id eſt jejune, additis tamen auctorum nominibus ; non item libris notatis. Hiſt. 1, de Crœſo eſt ex *Vita Solonis*. Hiſt. 29, de Antiſthenis Sybaritæ veſte quam a Carthaginienſibus emiſſe dicebatur Dionyſius, addit ἃ Πλούταρχος, οἶμαι, γράφει : at nil tale in Plutarcho. Hiſt. 32, de Xerxe, ex *Vita Themiſtoclis*. Hiſt. 33, de Cleopatra, ex *Vita Antonii*. Hiſt 70, de utroque *Catone* ſcribit Plutarchus. Hiſt. 93, de Lacedæmoniis, ex *Vita Lycurgi*. Hiſt. 111, de Diebus, ex *Vita Camilli*. Hiſt. 129, de Xanthippi cane, ex *Vita Themiſtoclis*. Hiſt. 137, de Heliadibus et Eridano, non eſt in Plutarcho : quæremus de hac re in Fragmentis. Hiſt. Nov. 9, de Solone et Anacharſide, ex *Vita Solonis*. Hiſt. 59, de Vindicio et filiis Bruti, ex *Vita Publicolæ*. Hiſt. 71, ex *Vita Camilli*. Hiſt. 11, Sirenes fuiſſe meretrices, Πλούταρχος ὁ νεώτερος λέγει, in eadem re eundem auctorem laudat Iſaacius Tzetzes ad Lycophron. 653 : huic locus erit quæſtioni in Narratione De Vita et Scriptis Plutarchi.

Scholia ad Lycophronem ; quæ revera ipſius ſunt Johannis ; nomine, fratris ejus Iſaacii ; ad verſ. 494, ex *Theſei Vita*, plenius ea referunt quæ paucis ſignificantur apud Schol. Eurip. Hippol. 11. Ad verſ. 921, de ſerva Trojana, nomine Roma, e *Vita Romuli* in principio, et libro *De Mulierum Virtutibus*, p. 243, E. Ad. verſ. 934, Quirinum eundem eſſe Romanis ac Martem, ex *Vita Romuli*, p. 36, B. Ad verſ. 1133, de Abantibus, et de conſuetudine comæ Delphis conſecrandæ, ex *Vita Theſei*, p. 2 et 3. Ad

verſ. 1200, de Inſulis Beatorum, ex *Vita Sertorii*, p. 571 et 572. Ad verſ. 1324, de Theſei amicitia cum Lycomede in Scyro inſula, ex *Vita Theſei*, p. 16.

EUSTATHIUS, haud minoris ſcientiæ, et rectioris judicii homo, Plutarchi locos paucis quidem ipſius verbis, ſed frequenter tamen, ſignificat ita ut de ſanitate aut corruptela vulgatæ editionis conjectura fieri poſſit. Saniora integrioraque exempla, quam hodieque ſunt, forte habuit; libros, nunc perditos, nullos habuit. Ὁμηρικὰς μελέτας Plutarchi non memorat: quas ſi habuiſſet, ſæpiſſime profecto eas citaſſet. Librum *De Fluminibus* et *Proverbia*, laudat nomine Plutarchi. *Sympoſiacos* libros, crebrius fere quam alios, ad partes vocat, eorumque aliquanto probius exemplum, quam vulgata noſtra ſunt, habuiſſe videtur: veluti ix, p. 733, E, ita legit ut emendavimus ex optimo codice Palatino. Hæc dicta ſunt de Commentario ad Homerum. Nam in Commentario ad Dionyſium Periegetem, non niſi bis exſtat Plutarchi mentio: ad verſ. 285, de Germanis ex *Vita Marii*, p. 411, C: ad verſ. 775, de Sinope urbe, ex *Vita Luculli*, p. 507, A. Sed Euſtathii teſtimonia ſuo quodque loco vel in Annotatione Emendationum jam adhibuimus Plutarcho, vel adhibebimus in Animadverſionibus.

Incertorum Auctorum et incertæ ſcripta inedita ætatis, hoc tamen potius quam alio in ſæculo ponenda cenſeo. *Anonymus de Incredibilibus* ab Allatio editus in Excerptis Rhetor. et repetitus a Galeo in Opuſculis Phyſ. et Mythol. caput octavum de Chimæra ex Plutarchi libro *De Virtutibus Mulierum* ſumtum eſſe, ipſe profitetur. *Collectio Locorum ex S. S. Patribus et aliis Scriptoribus* inter quos etiam Plutar-

chus numeratur: apud MONTFAUCONUM Bibl. Coiſlin. p. 413, 414: videtur compilata eſſe ex Maximo et Antonio; nam ego librum ipſum non habui. Proxima opuſcula ipſe habeo. Ἀπομνημονεύματα ἐκ διαφόρων ποιητῶν τε καὶ ῥητόρων, ἔκ τε τῶν ϑύραϑεν καὶ τῆς καϑ' ἡμᾶς ἱερᾶς φιλοϑέου παιδείας ἑκάστη τῶν προκειμένων ὑποϑέσεων οἰκείως καὶ ἁρμοζόντως ἔχουσα: continet aliquot Plutarchi locos: GRONOVIUS, ex cujus auctione emi, deſcripſit ex codice quodam Florentino. Γνῶμαι Σοφῶν, in Bibliotheca Academiæ Lugduno-Batavæ, ſunt ex eodem genere. *Cento Florentinus*, eſt oratiuncula de Regis officio, compilata ex Plutarchi *Apophthegmatibus* aliiſque cum ipſius, tum aliorum ſcriptis etiam Chriſtianorum: exſtat in Bibliotheca Medicea, pluteo 70, numero 1: apographum habeo GRONOVIANUM. Aliæ ejuſdem generis et materiæ videntur fuiſſe ſcriptiunculæ. Hujuſmodi certe eſt illa, quam Johannes Sariſberienſis frequenter laudat et exſcriptos ex ea locos profert, *Plutarchi Inſtitutio ad Trajanum Cæſarem:* de qua nunc dicendum.

Nam ut rara erat ac tenuis apud Græcos veterum Literarum cognitio, ita rarior etiam et fere nulla apud Latinos. Quo magis miraculi inſtar habendus eſt JOHANNES SARISBERIENSIS, qui illo et tempore et loco, id eſt trecentis ante Petrarcham annis, nec in Italia ſed apud Anglos et Normannos, eam doctrinæ et orationis elegantiam protulit, quæ non quidem accurata ac ſincera, ſed tamen apud omnes Occidentis populos inde a ſexcentis annis ignota et inaudita eſſet. Græcarum Literarum et Linguæ ignarus, ut videtur, res ac doctrinam e Romanis Auctoribus delibavit, aut e rivulis etiam lutulentis

librorum quorumcumque e Græcis male Latine redditorum. In ejus Policratico frequenter memoratur Plutarchi *Inſtitutio Trajani*, cui præmiſſa *Epiſtola ad Trajanum* tota apponitur libri v, capite i: tum per totum librum v et vi, item viii aliquoties, locos ex illa *Inſtitutione* vel exſcribit, vel admixtis ſuis additamentis refert, et omnino illius ordinem præceptorum ſequitur. Hæc in Fragmentis exhibebimus. Nunc illud monuiſſe ſatis ſit, librum illum ab incerto homine Latinum fuiſſe factum e Græco: Græcum fuiſſe conſarcinatum e Plutarcheis *Apophthegmatibus* et aliis Plutarchi libris: nam Latina quamvis inficeta interpretatio, tamen habet rerum ſatis certa indicia quæ Plutarchum prodant: ex his igitur laciniis aliquis poſterior Græculus iſtam *regiam Inſtitutionem Trajani*, ſub nomine Plutarchi, compoſuit. Similis eſt et ejuſdem, ut ita dicam, farinæ is, quem modo ſignificaviimus, *Cento Florentinus* a nobis appellatus. Aliis locis alii aliunde libri memorantur: veluti iv, 8, *De magiſtratuum moderatione librum fertur ſcripſiſſe Plutarchus, qui inſcribitur Archigrammaton, et magiſtratum ſuæ urbis ad patientiam et juſtitiæ cultum verbis inſtituiſſe dicitur et exemplis:* de quo libro quidquid inaudiverat Sariſberienſis, videtur ſignificari is qui nunc exſtat et *Reipublicæ gerendæ præcepta* inſcribitur: proxima illius loci ſunt ex Gellio, i, 26. Porro Policrat. viii, 10, ubi Plutarchus nominatur, ſumtum ex Macrobio Sat. vii, 3, cujus etiam alii loci e Plutarcho, omiſſo nomine, exſcripti, denuo exſcribuntur e Macrobio a Sariſberienſi. Denique iv, 5, illud ex Ariſtotele et Plutarcho *de palma*, ſumtum eſt e Gellio iii, 6.

CODICES aliquot, quorum lectionibus uſi ſumus,

hoc ſæculo ſcripti cenſentur : Pariſini D et F membranacei, eadem literarum forma qua Moſcuenſes 1 et 2, quorum prior ſæculo xi vel xii, poſterior xii, ponitur a MATTHÆO Viro Cl. in Præfatione ad Plutarchi libellos *De Vitioſo Pudore* et *De Fortuna*. Ejuſdem ætatis habetur codex Pariſ. num. 1678 : et habendi ſunt codices *Vitarum* et *Moralium* Florentini, quorum collatio e GRONOVIANIS ſchedis ad me pervenit. Codices duo Vindobonenſes, ap. LAMBECIUM edit. Kollarii t. vii, p. 257. Num. lxxii, continens *Sympoſiacas Quæſtiones*, mirificis laudibus fertur a LAMBECIO, quibus hunc codicem laudibus indignum eſſe, mihi ſcripſit Vir doctiſſimus ALOYSIUS L. Baro de Locella, qui eum multis locis inſpexit, ejuſque excerpta et notitiam mecum communicavit : eum tamen hoc ſæculo cenſens. Alter eſt num. lxxiii, in quo ſunt *Moralia* complura. Cæterum codices hic memorati ſunt membranacei.

SÆCUL. XIII.

Capta ſub initium hujus ſæculi Conſtantinopolis et Græcia a Latinis : quæ calamitas plurium etiam bonorum librorum jacturam attulit. Veterum Literarum periti homines feruntur nulli. Recuperato a Græcis imperio, Literarum ſtudia paululum recreari cœperunt. Sub finem ſæculi ſcriptus eſt in Græcia

CODEX membranaceus *Vitarum* et *Moralium* Plutarchi, anno 1296 ; qui in Pariſienſi bibliotheca ſervatus notatur numero 1671, a nobis litera A ſignificatur. In quo deſcribendo, et omnino in Plutarcho emendando, aliquid operæ collocatum fuiſſe a Maximo Planude, non abhorret a veriſimilitudine : quandoquidem eadem, quæ reliqua ſcripſit, manus hanc

notulam adjecit in *Conſolatione ad Apollonium*, p. 113, D, Εἰ δὴ ὁ τῆς ξωῆς κ. τ. λ. adſcripta in margine eſt correctio hæc, Οὕτως οἶμαι δεῖν γράφεσθαι, Εἰ δὲ ὁ τῆς ζωῆς κ. τ. λ. nec enim neceſſe eſt totum exſcribere locum. Eadem verba exſtant in codicibus Veneto et Voſſiano, qui ex xv ſunt ſæculo: ſed in codice Pariſino E, qui haud multo poſt codicem A ſcriptus eſt, additur nomen et auctoritas Maximi Planudis, ita—καλῶς Μάξιμος ὁ Πλανούδης ἔτως οἴεται δεῖν γράφεσθαι, Εἰ δὲ ὁ τῆς ζωῆς κ. τ. λ.

SÆCUL. XIV.

THEODORUS METOCHITA, in opere perdocto, *Capitum Miſcellaneorum ex Hiſtoria et Philoſophia*, capitis 71 argumentum et inſcriptionem fecit περὶ Πλατάρχου. Conſulendus eſt FABRICIUS Bibl. Græc. vol. ix. p. 218.

THOMAS MAGISTER in Eclogis Atticarum Vocum, compluribus in locis adfert Plutarchi dictiones, ex iis quidem libris quos hodieque habemus.

MACARIUS CHRYSOCEPHALAS, cujus notitiam debemus VILLOISONO in Anecdotis Græcis, t. ii, librum confecit Ῥοδωνιὰν inſcriptum, id eſt, *Roſetum* ſive *Florilegium*, e complurium ſcriptis veterum Auctorum collectum. In his eſt Plutarchus: cujus loci item ſunt ex libris iis qui ad nos pervenerunt, ac ſignificantur p. 9. Varias earum lectiones in apparatu meo habeo, et in Annotatione Emendationum aliquoties memoravi.

NICEPHORUS GREGORAS in Hiſt. Byzant. Scriptor. ed. Venet. p. 15, de Teutonum origine Plutarchum laudat auctorem, reſpiciens ad *Marii Vitam*. Ibidem, p. 560, de *Numa* ex Plutarcho refert.

CODICES Plutarchei hoc ſæculo ſcripti videntur complures. Codex membranaceus Pariſienſis num. 1672, quem litera E ſignificamus: præſtantiſſimus ille, ex codice quidem A exſcriptus, quippe *Vitas* et *Moralia* eodem ordine, numero, item forma maxima, continens: ſed ita exſcriptus, ut vetuſtiora adhiberentur exempla; unde et lacunæ complures expletæ et lectiones receptæ meliores multæ. Codex *Moralium* ejuſdem Bibliothecæ, C a nobis notatus, num. 1955: et H, num. 1680. Codices Romani *Moralium* et *Vitarum*, Vaticanus num. 139, Palatinus num. 248; ex quibus varias lectiones *Quæſtionibus Sympoſiacis* adhibuimus. Item Codices *Vitarum*, num. 1673 et 1674. Porro Florentini *Vitarum* et *Moralium*, Medicei et Monaſterii S. Mariæ, apud MONTFAUCONUM Bibliotheca Bibliothecarum p. 375, et Diario Italico p. 367.

FRANCISCUS PETRARCHA bonarum Literarum in Italia inſtaurator, ex Plutarcho quædam prodit, quæ in libris, quos nunc habemus, non exſtant. Veluti, in Apologia adverſus Gallum p. 1082: *Cum Tullio Senecam pono, de quo Plutarchus, magnus vir et Græcus ultro fatetur, nullum in Græcia fuiſſe, qui ſibi in Moralibus poſſit comparari.* Porro de eodem argumento, in Epiſt. iii, ad Illuſtres Veteres, quæ eſt ad Senecam, p. 706: *Plutarchus ſiquidem Græcus homo et Trajani Principis magiſter, ſuos claros viros noſtris conferens, cum Platoni et Ariſtoteli, quorum primum Divinum, ſecundum Dæmonium Græci vocant, Marcum Varronem, Homero autem Virgilium, Demoſtheni Marcum Tullium objeciſſet, auſus eſt ad poſtremum et ducum controverſiam movere, nec eum tanti ſaltem diſcipuli veneratio continuit—non erubuit confiteri quod quem tibi ex*

æquo in Moralibus præceptis objiceret non haberet. Laus ingens, ex ore præſertim hominis animoſi qui noſtro Julio Cæſari ſuum Alexandrum comparaſſet. At quis umquam aut legit aut fando audivit, Plutarchum comparaſſe Varronem Platoni et Ariſtoteli, Virgilium Homero? Neque vero illud de Seneca in libris Plutarchi, qui nunc ſunt, exſtat. An igitur *Vitam Neronis* aut alios Plutarcheos libros habuit Petrarcha, unde hæc diſceret? Non credibile eſt in Italia tunc fuiſſe quod in Græcia non eſſet, ubi jam ſæculo decimo libros Plutarcheos ad eam quæ nunc eſt paucitatem redactos fuiſſe, haud obſcure intelligitur ex ſuperiore noſtra ſæculorum notatione. Igitur exiſtimem Petrarcham deceptum fuiſſe vel rumore falſo ac traditione, vel ſpurio libello ſimillimo *Inſtitutioni* illi *ad Trajanum* qua dudum antea Sariſberienſis deceptus fuerat.

SÆCUL. XV.

Turci paulatim invaleſcentes, tandem Conſtantinopolim capiunt anno 1453. Tempeſtas lente appropinquans nec ſubito incidens, non tantum librorum attulit interitum quantum illa initio ſæculi xiii Latinorum invaſio. Plutarcheus certe liber nullus tunc intercidit. Græci docti homines et antea jam, et magis etiam poſt captam a Turcis urbem, ad Venetos ſe et in Italiam recipiunt apportatis ſecum bonis libris. Fuerunt Græci, qui ad Antiquorum laudem contenderent: item Latini, horum diſciplina eruditi, et Petrarchæ exemplo excitati.

CODEX Pariſienſis B, bombycinus, in Græcia ſcriptus, hoc aut antecedente ſæculo, eximiæ bonitatis, continens circiter dimidiam *Moralium* et *Vitarum* partem; ut videtur, ex E, aut ejuſdem exem-

pli codice, ita deſcriptus ut antiquiores melioreſque ſimul adhiberentur; unde quædam lacunæ uberius etiam expletæ, et plura menda ſanata.

LEONARDUS BRUNUS complures *Vitas* Plutarcheas Latine vertit, quæ exſtant in editionibus *Vitarum* Latinis.

GUARINUS VERONENSIS, Bruni exemplo, item *Vitas* aliquot Latine reddidit, quæ ibidem exſtant. In eodem ſtudio et inſtituto ſecuti ſunt alii Itali: LEONARDUS JUSTINIANUS, FRANCISCUS BARBARUS, DONATUS ACCIAIOLUS, JOHANNES LAPUS, alii a quibus *Vitæ* Latine redditæ, in Latinis Verſionibus Plutarchi feruntur.

GEMISTUS PLETHON, Græcus, ratione et oratione cum Antiquis comparandus, Plutarchi cauſſa hic memorandus, quod libelli *De rebus Græcorum poſt pugnam Mantineenſem* primum librum ex *Vitis Dionis* ac *Timoleontis* ſumſit.

BESSARION Cardinalis, Græcus, diſcipulus Plethonis, doctrinæ laude magiſtro ſimilis, de Plutarcho bene meruit conficiendis novis apographis iis quæ in Bibliotheca Veneta ſervantur. Quo in negotio uſus eſt manu et opera JOHANNIS RHOSI.

MICHAEL APOSTOLIUS, Plethonis item diſcipulus, non prætereundus hoc loco, quod in opere *De Proverbiis* complures Plutarchi locos adfert, et auctor cenſeri debet *Violeti* ab Arſenio editi: de quo mox dicemus.

MOSCHOPULUS, ſi quidem vere hujus nomen inſcriptum eſt Scholiis in Heſiodum, aliquoties Plutarchi interpretationem memorat, etiam ubi in Proclo prætermiſſa eſt: ut Procli excerpta pleniora, quam nunc ſunt, habuiſſe videatur.

CODICES Plutarchei ſcripti ſunt inde a medio hoc ſæculo ad finem ejus : *Veneti*, de quibus modo dictum : *Britannici*, Harleiani et Collegii Novi Oxonienſis : *Pariſienſes*, G. J. L. M. N. Z : *Batavici*, ex Bibliotheca Academiæ Lugdunenſis, Voſſiani, et Perizonianus : *Vindobonenſes*, Catalogi Lambec. t. vii, p. 259, num. 75 et 76. Codex etiam Apophthegmatum aliorumque *Moralium* libellorum ſcriptus ab Antonio Athenienſi ſumtibus Franciſci Philelphi, Senæ anno 1436, teſte MONTFAUCONO Biblioth. Bibliothecarum p. 347.

Moralium ſingulares libellos Latine verterunt inde a medio hoc ſæculo et initio proximi NICOLAUS SAGUNDINUS, FRANCISCUS PHILELPHUS, JANUS PANNONIUS, ANGELUS POLITIANUS, RAPHAEL REGIUS, JOHANNES REGIUS, BILIBALDUS PIRCKHEYMERUS, OTTOMARUS LUSCINIUS, et alii, quorum interpretationes maximam partem exſtant in editione Baſileenſe Latina anni 1541, memoratæ a nobis ſuo quæque loco, in Indice libellorum *Moralium* huic præfationi ſubjecto.

ARSENIUS, Monembaſiæ epiſcopus, Michaelis Apoſtolii filius, Græcorum ultimus a nobis cenſetur. Ejus exſtat Ἰωνιὰ, id eſt, Collectio Apophthegmatum ac Sententiarum ex Veteribus Græcis, Plutarcho etiam, delibata. Hæc, ſine dubio, eſt pars *Violeti* a patre ipſius Michaele Apoſtolio collecti ; ut vere ſuſpicatus eſt FABRICIUS Bibl. Gr. vol. x. p. 223. Exemplum edito longe locupletius ſervatur in Bibliotheca Moſcuenſi, unde ejus notitiam prodidit MATTHÆUS V. Cl. in Catal. Codic. MSS. Bibliothecæ Moſcuenſis, p. 14. et Plutarchi locos edidit ad calcem editionis libellorum *De Vitioſo Pudore* et *De*

Fortuna anno 1777, forma octava. Collectio illa exempli Moſcuenſis quantivis eſt pretii, quippe quæ multa habet nova nec aliunde cognita, ſive illa ex pleniore, quam nunc fertur, Stobæo, ſive ex aliis perditis libris ducta: quod equidem affirmare haud dubito, qui ejus apographum ipſe tractavi ex eoque excerpta ſervavi.

Satis eſt hanc notationem hucuſque deduxiſſe: nec attinet de codicibus aliis ſcriptis et interpretationibus Latinis plura etiam adferre e Catalogis Bibliothecarum. Defungimur iis notitiis, quas noſtro ipſi uſu collegimus. Videmur nobis quatuor recenſiones et ætates *Moralium* deprehendiſſe. Prima eſt ante ſæculum xiii; ex qua ætate ſunt Moſcuenſes valde illi mendoſi, iiſque haud paulo meliores Pariſienſes D et F, iiſdem tamen lacunis, quibus Aldina et Baſileenſes editiones, affecti. Altera eſt ſub finem ſæculi xiii, recuperata a Græcis Conſtantinopoli, libris Plutarcheis et *Vitis* et *Moralibus* in unum volumen collectis, cujuſmodi eſt Codex A, ſcriptus anno 1296, cum quidem librarii non tam emendatæ lectionis, quam collectionis omnium, qui reperiri poſſent, librorum, rationem habuerunt. Tertia eſt Codicis E qui eundem librorum numerum, ſed lectionem ſcripturamque magis ſinceram habet, petitam ex vetuſtioribus ac melioribus libris: ſcriptus ſæculo xiv ineunte: ejuſdem generis eſt Palatinus, in Sympoſiacis etiam melior, quippe quas Codex E a deteriore ac poſteriore manu ſcriptas habet; cæterum aliis in libris cæteros ejuſdem ætatis codices multum ſuperans. Quarta exſtat in codice B, cui major etiam adhibita eſt emendationis cura quæſitæ ex pluribus et antiquioribus exemplis: numeri et ſummæ libro-

rum Plutarcheorum non item habita ratio. Sequuntur codices ſæculi xv, fere omnes in Italia deſcripti e codicibus recenſionis ſecundæ, id eſt, Codicis A, adhibitis forte, uno alteroque in libro, aliis exemplis: ex hoc genere ſunt codices, Beſſarionis, Veneti, unde princeps editio Aldina expreſſa eſt.

CAPITIS III.

SECTIO II.

De Editionibus opera chalcographica factis, Verſionibus, Animadverſionibus, Commentariis.

JAM de *Moràlium* Opere peculiariter videamus, eoque univerſo, nec de ſingulis ejus libris. Habet hæc tota materia duas partes, quarum altera eſt de Editionibus Græcis ad novam ſcripturæ conſtitutionem et contextus emendationem factis, altera de Verſionibus, Animadverſionibus, Commentariis, quibus ad emendationem interpretationemve aliquid profectum eſt. Editiones quatuor ſunt et veluti ætates emendandi contextus, eæque omnes unius ſæculi xvi; Aldina anno 1509; Baſileenſes 1542; Stephaniana 1572; Xylandrea 1574: harum Stephaniana cæteras obruit et ſola deinceps dominata eſt. Verſiones, Animadverſiones, Commentationes, illis Editionibus et ætatibus partim interjectæ ſunt, partim ſubjectæ ac poſteriores: illarum auctores fere ſunt Leonicus, Jannotius, Turnebus, Schottus, Xylander, Amyotus: harum, ignotus quidam compilator Variarum lectionum tribus Editionibus Græco-Latinis ſubjunctarum, tum Bachetus Meziriacus, denique noſtra ætate Reiskius.

Nos totam hanc materiam ita explicabimus, non ut eam bifariam diſtribuamus, ſed ut ſingulas ejus partes uno temporum ordine perſequamur.

§. 1.

De Aldina Editione. A. 1509.

Primus, poſt renatas Literas, univerſa Plutarchi Opera edidit ALDUS MANUTIUS Venetiis; anno quidem 1509 *Moralia*, *Vitas* 1519. Sed de *Moralibus* nunc agimus. Titulus in fronte hic exſtat: PLUTARCHI OPUSCULA LXXXXII. *Index Moralium omnium, et eorum quæ in ipſis tractantur, habetur hoc quaternione. Numerus autem Arithmeticus remittit lectorem ad ſemipaginam, ubi tractantur ſingula.* Eodem folio, proxima pagina, eſt præfatio ALDI ad JACOBUM ANTIQUARIUM PERUSINUM; qua in præfatione nulla fit mentio de fontibus et conſilio hujus Editionis. Sequitur ΠΙΝΑΞ, id eſt, Index Græcus *Moralium*, iſque ſane plenus ac refertus, ut qui non modo ſingulorum librorum, ſed minorum etiam, quibus libri conſtant, partium et capitum, titulos exhibeat. Idem eſt Πίναξ in codicibus ſcriptis quibus Univerſa Plutarchi opera continentur, veluti A et E: ſed alio ordine. Nec facile dicam, an ordo Aldinus auctoritate codicis ſcripti nitatur. Illud affirmare haud dubitem codices ſcriptos alium, nec omnes eundem inter ſe habere ordinem, neque ullum eorum qui hodie in libris ſcriptis editiſve feruntur ordinum eſſe ex antiqua ætate, nedum ab ipſo Plutarcho. Πίναξ hic factus eſſe videtur ſæculo fere xii jam perditis Plutarchi ſcriptis plurimis et ad hanc paucitatem redactis; ſuperſtite tamen adhuc parte

libri quarti *Sympoſiacorum* quæ nunc deſideratur; niſi forte tituli Quæſtionum perditarum retentæ ſunt ab auctore hujus Πίνακος ex antiquioris cujuſdam Πίνακος exemplo. Sed ut intelligatur qui ſit ordo Aldinus, a STEPHANO, quem nos ſequimur, immutatus; age, recenſeamus hunc Πίνακα, omiſſis tamen capitum titulis, qui in compluribus Plutarchi libris magnum obtinent locum, veluti in *Quæſtionibus Romanis* et *Græcis*, in *Placitis Philoſophorum*, in *Quæſtionibus Platonicis*, *Vitis X. Oratorum*, *Quæſtionibus Naturalibus*, *Quæſtionibus Sympoſiacis*. In his igitur libris, ſingulorum capitum titulos brevitatis cauſſa omittemus, nec niſi ipſorum nomina librorum recenſebimus. Eſt vero hujuſmodi:

ΠΙΝΑΞ.

Πλουτάρχου Χαιρωνέως περὶ παίδων ἀγωγῆς.
Πῶς δεῖ τὸν νέον ποιημάτων ἀκούειν.
Περὶ τοῦ ἀκούειν.
Πῶς ἄν τις διακρίνειε τὸν κόλακα τοῦ φίλου.
Πῶς ἄν τις αἴσθοιτο ἑαυτοῦ προκόπτοντος ἐπ' ἀρετῇ.
Πῶς ἄν τις ὑπ' ἐχθρῶν ὠφελοῖτο.
Περὶ πολυφιλίας.
Περὶ τύχης.
Περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας.
Παραμυθητικὸς πρὸς Ἀπολλώνιον.
Ὑγιεινὰ παραγγέλματα.
Γαμικὰ παραγγέλματα.
Ἐπὶ σοφῶν συμπόσιον.
Περὶ δεισιδαιμονίας.
Ἀποφθέγματα βασιλέων καὶ στρατηγῶν.
Ἀποφθέγματα Λακωνικά.
Γυναικῶν ἀρεταί.

Περὶ τῦ πότερον ὕδωρ ἢ πῦρ χρησιμώτερον.
Κεφαλαίων καταγραφή. Ῥωμαϊκά.
——————— Ἑλληνικά.
Περὶ τῶν ἐκλελοιπότων χρησηρίων.
Περὶ τῦ ΕΙ, τῦ ἐν Δελφοῖς.
Περὶ τῶν ἀρεσκόντων τοῖς φιλοσόφοις, βιβλίον πρῶτον.
——————— δεύτερον.
——————— τρίτον.
——————— τέταρτον.
——————— πέμπτον.
Περὶ παραλλήλων Ἑλληνικῶν καὶ Ῥωμαϊκῶν.
Σύνοψις τῦ ὅτι παραδοξότερα οἱ Στωϊκοὶ τῶν ποιηῖῶν λέξεσι.
Περὶ μοναρχίας καὶ δημοκρατίας καὶ ὀλιγαρχίας.
Περὶ τῦ τὰ ἄλογα λόγῳ χρῆσθαι.
Ὅτι οὐδὲ ζῆν ἐστιν ἡδέως κατ' Ἐπίκυρον.
Εἰ καλῶς εἴρηται τὸ λάθε βιώσας.
Εἰ αὐτάρκης ἡ κακία πρὸς κακοδαιμονίαν.
Περὶ τῆς εἰς τὰ ἔκγονα φιλοστοργίας.
Περὶ Ἴσιδος καὶ Ὀσίριδος.
Περὶ τῶν ὑπὸ τῦ θείυ βραδέως τιμωρυμένων.
Ὅτι διδακτὸν ἡ ἀρετή.
Περὶ τῦ ἑαυτὸν ἐπαινεῖν ἀνεπιφθόνως.
Περὶ ἀοργησίας.
Περὶ πολυπραγμοσύνης.
Περὶ εὐθυμίας.
Περὶ δυσωπίας.
Περὶ φιλαδελφίας.
Περὶ ἀδολεσχίας.
Περὶ φιλοπλυτίας.
Πότερον τὰ τῆς ψυχῆς ἢ τὰ τοῦ σώματος πάθη χείρονα.
Περὶ τῆς Ῥωμαίων τύχης.
Περὶ τῆς Ἀλεξάνδρου τύχης, ἢ ἀρετῆς, λόγος. α.
——————— λόγος. β.

Περὶ σαρκοφαγίας, λόγος. α'.
——————— λόγος. β'.
Περὶ τοῦ ὅτι μάλιστα τοῖς ἡγεμόσι δεῖ τὸν φιλόσοφον διαλέγεσθαι.
Πρὸς ἡγεμόνα ἀπαίδευτον.
Περὶ ἠθικῆς ἀρετῆς.
Εἰ πρεσβυτέρῳ πολιτευτέον.
Πολιτικὰ παραγγέλματα.
Περὶ τοῦ μὴ δεῖν δανείζεσθαι.
Πλατωνικὰ ζητήματα.
Περὶ τοῦ πρώτου ψυχροῦ.
Πότερον Ἀθηναῖοι κατὰ πόλεμον ἢ κατὰ σοφίαν ἐνδοξότεροι.
Περὶ φυγῆς.
Περὶ φθόνου καὶ μίσους.
Παραμυθητικὸς πρὸς τὴν ἰδίαν γυναῖκα.
Περὶ εἱμαρμένης.
Περὶ μουσικῆς.
Ἐπιτομὴ τῆς συγκρίσεως Ἀριστοφάνους καὶ Μενάνδρου.
Βίοι τῶν δέκα ῥητόρων.
Στωϊκῶν ἐναντιωμάτων.
Ὄθων.
Πότερα τῶν ζώων φρονιμώτερα, τὰ χερσαῖα ἢ τὰ ἔνυδρα.
Γάλβας.
Περὶ τῆς ἐν Τιμαίῳ ψυχογονίας.
Ἐπιτομὴ τοῦ περὶ τῆς ἐν Τιμαίῳ ψυχογονίας.
Ἐρωτικαὶ διηγήσεις.
Αἰτίαι φυσικαί.
Συμποσιακῶν πρῶτον.
——————— δεύτερον.
——————— τρίτον.
——————— τέταρτον.
——————— πέμπτον.
——————— ἕκτον.
——————— ἕβδομον.

Συμποσιακῶν ὄγδοον.
——— ἔνατον.
Ἐρωτικός.
Περὶ τοῦ ἐμφαινομένου προσώπου τῷ κύκλῳ τῆς σελήνης.
Περὶ τῦ μὴ χρᾶν ἔμμετρα νῦν τὴν Πυθίαν.
Πρὸς Κολώτην.
Περὶ τῶν κοινῶν ἐννοιῶν πρὸς τὰς Στωϊκάς.
Περὶ τῦ Σωκράτυς δαιμονίυ.
Περὶ τῆς Ἡροδότυ κακοηθείας.

Proximum eſt HIERONYMI ALEANDRI MOTTENSIS epigramma Græcum in hanc editionem: de quo homine aliquid dicimus in *Indice* huic noſtræ præfationi ſubjuncto, quo enumerantur *Codices ſcripti veteres et ſingularium libellorum editiones*, Numero Z, ad libellum cujus inſcriptio eſt, *Quomodo juvenis poetas intelligere debeat.*

Ultimo eſt loco præfatio Græce ſcripta DEMETRII DUCÆ CRETENSIS quem ALDUS huic editioni ordinandæ corrigendæque præfecerat. Hujus præfationis prior pars conſumitur in laudibus Plutarchi et ejus librorum *Moralium:* quam partem hic repetere nil attinet: alteram quin repetamus, facere non poſſumus, quippe quæ ad cognitionem conſtitutæ ſcripturæ refertur. Δημήτριος Δῦκας ὁ Κρὴς, τοῖς σπουδαίοις εὖ πράττειν.—Τοιαύτης μὲν ἔν ἠξιώθητε δωρεᾶς, Ἄλδου Χορηγῦντος, ἡμῶν τε διορθῦντων. Ὑμέτερον δ' ἂν εἴη, τὸν ἡμέτερον κάματον εὐγνωμόνως ἀποδέξασθαι, μηδ' ἐκφαυλίζειν, εἴτι πυ γράμμα διεσφαλμένον ἢ ἄλλό τι τοιῦτον ἡμᾶς παρέδραμεν, ἐκ ὧν ἐμποδῶν οὐδὲ τοῖς μήπω φωνῆς γευσαμένοις Ἑλληνικῆς. Πολλοὶ μὲν (forte, γὰρ) ἀπείρως ἔχοντες τῆς περὶ τὸ διορθῦν φιλοπονίας, ἢ βέλτιον εἰπεῖν ταλαιπωρίας, καὶ τοῦ Γνῶθι Σαυτὸν ἀμνημονοῦντες, ὅλως τε σοφοὶ δοκεῖν ἐφιέμενοι,

μεγάλῃ τῇ φωνῇ λαρυγγίζεσι, "Ὀξεῖα ἀντὶ βαρείας ἐτέθη, "παῖε παῖε τὸν κατάρατον, διέφθαρται γὰρ ἡ βίβλος ἣν "ἐκεῖνος ἐπετέτραπτο κατασκευάσαι τοῖς φιλολόγοις ὁλοσχερῆ "τε καὶ ἀνενδεᾶ." Ἡμεῖς δὲ ἐπὶ τοῖς ἀντιγράφοις οἷς ἐνετύχομεν, ἅτως ὠρθογραφήσαμεν τετεσὶ τοὺς τύπες, ὥσε καὶ τὸν μῶμον αὐτὸν ἐνταῦθα μηδὲν ἂν ἔχειν τέλεον μωμήσασθαι, ἐκτὸς τῶν μηδενὸς ἀξίων· εἴτις μὴ φιλαπεχθημόνως ἀλλ' εὐκρινεῖ γνώμῃ καὶ σαφεῖ κρίνειν ἐθέλοι. Τά γε μὴν ἀνηκέςως διεφθαρμένα, μηδὲν τολμήσαντες καινοτομεῖν ἡμεῖς, καταλείπομεν ὑμῖν τοῖς σοφοῖς δεόμενα θεραπείας τυχεῖν. Ἔῤῥωσθε. Scriptura contextus Aldini, *Moralium* Plutarcheorum, multis quidem partibus mendoſa, habet illa tamen auctoritatem codicum ſcriptorum. Nam et aliis in libris Auctorum edendis ſpectata et probata eſt ALDI religio: nec dubium eſſe poteſt quin Plutarcheos libros expreſſerit e BESSARIONIS codicibus, hodieque ſervatis in bibliotheca D. Marci Venetiis: quod equidem facile agnoſcere potui e collatione, quam habeo, illorum codicum. Præbuerunt ſane ſinguli multis in locis novas eaſque bonas lectiones: univerſi plerumque fere Aldinam ſcripturam referunt, ubi inter ſe conſentientes a Stephaniana diſſentiunt. Huc accedit DEMETRII DUCÆ teſtimonium, affirmantis ſe reddidiſſe codicum ſcripturam, eamque præſertim in locis corruptis et inſanabilibus intactam exhibuiſſe. Quod teſtimonium, ut tantam certe fidem habet quantam tribuere debemus homini honeſto nec ulla fraude cognito, ita confirmatur indiciis illis quæ modo expoſuimus.

Sed menda hujus editionis, innumerabilia ſane illa, duplicis ſunt generis. Alterum eorum quæ in ipſis codicibus exſtant gravia et altius inhærentia: quæ ita, uti erant, relicta, nec per conjecturam mutata

esse, adeo nil detrahit laudibus Aldinæ ut ejus etiam auctoritatem et fidem magnopere augeat. Alterum genus mendorum est eorum quæ a typographi, in primis correctoris, negligentia proficiscuntur: quod genus in Aldina longe frequentissimum esse ne ipse quidem dissimulare potuit DEMETRIUS corrector, quippe futuros reprehensores occupare atque elevare studens. Operæ pretium est cognoscere judicium de DEMETRIO, JOACHIMI CAMERARII, proditum in præfatione ad librum Plutarchi *de Oraculorum Defectu*; quem locum prodidit etiam SCHELHORNIUS Amœnitatum Literariarum t. ii. p. 339: *Recordor*, inquit, *me audiisse ex magistro meo, Richardo Croco Britanno, qui quosdam libellos Plutarchi explicare nobis pueris solebat, editioni illi scriptorum Plutarchi in officina Manutiana præfectum Cretensem quemdam Demetrium, qui videret, ut illa ab operis diligenter et accurate exprimerentur: eum igitur, audire memini Crocum narrantem, maxima cum negligentia atque incuria provinciam istam gessisse hominem neque laborioſum et leviusculum. Ad id tum, ut puer, (annus enim a Croci disciplina ætatis meæ agitur quadragesimus octavus) non admodum animum revocavi, ut cogitarem quale esset: sed postea nimis verum esse cum indignatione legens scripta illa comperi: neque temere esse aut falso a Croco dictum, vel ex Epistola, quam Demetrius iste præposuit libro edito, deprehendi. Est enim illa mendose expressa*—. Menda typographica hujus editionis utrum typothetæ an correctori DEMETRIO tribuenda sint, non statuo: admissa certe sunt plurima, atque adeo in ipsa DEMETRII præfationis et Indicis parte a nobis exhibita: quæ nos menda taciti correximus nec describendo propagare voluimus. Levitatis ac negligentiæ DEMETRIUM accu-

ſare potuerit CROCUS, qui illum æqualis propius cognoviſſe videtur: ego non poſſum, quoad quidem ejus aliunde mihi notitia obtigit. Præfuit idem editioni Rhetorum Græcorum factæ apud ALDUM anno 1508, cui editioni addita eſt ejuſdem DEMETRII epiſtola ad MARCUM MUSURUM. Neque eum præteriit HUMPHREDUS HODIUS in libro *De Græcis illuſtribus Linguæ Græcæ Literarumque humaniorum inſtauratoribus*, edito Londini anno 1742 forma octava; cujus locus hac notitia præfationis *Moralibus* Plutarcheis præmiſſæ augendus erit. Sed ipſa HODII verba apponamus. *Demetrius Ducas Cretenſis in Italia egit ad annum* MDVIII, *quo tempore Epiſtola ejus Græca præfixa eſt volumini primo Græcorum Rhetorum ab Aldo Venetiis editorum. In Hiſpaniam poſtea vocatus eſt ab ampliſſimo Cardinali Ximenio, ut Bibliis Complutenſibus, quoad Græca, edendis operam navaret. In fine Teſtamenti Novi iſthic editi anno* MDXIV, *legitur ejus Epigramma Græcum: et ejuſdem eſſe videtur præfatio Græca, quæ quidem T. Novo præmittitur. Recenſetur ab Alvaro Gomecio (de Ximenii Rebus geſtis I, 2.) inter illos eruditos viros, quos ad nobile illud opus adornandum ac perficiendum Cardinalis ille illuſtriſſimus ad ſe arceſſivit: inceptum autem eſt opus anno* MDII. *Eundem fuiſſe opinor ac Demetrium illum Græcum, qui libellum Galeni ſpurium* De Oculis *in Latinum tranſtulit.*

Sint igitur, ut ſane ſunt, in Aldina *Moralium* Plutarcheorum editione, menda typographica plurima: ſunt tamen, exceptis pauciſſimis, ejuſmodi ut correctionem ita facilem et manifeſtam habeant, quæ vel mediocriter Græce doctum fugiat neminem. In reliqua ſcriptura, quamvis multis partibus mendoſa et

lacunoſa, quum ſcriptos codices retulerit, ipſa quoque Editio inſtar ſcripti codicis cenſenda eſt.

§. 2.

De Nicolai Leonici emendationibus. A. 1509—1533.

Ita vulgatis et frequentatis per ALDI officinam Plutarcheorum librorum exemplis, ipſa tamen mendorum multitudo ſtudiis legentium officiebat. Itaque credibile eſt complures fuiſſe doctos homines qui huic incommodo mederi ſtuderent, notandis in margine Aldini exempli mendorum correctionibus: ſed quorum quidem ad me pervenerit notitia, primus qui hoc ageret fuit NICOLAUS LEONICUS. Hujus *Moralium* Aldinorum exemplum ab ipſo ſcriptis in margine correctionibus caſtigatum, poſtea pervenit ad DONATUM JANNOTIUM, hinc ad M. A. MURETUM et alios venerunt apographa. Neque vero ſola uſus eſt conjectura LEONICUS, ſed codicem etiam ſcriptum adhibuit; ut apparet ex MURETI Annotatione. Sed de hac Variarum Lectionum copia uberius et opportunius infra dicetur in loco de Jannotiana Collectione. Cæterum NICOLAI LEONICI clarum eſt nomen in doctis illius ætatis hominibus, et multis ab ipſo ſcriptis libris celebratum, et crebra mentione a ſcriptoribus Hiſtoriæ Literariæ frequentatum, cum aliis, tum GESNERO in Bibliotheca; VOSSIO de Hiſtoricis Lat. iii, 12: FABRICIO Bibl. Lat. l. xi, p. 788. Patria fuit Venetus, diſcipulus DEMETRII CHALCOCONDYLÆ ac BARTHOLOMÆI THOMÆI, unde ipſe *Thomæus* cognominatus eſt: obiit anno 1533, ætatis 76, Patavii, ubi per multos annos Peripateticam Philoſophiam, idque

primus, docuit: Græcarum Latinarumque Literarum in primis peritus ac Latinæ orationis elegantia et puritate probatus.

§. 3.

De Baſileenſi Editione. A. 1542.

Aldina Editio recuſa eſt Baſileæ: *Vitæ*, anno 1533: *Moralia*, 1542: illæ apud ANDREAM CRATANDRUM et JOHANNEM BEBELIUM: hæc ex officina Frobeniana per HIERONYMUM FROBENIUM et NICOLAUM EPISCOPIUM. *Moralibus* nulla eſt præmiſſa vel præfatio, vel admonitio; ut cum his quoque SIMONIS GRYNÆI ad JOANNEM OPORINUM præfationem *Vitis* præfixam, communicare voluiſſe videantur editores. Sed in illa GRYNÆI præfatione nil eſt quod ad Plutarchum pertineat, cujus adeo ne nomen quidem memoratur; ut eodem jure nullius non Scriptoris Editioni præmitti potuiſſet. Neque vero aliunde comperire potui, quis huic editioni præfuerit, quibus copiis inſtructus ad eam faciendam acceſſerit. Quidquid ejus rei cognovi, ipſius cognovi editionis uſu, ac totum fere huc redit, ut affirmare poſſim corrigendæ ſcripturæ provinciam diligenter adminiſtratam eſſe idque ab homine haud indocto: typographica Aldinæ menda, exceptis pauciſſimis, ſublata: graviora vetera menda, quæ quidem unius aut paucorum depravatione verborum conſtarent, non nulla, nec multa tamen, correcta: lacunas vero expletas nullas. Locos, quibus hæc ſententia noſtra confirmetur, cum præbet Annotatio Emendationum a nobis Græco ſubjecta contextui, tum præbebit Index Variarum Lectionum. Sed ut res, niſi quanta, at qualis ſit, intelligatur, paucis

nunc defungemur exemplis, iisque non magno ex spatio collectis, sed ab una fere ac dimidia pagina oblatis. *Symposiacorum* lib. vi. *Quæst.* ii. Editionis Basil. p. 716. Gr. Latinæ p. 688, E, Aldina habet μέχρι ἔν: Basileensis, μέχρι ἕ. Ibidem, Ald. ὁμαλισμός: Basil. ὁμαλισμόν. Hujusmodi sunt leviora. E graviorum genere hæc apponimus: eadem pagina proximo versu, Aldina habet, ἐγὼ μὲν γὰρ οὐχ ὁρῶ περὶ πόρε ἢ πόρων διαφορᾶς· ἀλλὰ κατὰ πλῆθος: Basileensis rectius, ἐγὼ μὲν γὰρ οὐχ ὁρῶ τῶν πόρων διάφορας ἄλλας ἢ κατὰ πλῆθος: atque item dedit STEPHANUS. *Quæst.* iv. Edit. Basil. p. 717. Gr. Lat. p. 690, C, in Aldina est μαλατ[illegible]όμενον; in Basileensi rectius μὴ ἀπλόμενον, quod item ex LEONICO et SCHOTTO exhibuit STEPHANUS. Ibidem est exemplum mutationis ejusmodi, qua in locum corruptæ lectionis alia ponitur lectio æque corrupta: Aldina sic habet, ἡ γὰρ ὑπὸ τῆς θερμότητος ἄνεσις πολύπορον τὰ σώματα μανὸν ἀπειργασμένη: Basileensis, ἡ γὰρ ὑπὸ τῆς θερμότητος ἄνεσις πολύπορον τὲ σώματος, μανὸν ἀπειργασμένη: STEPHANUS recte, ἡ γὰρ ὑπὸ τῆς θερμότητος ἄνεσις πολύπορον τὸ σῶμα καὶ μανὸν ἀπειργασμένη: item exstat in codice scripto Palatino, LEONICI exemplo, et Anonymo. Neque vero per totum Opus *Moralium* item tam brevi spatio tam frequentia sunt Aldinam inter et Basileensem differentiæ exempla. Immo rara sunt: at sunt tamen. Et in his omnibus rarissime consentit cum lectionibus iis quas multas ex multis codicibus et collationibus habeo. Cumque consensus codicum in locis corruptis, præcipuum sit indicium eos ex communi fonte fluxisse: neque, quod sciam, Basileensis in iis corruptelis, in quibus ab Aldinis corruptelis dissentit, consentiat cum meis lectionibus; hoc

equidem argumento ductus credam, correctiones mutationeſque Baſileenſis Editionis potius ab ingenio correctoris profectas, quam e veteribus libris petitas eſſe. Nam ubi Baſileenſis in veris correctionibus conſentit cum codicum meorum lectionibus, hi ſunt ejuſmodi loci quorum et corruptela et emendatio tam ſit manifeſta, ut neminem mediocriter doctum lateat, atque adeo iſte conſenſus non a communi codicum ſcriptorum auctoritate, ſed ab ipſa corrigendi facilitate ac probabilitatis vi repetendus ſit.

Librorum *Moralium* ordo idem eſt qui in Aldina: niſi quod *Galbæ* proxime ſubjicitur *Otho*: quod item fit in codicibus A et E. Nam hæ duæ *Vitæ* ab antiquis librariis fere *Moralium* volumini addebantur. Πίναξ denique, ſeu Index Græcus librorum *Moralium* idem eſt qui in Aldina.

Cæterum proximo, ante factam hanc Græcam editionem, anno, qui fuit 1541, *Moralia* edita ſunt pleraque Latine fere quadraginta duo, item Baſileæ, apud MICH. ISINGRINIUM forma maxima, eadem qua Græca editio. Tituli prima ac præcipua pars, nam totum apponere non attinet, hæc eſt: *Plutarchi Chæronei, Philoſophi et Hiſtorici Clariſſimi, Opera Moralia, quæ in hunc uſque diem Latine exſtant, univerſa.* Harum nobis interpretationum fuit ſubinde aliquis uſus ad veræ lectionis inveſtigationem. Qui ſint Plutarchei libelli, qui interpretes, intelligetur ex Indice II, huic noſtræ præfationi ſubjuncto.

§. 4.

De Collectionibus Variarum Lectionum et Emendationum adscriptis in margine exemplorum Aldinorum et Basileensium, a Jannotio, Turnebo, Junio, Mureto, Anonymo, item de Collectione Schotti, ab A. 1542 *ad* 1559.

Igitur Basileensis editio regnare cœpit apud Transalpinos, maxime Germanos; non item apud Italos, quippe quibus nec parabilis nec emendata ita videretur, ut Aldinam a vetere auctoritatis possessione dejiceret. Cæterum, mox fuerunt qui melioris etiam editionis conficiendæ et consilium caperent, et materiam colligerent. Ac Leonici quidem institutum persecutus Donatus Jannotius, acceptum ab illo Aldinum exemplum, insigni lectionum e codicibus antiquis excerptarum copia locupletavit, et cum M. A. Mureto, aliisque, ut opinor, hominibus doctis, communicavit. Mureti exempla Aldina cum *Moralium* tum *Vitarum* hodieque servantur Romæ inter eos libros qui quondam Collegii Jesuitarum fuerunt: iisque exemplis adscriptas Leonici Jannotiique lectiones et emendationes mihi roganti descripsit Josephus Spalletti, vir doctissimus, quem supra laudavi. Sed quæ ad notitiam hujus Collectionis valet admonitio scripta, ut videtur, manu Mureti, hoc loco non est prætermittenda. *Moralium* Volumini, in fronte hæc adscripta sunt: *Collatus est cum codice, quem Nicolaus Leonicus diligentissime castigarat: hic codex litera* L *significatur. Litera* R *significantur antiquissimi codices, tum ex Vaticana, tum ex Cardinalis Rodulfi bibliotheca.* Δ *litera Donati Poli codicem significat. Sed castigationes fere omnes quæ erant in Poli codice, erant etiam in eo quem*

Leonicus olim caſtigaverat. Quare Leonici caſtigationibus appoſita eſt litera Δ, *cum hæ ab illo acceptæ videantur. In poſtremis quidem libellis paucæ admodum caſtigationes inventæ ſunt, eæ ſcilicet, quæ ex Leonici codice acceptæ ſunt. Harum autem caſtigationum copiam mihi fecit Donatus Jannotius Florentinus, vir morum probitate et doctrina præſtans.*

In *Vitarum* Volumine hæc ſcripta exſtat annotatio: *S. T. R. codices Cardinalis Rodulfi.* U, *codex ex Vaticana.* Π, *codex Patavinus.* ω, *codex ex eadem Vaticana.* q, *codex ex bibliotheca Grimanorum, quæ eſt in cœnobio S. Auguſtini Venetiis—pag.* 185: *ubi non eſt ullus character, ſignificatur codex Venetus.* Π *ſignificat codicem Patavinum.* T, *codicem Cardinalis Rodulfi Venetum.* R, *codicem Cardinalis Rodulfi Romanum.* S, *codicem alium Cardinalis Rodulfi.* U, *codicem ex Vaticana bibliotheca.* q, *codicem ſignificat ex bibliotheca S. Antonii Venetiis. Harum caſtigationum copiam mihi fecit Donatus Jannotius Florentinus, vir morum probitate et doctrina præſtans. Coll. Rom. Jeſu lat. inter—. Vincentii Laurei et amicorum manu ſcriptum.* Hæc annotatio, licet nonnulla bis dicta habeat, tamen iiſdem, quibus ſcripta eſt, verbis, referenda nobis videbatur.

In bibliotheca Academiæ Lugduno-Batavæ, inter libros Voſſianos num. 159, eſt exemplum Aldinum *Moralium* cujus margini adſcriptæ ſunt ſæculo, ut videtur, decimo ſexto, variæ lectiones emendationeſve Jannotianæ, quarum compluribus adjecta eſt litera λ, quas Leonici eſſe apparet. In titulo ſcriptum legitur *Donati Jannocti:* in calce ab eadem manu hæc addita eſt nota,

Loca a Nicolao Leonico emendata:

In Sympoſiacis Quæſtionibus	—	617.
De facie in Luna apparente	—	108.
Quod non reſpondeat verſibus Pythia		64.
Adverſus Colotem	— —	75.
De communibus notitiis adv. Stoicos		110.
De Socratis Dæmonio	——	131.
De morum perverſitate Herodoti		110.
		1215.

Jannotiani codicis *Vitarum* mentionem facit D. LAMBINUS ad Horatii Carm. iii, 5. emendans locum Plutarchi *Caton. Min.* p. 764, C: ἵτως οὐ τῷ ξίφει μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ γραφείῳ τὸ ἀνυπεύθυνον καὶ τὸ ἀνυπόδικον ἐπίςευεν: igitur hæc addit: *Sed ne virum doctiſſimum eundemque mihi amiciſſimum, Gulielm. Sirletum merita laude fraudem ac ſpoliem, is hunc Plutarchi locum ſic ſcriptum in codice manuſcripto mihi Romæ oſtendit: quam ſcripturam poſtea mihi confirmavit codex Donati Jannoctii manuſcriptus.* Alius LAMBINI locus, qui ad rem præſentem faciat, exſtat in præfatione: *Donatus Jannoctius Florentinus unum (Horatii codicem) qui fuerat ampliſſimi atque ornatiſſimi Rhodolphi Cardinalis, eoque mortuo, cum aliquot aliis Græcis ac Latinis ad ipſum teſtamento pervenerat, mihi commodavit.*

Cæterum ex duobus illis Jannotianæ Collectionis apographis, plenius ac refertius eſt Muretianum quam Lugduno-Batavum; quandoquidem hoc deſcriptum videtur ex Jannotiano exemplo nondum aucto ac locupletato multorum codicum ſcriptorum comparatione. At vel ſic tamen habet complures lectiones quæ in Muretiano deſiderantur.

DONATI JANNOTII, ſive JANNOCTII, nam alii

aliter ſcribunt, mentio, cum eadem ſcripturæ varietate, exſtat in mutuis MURETI et LAMBINI Epiſtolis, p. 391 et 397, edit. D. Ruhnk. t. i. unde apparet eum communem utriuſque fuiſſe amicum et per aliquod tempus in Gallia degiſſe. MURETUS tamen nuſquam, quod quidem ſciam, in ſcriptis ſuis editis, hanc ab JANNOTIO ſibi datam Collectionem memorat; quamvis loco ipſo, ut videtur, poſtulante vel certe invitante. Veluti in Scholiis ad Senecam, Ep. 114, quod ultimum ei operum fuit, ſcriptum paulo ante obitum, quo tempore dudum jam in libris ſuis habebat illam Collectionem, locum Plutarchi *Sympoſ. Quæſt.* viii, 9. p. 733. fin. tentat per conjecturam quæ in Jannotiana collectione non exſtat: *Legendum autem*, inquit, ὥσπερ ἐλαφρῶν ὁπλιτῶν: *Hæc et ejuſdem generis alia plurima jam pridem in Plutarcho emendavi: quæ, ſi Deus volet, ſuo tempore edentur.* In epiſtola ad Chriſtoph. Plantinum, lib. iii, t. i. p. 636, ſcribit: *Habeo et notas in Thucydidem et Plutarchum ſane multas: quas ad Te mittam, ſi tanti mea eſſe putaveris.* MURETI conjecturæ non niſi paucæ ſunt inter lectiones Collectionis Jannotianæ, nec illæ admodum luculentæ; ut credibile ſit, auctiores locupletioreſque notas, quarum editionem cogitabat, vel adhuc latere aliquo in angulo illius Bibliothecæ Jeſuitarum, vel jam intercidiſſe. MURETUS certe, quod ex editis ejus ſcriptis apparet, Plutarchum diligenter lectitaverat, et ſenſum etiam ſibi conformaverat ad intelligentiam rationis et conſuetudinis Plutarcheæ, ut libros quoſdam, qui ab eruditiſſimis adeo hominibus germani habebantur, ſpurios eſſe animadverteret, veluti *De Educatione*, *Apophthegmata*, *De Placitis Philoſophorum*. Habuit profecto MURETUS

ab ipſa natura admirabilem quamdam facultatem et facilitatem ad omnes in omni orationis genere percipiendas notandaſque formas ac varietates: neque tamen de iſtis libellis tam vere judicaſſet, niſi ad naturalem ingenii dotem, accuratum ac frequentem adjunxiſſet Plutarchi uſum.

Ab eodem vel ſimili Italicorum codicum fonte manavit Collectio Schotti, minoris illa quidem ad emendandum ubertatis: nam et *Moralia* ſola complectitur, et in levioribus vitiis verſatur: neque tamen ullo modo ſpernenda, quippe quæ nonnullis locis ſola veram lectionem ſervet. Schotti nomine eam appellavimus, non quod is eam aut collegerit aut deſcripſerit, ſed quod manu ſua nomen ipſe ſuum libro adſcripſit, ſeque ejus dominum eſſe ſignificavit. Modus libri eſt, qui vulgo dicitur, in folio: unaquæque pagina æqualiter a ſupremo ad imum marginem in duas partes ſive columnas diſtincta eſt, quarum in altera ſunt lectiones Aldinæ, in altera earumdem correctiones: utræque eadem lineæ regula. Quinque prima folia mutila et truncata ſunt exteriore ſua parte; ut tituli, vetuſtiore manu ſcripti, tantummodo hæc verba, his lacunis interrupta ſuperſint: *Emendationes .... Opuſcula, Copia ... lis ... Car. Amulii qu ... Romæ.* In parte interiore ejuſdem paginæ, recentior manus hæc appoſuit, *Plutarchi Moralium, Editionis Ald. fol.* 1531. Quo ſane in numero erravit annotator. Inferius, adſcriptum eſt, *Ex bibliotheca Cardinalis Granvellani. Sum Andr. Schotti Antwerp.* Servatur in Bibliotheca Academiæ Lugduno-Batavæ, inter libros Voſſianos. Num. 15.

Longe majoris momenti et præſtantiæ ſunt lectiones *Exempli Turnebiani.* Hoc nomine ſignificamus

exemplum Aldinum *Moralium* cujus in margine ADRIANUS TURNEBUS correctiones et varias lectiones adſcripſit. Eſt hoc idem exemplum quo uſi ſunt editores Græco-Latinæ editionis *Vitarum* et *Moralium* Francofurtani anno 1599: quos negligenter eo uſos eſſe, plurimarum lectionum vel omiſſione vel vitioſa deſcriptione, infra oſtendemus. In titulo ſcriptum exſtat, *Adrianus Turnebus, moriens Stephano Turnebo V. C. F. reliquit: hic Jo. Bourdelotio D. D.* Sed in hac inſcriptione, ab alia manu eſt nomen *Adrianus Turnebus*, ab alia et poſteriore ſunt ſequentia. Margo tam interior, quam exterior, repletus eſt notis, quæ utrum ſint conjecturæ an codicum lectiones, non ſignificatur niſi pauciſſimis locis, ἐν παλαιῷ: veluti ab initio ad libellum *De Educatione*, annotatur ἐν παλαιῷ ἕτος ὁ λόγος β΄ ρος ἐσίν: quod in Francofurtanæ editionis Indice item exſtat addito nomine *Vulcobii*. Eſt ubi Γερμ. adſcribitur, id eſt editio Baſileenſis: eſt etiam ubi Βαδαῖος legitur. Triplex apparet manus: una concinna, quæ ipſius videtur eſſe A. TURNEBI, reliquæ non item. In lectionibus illa meliore manu ſcriptis apparet doctrina correctoris: ſæpiſſime vero tanta probabilitas, ut dubium ſit utrum ad codicis antiqui bonitatem an ad ingenii felicitatem referri debeant. Habui hunc librum beneficio Cl. DESAUNOISII Abbatis, qui illo tempore, quo in Pariſiorum urbe degi, cuſtodiæ impreſſorum librorum in Bibliotheca regia, præfectus erat.

Exemplum Baſileenſe, *Vitarum* 1533, *Moralium* 1542, *Hadriani Junii*, cujus et nomen titulo inſcriptum ipſius manu, et notæ eadem manu margini adſcriptæ ſunt, in *Vitis* quidem non fere habet, niſi nomina rerum et hominum de quibus in Græco

contextu agitur: at in *Moralibus* frequentes interſunt correctiones, pleræque, ut videtur, ex conjectura; nonnunquam paucis verbis ratio redditur correctionis; plerumque ſimpliciter poſitæ ſunt: liber antiquus, bis aut ter memoratur: ſemel NICOLAUS LEONICUS, ad librum *De Primo Frigido* Ed. Baſ. p. 526: Græco-Lat. 954, F, ubi in Græco libro eſt κλίτλα, hæc notula exſtat, *Nicol. Leonic.* ϖίτλα *legit:* atqui in mea Collectione Leonicena legitur ϛύγα: multæ ſunt peculiares, id eſt tales, quæ in aliis meis Excerptis non reperiantur: frequentiores in libris cum Medica arte conjunctis cum aliis, tum *Sympoſiacis Quæſtionibus* compluribus, quas Latine redditas ſeparatim edidit JUNIUS 1547. Fuit ſane homo in primis eruditus, ſed emendandi facultate non in principibus. In titulo *Vitarum* ſua ipſe manu ſcripſit, *Sum Hadriani Junii, Hornani Medici.* Servatur hoc exemplum in Bibliotheca publica Amſtelodamenſi.

Anonymus, qui a nobis appellatur, eſt item *Moralium* Baſileenſe exemplum refertum ſcriptis in margine correctionibus, partim probabilibus, partim temerariis, diverſis cum tempore tum manu, aliis ante Stephanianam editionem factam, aliis poſt eam, ſcriptis, plurimis tamen cum hac conſentientibus. Quis earum ſit auctor, qui ſcriptores, neſcio. Neque enim vel conjectura vel teſtimonium, aut ex ipſo libro aut aliunde, ſuppetit. In titulo ſcriptum eſt *Tomi Medici.* Ego *Anonymum* appellavi.

§. 5.

De Gallica interpretatione Amyoti.

Neque vero intra privatam tantummodo ac do-

meſticam annotationem continebantur doctorum hominum erga Plutarchum ſtudia ; ſed jam ejuſdem libris denuo vulgandis, in publicam lucem proferebantur. Nam eadem hæc, de qua modo expoſuimus, ætas intra quindecim annos, ab 1559 ad 1574, tres protulit Interpretationes, Gallicam AMYOTI, Latinas CRUSERII et XYLANDRI : duas etiam Græci operis editiones, Stephanianam univerſorum librorum, et *Moralium* Xylandream. De ſingulis deinceps dicemus.

JACOBUS AMYOTUS, Græcarum Latinarumque Literarum non quidem peritiſſimus, ſed ſtudioſiſſimus tamen, multis ingenii animique dotibus ornatus, Gallicæ orationis elegantia et facultate, pro illius ſeculi captu, princeps : inſtitutioni filiorum Henrici II, regis, præfectus, huic regi *Vitas* Plutarcheas Gallice, a ſe redditas, inſcripſit anno 1559, *Moralia* poſtea Carolo IX.

Sane, per hanc Interpretationem nonnulla ad emendatiorem ſcripturam facta eſt progreſſio. Nam, licet animadverſiones explicandis locis difficilibus nullas addiderit : et licet aſſentiar BACHETO MEZIRIACO *, judicanti AMYOTUM mediocriter inſtructum fuiſſe Græcæ Linguæ ſcientia et leviter bonis Literis tinctum, dictis Plutarcheis frequenter additamenta de ſuo ipſum ingenio immiſcuiſſe, in multis locis a vera ſententia aberraſſe : hæc igitur ut aſſentiar, quippe meo mihi uſu cognita : haud tamen inficiandum, quod item uſu cognovi, locos corruptos complures ita verſos eſſe ab AMYOTO, ut appareat eum emendationes probabiles expreſſiſſe, ſive ex

* Diſcours de la Traduction, p. 30, 33, 37, 40, et ſequ.

conjectura profectas illas, ſive ex libris ſcriptis petitas. In præfatione *Vitarum* ipſe profitetur, ſe codicum Italicorum collationes habuiſſe. In epiſtola ad Carolum regem *Moralibus* præmiſſa, ſcribit, *ſe uſum eſſe codicibus manu ſcriptis et conjecturis virorum quorumdam doctiſſimorum*. Ex his viris præcipuum fuiſſe ADRIANUM TURNEBUM, ut ab aliis monitum eſt, ita ego intellexi comparatione Interpretationis Amyotianæ cum exemplo Turnebiano. Codices antiquos eum accuratiſſime evolviſſe, teſtatur gravis ſane et æqualis teſtis B. BRISSONIUS *. Hodieque in Pariſiorum urbe apud Patres Oratorii ſervantur edita exempla, *Vitarum* Aldinum, *Moralium* Baſileenſe, referta in margine ſcriptis ab AMYOTO notis et correctionibus. De his exemplis et alii prodiderunt, et noviſſimus *Moralium* Gallicus interpres RICARDUS †, cujus verba huic paginæ ſubjecimus: qui,

* De Ritu Nuptiarum, p. 313.

† Oeuvres *Morales* de Plutarque par M. l'Abbé RICARD, Tom. ii, à Paris 1784. Avertiſſement: p. 9. " Je dois auſſi au R. P. " JANNART, Bibliothécaire de la Maiſon de l'Oratoire de S. Ho- " noré, la communication d'un exemplaire précieux des Oeuvres " *Morales* de Plutarque imprimé à Bâle chez Froben en 1542, le- " quel a appartenu à AMYOT, et dont les marges ſont chargées de " corrections faites par ce célebre Traducteur et par un autre Sa- " vant, qui paroît l'avoir poſſédé avant lui. La date de 1570, qui " ſe trouve à la fin du livre, porte à croire, qu'il en devint poſſeſ- " ſeur cette année-là. M. l'Abbé BROTIER, dans le ſecond Vo- " lume de ſa nouvelle édition des Oeuvres de Plutarque, traduites " par AMYOT, a déjà fait connoître le Volume des *Vies*, imprimé " à Veniſe par ALDE en 1519. Il contient comme celui des Oeu- " vres *Morales* beaucoup de Notes Grecques et Latines, qui ſont " des variantes tirées des manuſcrits, des conjectures ſur les endroits " du texte obſcurs, ou altérés, ſoit celle du Traducteur lui-même, " ſoit celles de divers Savans, qu'il a pris la peine de recueillir. Ils

quandoquidem hoc exemplum ipſe ad uſus ſuos commodatum habuit, vellem diligentius eo uſus eſſet, codicum ab AMYOTO adhibitorum notitiam prodidiſſet, in locis corruptis correctiones illius ſedulo memoraſſet, nec ſatis habuiſſet ejus mentionem bis terve injeciſſe. Cæterum, quod VILLOISONUS ait * AMYOTUM ex optimo codice, nunc in Pariſina Oratorii Patrum bibliotheca ſervato, hanc Interpretationem confeciſſe: credo, hæc ipſa exempla, Aldinum ac Baſileenſe, nec peculiarem codicem ſcriptum, ſignificavit. Mihi in illa urbe degenti non vacavit AMYOTI exempla vel inſpicere vel excutere: primum et antiquiſſimum mihi fuit, præſtantiſſimos codices, a nemine adhuc editore adhibitos, excutere; et omiſſis rivulis ab ipſo fonte haurire. Interpretationem quidem poſtea cum Græco contuli opere, neque id ſine emendationis fructu: ut ex Annotatione et Animadverſionibus noſtris intelligetur.

§. 6.

De Latina Interpretatione Cruſerii.

De hac pauca, quæ dicam, habeo. HERMANNUS

" furent apportés l'un et l'autre de Melun par PIERRE REGNAULT,
" Procureur du Roi au ſiege Préſidial de cette ville, qui déclare,
" qu'ils appartenoient à *Meſſire Jacques Amyot, vivant Evêque*
" *d'Auxerre et grand Aumonier de France.* Le Volume des Oeuvres
" *Morales* contient un plus grand nombre de notes que celui des
" *Vies:* et je dois dire ici à la louange d'AMYOT, que les leçons
" diverſes du texte de Plutarque, qu'il a raſſemblées avec tant de
" ſoin, ſont une preuve de ſes grandes connoiſſances dans la langue
" Grecque—" Sed de hoc poſtremo loco MEZIRIACUS certius judicare poterat.

* Prolegomen. ad Longi Paſtoralia, p. 73.

CRUSERIUS, Campenſis Tranſiſalanus, *Vitas* Latine a ſe verſas edidit anno 1561, certe hic annus ſubſcriptus eſt ejus Epiſtolæ ad Lectorem, at ejuſdem dedicationi ad Philippum II, annus 1564. Sed de *Vitis* hoc loco non agimus. *Moralium* Interpretationem non memorat FABRICIUS in Biblioth. Græc. vol. iii, p. 372: ubi ejus memorandæ erat locus. BURETTUS, editor libri de Muſica, negat eam umquam fuiſſe *. Sane eſt illa valde infrequens, nec ego eam vidi: cognovi tamen e deſcriptione ejus in Hiſtoria Bibliothecæ Fabricianæ, P. iii, p. 66: præterea memoratam inveni a BAILLETO †: et a viro docto in Narratione de Vita et Scriptis MEZIRIACI ‡: item in Catalogis Bibliothecarum quarumdam, cum aliarum, tum Francofurtanæ, ubi duæ perhibentur editiones, Baſileenſis an. 1573, et Francofurtana 1580. Ego carui ea, nec iniquo animo carui; quandoquidem de ejus utilitate conjecturam ex *Vitarum* Interpretatione feci: quæ, ut probabilem habet Latinæ orationis elegantiam, ita non eandem diligentiam in Auctoris ſententia accurate reddenda: quod equidem non tam cum HUETIO § ab ignoratione Græcæ Linguæ, quam a nimio elegantiæ ſtudio profectum dicam. *Vitarum* Interpretatio, in Stephaniana, et tribus Græco-Latinis editionibus repetita eſt: *Moralia*, non item repetita, ex hominum uſu et notitia fere evanuerunt.

* Memoires de l'Acad. des Inſcriptions et Belles Lettres, T. viii, p. 51.

† Jugemens des Savans, T. ii. P. iii. p. 365.

‡ Præmiſſa eſt Gallice ſcripto Commentario MEZIRIACI in Epiſt. Ovid. p. 14.

§ Apud BAILLETUM, loco dicto.

§. 7.

De Xylandri opera.

Sequitur ut de GULIELMO XYLANDRO dicamus, qui in Plutarchi interpretibus haud dubie cenſendus eſt princeps. Hujus opera tribus continetur partibus; Latina Interpretatione, ſeu, Verſione: Annotationibus ad locorum cum corruptorum emendationem, tum difficilium explicationem, accommodatis: Græca *Moralium* Editione. Harum partium quæque quam vim habeat, deinceps exponamus.

Verſionis duo ſunt officia: primum, fides, id eſt, ut congruat exemplari: alterum, orationis bonitas, ſeu, Latinitas. Utroque officio cum laude functus eſt XYLANDER. Ac fidem quidem attulit eam quæ cum ingenio ac doctrina conjuncta eſſet; ut Auctoris ſententiam diligenter et accurate redderet in locis integris et ſanis, probabiliter in corruptis et obſcuris, quippe horum magnum numerum et emendavit et illuſtravit vertendo. Emendationes pleraſque ſuo ipſe peperit ingenio et uſu Plutarchi. Scriptum codicem non adhibuit niſi unicum, ab EPISCOPIO acceptum, *Moralium* eos tantummodo libros complectentem qui in editis exemplis minus, quam reliqui, laborant. Qui quidem codex ſubinde ad emendandum profuit, et multis partibus conſentit cum codice Pariſienſi D, et ex communi fonte fluxiſſe videtur. Illud ſæpe miror, nullos a XYLANDRO adhibitos eſſe codices ſcriptos ex bibliotheca Heidelbergenſis Academiæ in qua profeſſorium gerebat munus; niſi forte codices Plutarchei, quos complures et bonos habuit illa bibliotheca, poſt XYLANDRI obitum in eam illati ſunt. Jam orationis eſt bonitas

probabilis: in qua ſi Latinitas ſubinde negligitur, hoc totum a perſpicuitatis ſtudio profectum eſt. Hujus rei ipſe cauſſam dicit ad LUDOVICUM Comitem Rheno-Palatinum cujus nomini *Moralia* inſcripſit: *Quo minus*, inquit, *curo eorum moroſitatem, qui niſi Ciceronianum, terſum, politumque, et neſcio quo tandem inſtrumento limatum, nihil probant. Ego perſpicuitati operam dedi, qua nihil debet eſſe antiquius interpreti. Verba uſitata et diſerte ſignificantia multo malui ſuis locis adhibere quam obſcurare ſtudio neſcio cujus Latinitatis res ipſas. Auſus ſum etiam uti nonnumquam in philoſophicis explicandis licentia confingendorum verborum, ut intelligi ſententiæ poſſent*—. Equidem hanc Verſionem ita retinui, ut eam cum ad Plutarchi habitum compoſitionemque, tum vero ad Latinam rationem, et majorem etiam perſpicuitatem, conformarem.

Annotationes primus Plutarcho adjecit XYLANDER. Earum numerus in *Moralium* volumine hinc æſtimari poteſt, quod et breves ſunt et minuto typorum modo excuſæ, et ſex ſupra quinquaginta paginas formæ maximæ explent. Plurimæ ad emendationem corruptorum locorum referuntur, pauciores ad illuſtrationem obſcurorum. Utrarumque bonitas ac præſtantia intelligitur ex ipſius facultate XYLANDRI, qui in omni Plutarcheorum librorum argumento egregie verſatus, doctrinarum haud vulgarem ſcientiam mente complexus, valebat exquiſita Græcæ Linguæ ſcientia et uſu Plutarchi. Sed emendationes plurimas in Verſione expreſſas, in Annotationibus non commemoravit; quod et per operis feſtinationem, et per quamdam animi modeſtiam, nollet ſingula quæque bene facta, ſigillatim etiam annotare et quaſi oſtentare Quo minus quiſquam dubitabit,

insignem inesse in XYLANDRI hac opera copiam et apparatum ad Plutarchi manum ac scripturam restituendam.

Vitas edidit anno 1560; *Moralia*, anno 1570, et iterum 1572. Ergo poterat AMYOTI Versione uti, quam in præfatione *Vitarum* memorat. Poterat uti Stephaniana editione, quæ anno 1572 prodiit et verno mercatu Francofurtum est allata; unde XYLANDER eam nactus cupide perlustravit, ejusque dotes sua ipse exspectatione minores deprehendens, ejusdem anni mense Augusto Versionem suam denuo edidit, additis tunc primum Annotationibus iis de quibus modo diximus, ita quidem ut e Stephaniana nil assumeret: quod ipse et affirmat, et vere affirmasse videtur. Neque, ab AMYOTO quid eum accepisse et in Versionem Annotationesve suas retulisse, dicam.

Biennio postea, Basileæ apud Episcopium, anno 1574, *Moralia* Græce edidit, jam ante vulgatam Stephanianam ab ipso ad editionem parata, ut testatur in præfatione ad Versionem Latinam iterum editam anno 1572.

Hujus Græcæ editionis perpauca ad nostram ætatem pervenerunt exempla; sive quod ab initio non nisi pauca excuderentur, sive quod postea Stephanianorum et Græco-Latinorum exemplorum multitudine ac frequentia obruerentur. Hanc quum et privatim diu, et publice, prodito ejus rei indicio in Bibliothecæ Criticæ Voluminis tertii, Parte secunda, frustra quæsivissem, ultro ad me Oxonio misit, is cui plurimum nostra editio debet, JOHANNES RANDOLPHUS, vir eruditissimus idemque humanissimus. Titulus hic est: ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ ΤΟΥ ΧΑΙΡΩΝΕΩΣ φιλο-

probabilis: in qua ſi Latinitas ſubinde negligitur, hoc totum a perſpicuitatis ſtudio profectum eſt. Hujus rei ipſe cauſſam dicit ad LUDOVICUM Comitem Rheno-Palatinum cujus nomini *Moralia* inſcripſit: *Quo minus*, inquit, *curo eorum moroſitatem, qui niſi Ciceronianum, terſum, politumque, et neſcio quo tandem inſtrumento limatum, nihil probant. Ego perſpicuitati operam dedi, qua nihil debet eſſe antiquius interpreti. Verba uſitata et diſerte ſignificantia multo malui ſuis locis adhibere quam obſcurare ſtudio neſcio cujus Latinitatis res ipſas. Auſus ſum etiam uti nonnumquam in philoſophicis explicandis licentia confingendorum verborum, ut intelligi ſententiæ poſſent*—. Equidem hanc Verſionem ita retinui, ut eam cum ad Plutarchi habitum compoſitionemque, tum vero ad Latinam rationem, et majorem etiam perſpicuitatem, conformarem.

Annotationes primus Plutarcho adjecit XYLANDER. Earum numerus in *Moralium* volumine hinc æſtimari poteſt, quod et breves ſunt et minuto typorum modo excuſæ, et ſex ſupra quinquaginta paginas formæ maximæ explent. Plurimæ ad emendationem corruptorum locorum referuntur, pauciores ad illuſtrationem obſcurorum. Utrarumque bonitas ac præſtantia intelligitur ex ipſius facultate XYLANDRI, qui in omni Plutarcheorum librorum argumento egregie verſatus, doctrinarum haud vulgarem ſcientiam mente complexus, valebat exquiſita Græcæ Linguæ ſcientia et uſu Plutarchi. Sed emendationes plurimas in Verſione expreſſas, in Annotationibus non commemoravit; quod et per operis feſtinationem, et per quamdam animi modeſtiam, nollet ſingula quæque bene facta, ſigillatim etiam annotare et quaſi oſtentare Quo minus quiſquam dubitabit,

insignem inesse in XYLANDRI hac opera copiam et apparatum ad Plutarchi manum ac scripturam restituendam.

Vitas edidit anno 1560; *Moralia*, anno 1570, et iterum 1572. Ergo poterat AMYOTI Versione uti, quam in præfatione *Vitarum* memorat. Poterat uti Stephaniana editione, quæ anno 1572 prodiit et verno mercatu Francofurtum est allata; unde XYLANDER eam nactus cupide perlustravit, ejusque dotes sua ipse exspectatione minores deprehendens, ejusdem anni mense Augusto Versionem suam denuo edidit, additis tunc primum Annotationibus iis de quibus modo diximus, ita quidem ut e Stephaniana nil assumeret: quod ipse et affirmat, et vere affirmasse videtur. Neque, ab AMYOTO quid eum accepisse et in Versionem Annotationesve suas retulisse, dicam.

Biennio postea, Basileæ apud Episcopium, anno 1574, *Moralia* Græce edidit, jam ante vulgatam Stephanianam ab ipso ad editionem parata, ut testatur in præfatione ad Versionem Latinam iterum editam anno 1572.

Hujus Græcæ editionis perpauca ad nostram ætatem pervenerunt exempla; sive quod ab initio non nisi pauca excuderentur, sive quod postea Stephanianorum et Græco-Latinorum exemplorum multitudine ac frequentia obruerentur. Hanc quum et privatim diu, et publice, prodito ejus rei indicio in Bibliothecæ Criticæ Voluminis tertii, Parte secunda, frustra quæsivissem, ultro ad me Oxonio misit, is cui plurimum nostra editio debet, JOHANNES RANDOLPHUS, vir eruditissimus idemque humanissimus. Titulus hic est: ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ ΤΟΥ ΧΑΙΡΩΝΕΩΣ φιλο-

σόφων τε καὶ ἱστορικῶν ἐξοχωτάτω ΜΙΚΤΑ ΣΥΓΓΡΑΜΜΑΤΑ, ΗΘΙΚΑ τοῖς πολλοῖς λεγόμενα: PLUTARCHI CHÆRONENSIS, *Philoſophorum et Hiſtoricorum principis*, VARIA SCRIPTA, *quæ* MORALIA *vulgo dicuntur, vere autem bibliotheca et penus omnis doctrinæ appellari poſſunt. Incredibili cura ac labore, et fide ſumma multis mendarum millibus expurgata, Indicibus locupletiſſimis inſtructa, a* GUIL. XYLANDRO *Auguſtano, et inclytæ ac florentiſſ. Baſileæ honoris gratia dedicata.—Cum privilegio Cæſareæ Majeſtatis ad annos* X. BASILEÆ *per Euſebium Epiſcopium et Nicolai Fr. hæredes* MDLXXIV. Addita eſt Epiſtola dedicatoria ad Civitatis Baſileæ Proceres Senatumque, ex qua intelligitur, ad hanc Græcam Editionem nova ſubſidia, præter ea quæ ad Verſionem conficiendam adfuerant, a XYLANDRO adhibita eſſe nulla. *Itaque ergo,* inquit, *hunc Plutarchum nihil ſum veritus meum appellare: cum totius operis præſtantia meæ potiſſimum curæ, fidei, induſtriæque debeatur: qui non unam mendorum chiliadem expurgavi, et permulta vulnera ſanavi, et ut lectores omnis generis eum haberent uſibus ſuis accommodatum, ingenti moleſtiſſimoque labore effeci. Quo in negotio cum nihil eſſet a codicibus auxilii (Epiſcopianus enim neque ſemiſſem operis continet, et iis præſertim caret, qui et obſcuriſſimi ſunt et depravatiſſimi) neceſſario ad ſolicitæ diligentiæ opem confugi. Itaque volutari me oportuit per varios ſcriptores, varias diſputationes omnium philoſophiæ partium excutere, verſiones aliorum hinc inde editas perpendere et conjecturis multiplicibus inhærere, ac propemodum* τὰ πετώμενα, *quod dicitur,* διώκειν. *Quæ omnia eo alacrius obivi et ſuſtinui, quod quaſi fato quodam meo animadverterem Plutarcho me conſecratum: cujus omnia ſcripta, quæ ad nos pervenerunt, primus Latine cum reddidiſſem, etiam Græcorum*

emendationem me ei reipublicæque debere existimavi. Annotationes huic editioni nullæ sunt additæ; quod satis esse duceret XYLANDER eas Versioni adjeciſſe. *Galbam* et *Othonem*, quos priores editiones *Moralibus* adjunctos habuerant, omisit; ut jam in Latina Interpretatione ex *Moralibus* ad *Vitas* eos transtulerat. Græca Plutarchi scriptura emendatior reddita est receptis melioribus lectionibus multis, cum e codice Episcopiano, tum in primis correctionibus compluribus quæ jam in Versione expressæ erant: pauciſſimis, iisque levibus, in mutationibus cum Stephaniana editione consentit: quas utrum ab illa assumserit, an ex suo ipse apparatu expromserit XYLANDER, statuere non ausim: plurimarum certe et maximarum quæ in explendis lacunis versantur, cujusmodi permultæ sunt Stephanianæ mutationes in *Symposiacis Quæstionibus*, rationem nullam habuit. Equidem Stephanianam editionem emendatiorem dicam; Xylandream sinceriorem; siquidem et *emendationis* nomine appellare liceat omnes mutationes quibus sententia et oratio melior aptiorque fit, quam antea fuit, non eas solas quibus ipsa manus et scriptura Auctoris idonea probabilitate et auctoritate restituitur: et *sincerum* dicamus non solum id quod ita suis partibus constat ut ab Auctore profectum est, sed illud etiam in quo, quamquam corrupto, nil ab editore mutatum est, quum idonea probabilitas et auctoritas mutationis nulla exstaret. Habet tamen Xylandrea haud paucos locos emendatos, quorum vetus mendum retinuit Stephaniana.

Biennio post vulgatam hanc Editionem, id est anno 1576, ætatis quinto et quadragesimo, mortuus est bonus XYLANDER; ut facile sit ad existiman-

dum, quantam ejus obitu jacturam fecerint cum univerſæ bonæ Literæ, tum vero Plutarchi ſcripta, interceptis ſecundis curis quas haud temere putes fructuoſiſſimas futuras, quando priores curæ tantam ubertatem abundantiamque habuerant. Ego ſane ſi quibuſdam in locis plus vidi XYLANDRO, hoc magnam partem ipſi debui XYLANDRO, qui viam ad Plutarchi intelligentiam primus poſteris patefecit: debui etiam rerum mearum conditioni, quæ mihi non eandem, qua ille tenebatur, feſtinandi neceſſitatem impoſuit. XYLANDER ſi in eadem conditione fuiſſet, tantum effeciſſet ea, qua valebat, doctrina, ut, mihi quidem quod hac mea mediocritate in Plutarcho agerem nil relicturus fuiſſe videatur. Cæterum, alios Plutarchi editores et interpretes diligo, propter ſtudii communionem: XYLANDRUM etiam amo, propter animi ejus candorem, probitatem, honeſtatem, quarum virtutum manifeſta exſtant indicia, cum in ſcriptis viri, tum in tota ejus vita. Accedit commiſeratio, quæ ſæpe, ut aiunt, conciliatrix eſt amoris. Doleo virum tam doctum, tam bonum, in tanta ſemper fuiſſe rei familiaris anguſtia, ut ne ipſe quidem ſcripto eam ad omnium notitiam prodere dubitaret. Veluti in dedicatoria epiſtola ad LUDOVICUM Comitem Palatinum, ut ejus auxilium implorat, ut ejus liberalitatem omnibus precibus efflagitat: atqui tunc per quatuordecim annos Profeſſoris munus Heidelbergæ geſſerat. Quæ liberalitas, ſive fuit ulla, ſive ſera fuit, non valuit ad recreandum hominem afflictum; ut ipſe ſignificare videtur in Epiſtola ad Baſileenſes: certe fractis, per continuas ærumnas et nimias ſtudiorum lucubrationes, corporis viribus, biennio poſtea diem

obiit. Quo magis noſtrum eſt, talis tantique viri, et in hoc Plutarcheo ſtudio quaſi deceſſoris ac doctoris noſtri, memoriam cum benivolentia et grato animo uſurpare.

§. 8.

De Stephani Editione Anni 1572.

Venimus ad Stephanianam Editionem, quæ, ex quo prodiit, emendatiſſima Editionum habita eſt; ut ab eo inde tempore et nomen vulgatæ et auctoritatem obtinuerit. Sane, multæ in ea priorum Editionum corruptelæ in melius mutatæ ſunt. Sed ut in corporum morbis Medici ſanationem vocant non omne levamen quæ ægrotanti meliuſcule fit, ſed illud quo ſanitas reſtituitur: ita Critici emendationem appellant non omnem mutationem qua locus vitioſus melior fit quam antea fuerat, ſed qua ita melior fit ut Auctoris ſcriptura reſtituta videatur. Atqui hanc laudem Stephanianæ editioni non item tribuere poſſumus. Nam quum omnis emendationis duplex ſit fons, veteres libri et conjectura, ac STEPHANUS utroque ſit uſus; quid ab utroque ſumtum ſit raro memoratur; mutationes multæ nulla idonea de cauſſa receptæ; plurimæ, nulla in Annotationibus facta mentione: libri veteres non diſerte ac perſpicue ad legentium notitiam ſignificati ac deſignati, ſed univerſe et obiter, ſi quando, *veterum librorum* nomine notati, ut totus hic in Stephaniana Editione fons dubiam et obſcuram habeat auctoritatem. Sed hæc quo plenius accuratiuſque intelligantur; primum de externa, tum de interna, libri ratione ac dote dicamus.

Prodiit hæc editio Genevæ, anno 1572, forma

octava, tredecim voluminibus: quorum ſex ſunt Græca, ut prioribus tribus contineantur *Moralia*, poſterioribus *Vitæ*: ſeptem reliqua ſunt Latina, tria *Moralium*, quatuor *Vitarum*; nam quarto in volumine ſunt *Vitæ* ab aliis Latine ſcriptæ, *Hannibalis* et *Scipionis* a DONATO ACCIAJOLO, tum a Cornelio Nepote quæ ſuperſunt, denique *Julii Agricolæ* auctore Tacito. Accedunt in eodem volumine duo libelli Animadverſionum ad *Vitas*; prior XYLANDRI et CRUSERII in unam ſeriem conjunctarum ad quemque Plutarchi locum; alter, STEPHANI. Sed de *Moralibus* hic peculiariter dicendum. His præmittitur præfatio totius editionis; at nil dicitur de ejus conſilio et ſubſidiis librorum. Ordo *Moralium* libellorum novus eſt ac diverſus ab Aldino ac Baſileenſi: alius etiam in Latinis: neuter certo judicio factus, ſed e tempore natus, ut STEPHANUS, prouti cujuſque libelli emendationem abſolviſſet, ita eum chalcographo excudendum daret. *Galba* et *Otho*, licet jam a XYLANDRO in Latina interpretatione ad *Vitas* relati, in *Moralibus* relicti ſunt. Græcum ordinem, licet nullo judicio factum, nos tamen cum judicio ſecuti ſumus. Latinæ Interpretationes paucæ ſunt XYLANDRI: pleræque priorum interpretum, quas infra memorabimus in *Indice ſubſidiorum ad unumquemque libellum a nobis adhibitorum*. In fine tertii voluminis Latini eſt Index Rerum et Hominum accommodatus ad numeros paginarum Latinæ Interpretationis. Indici ſubjiciuntur Annotationes STEPHANI a pagina 137, ad 215 ad nonnullos *Moralium* libros: illarum non niſi quadraginta fere paginæ conſtant notatione emendationum: reliquæ continentur Interpretationibus Latinis quorumdam libel-

lorum *Moralium* a STEPHANO factis. Harum omnium Stephanianarum ſcriptionum ſeries et argumenta hæc ſunt: *Plutarchi de Virtute et Vitio liber: De Carnium Eſu, duo libri: In eoſdem Annotationes: Liber de Amicorum Multitudine: In eundem Annotationes.* Porro *Annotationes in librum de Virtute et Vitio, in Apophthegmata Lacænarum, in librum qui inſcribitur Virtutem doceri poſſe, in librum De Invidia et Odio:* denique *in Quæſtiones Sympoſiacas.* Proxima eſt STEPHANI admonitio de hac editione et emendationibus ſuis. Adduntur poſtremo loco ſparſim miſcellaneæ paucæ animadverſiones de vita, rebus, ſcriptis, Plutarchi; et Index ille Plutarcheorum librorum, qui poſtea ſub Lampriæ nomine repetitus eſt in Græco-Latinis Editionibus ex HŒSCHELIANO exemplo auctiore. Sed admonitionem illam hoc loco referre operæ pretium eſt: *Hæc ſunt, Lector, quæ in aliquot Plutarchi opuſcula in Latinam linguam a me verſa, pariterque in Sympoſiaca Problemata, annotare viſum eſt. In reliqua nihil nunc annotavi, non quod in ea aut ſaltem eorum pleraque nullas ex veteribus libris vel ex conjectura emendationes haberem, præter eas quæ ipſi, ut vulgo loquuntur, contextui adhibitæ fuerunt, ſed quod multo plurium et meliorum ſpes mihi facta eſſet: quæ ſi non vana fuerit, non minus illas quam iſtas tecum communicabo: ſimulque et aliorum quorumdam opuſculorum interpretationes iis quas nunc edo, fortaſſis etiam aliquid lucubrationum in hunc ſcriptorem adjungam. Interim autem ſi meam editionem cum ſuperioribus conferas, tuo deſiderio magna ex parte jam nunc ſatisfactum eſſe, niſi me animus fallit, dicturus es.* Hæc ſatis produnt, totam hanc Editionem ſubiti ac tumultuarii fuiſſe conſilii. Quum ex octoginta fere libellis non niſi quinque ſint quibus

Annotationes addiderit, in his ipsis factas a se mutationes pleraſque ſilentio præteriit, nec niſi de iis dixit quas, præter illas, adhuc faciendas judicaret. Nam de iis quæ factæ ſunt in reliquis omnibus libellis *Moralibus* quibus nullas addidit Annotationes, de iis igitur mutationibus eum ſigillatim nil monuiſſe, per ſe intelligitur.

Equidem viam, quæ una mihi relinquebatur hujus indagandæ notitiæ, ingreſſus, tractatione Editionis Stephanianæ, ejuſdemque cum cæteris Editionibus, variarum lectionum Collectionibus, et codicum ſcriptorum excerptis, comparatione, ſatis mihi certa ratione comperiſſe videor unde et quibus e fontibus manaverit hæc Stephaniana ſcripturæ Plutarcheæ conſtitutio.

Ac primo quidem illud omni dubio caret, STEPHANUM ſecutum eſſe ac reddidiſſe Aldinam Editionem, ejuſque exemplum mendis quoad ejus fieri poterat purgatum chalcographo recudendum tradidiſſe. Nam, ut omittam, quod vel per ſe ſolum intelligenti cuique haud levem moveat ſuſpicionem, Aldinas paginas editioni Stephanianæ ad marginem appoſitas eſſe: typographica nonnulla menda, quæ STEPHANI diligentiam in corrigendo Aldino exemplo effugerant, in Stephaniana editione relicta repetitaque ſunt: veluti p. 244, A, συγκαλῶνησαν pro συγκαλῶκησαν: p. 585, F, ἡ Λύσις pro ὁ Λύσις: p. 689, E, μὲν αἰτίαν pro τὴν αἰτίαν. Hæc ex multis tria ſufficiunt; quippe quæ, quum in Baſileenſi correcta ſint, manifeſto produnt, non hanc ſed Aldinam a STEPHANO repetitam eſſe. Accedunt alia etiam argumenta. STEPHANUS plurimas, quas in *Moralium* contextum intulit, mutationes ſumſit ex Jannotianis, Turnebianis, ac Schotti

correctionibus. Atqui hæ adſcriptæ erant exemplis Aldinis. Ergo, ſi laboris ac temporis compendium, ut credibile eſt, facere voluit, ita egit ut has correctiones aut relinqueret in Aldino exemplo, ſi quidem inſtructum iis ad uſum repetitionis chalcographicæ nactus erat, idque locupletaret ſuis et aliorum aliis correctionibus: aut, ſi tantummodo apographum Jannotianarum correctionum ſeorſim deſcriptum habebat, eas potius in Aldinum quam Baſileenſe exemplum tranſcriberet.

Sed, quod diximus, plurimas mutationes a STEPHANO in *Moralia* Græca illatas eſſe ex Jannotianis correctionibus, demonſtrat mirificus utrarumque conſenſus omnibus in locis cum probabiliter tum perperam mutatis. Ex hoc poſtremo genere locos hic excitemus. Illuſtre exemplum protuli ſupra, Capite II, hujus Præfationis ex libello Περὶ τοῦ Λάθε βιώσας p. 1130, D, quod hic repetere nil attinet. Alia exſtant non minus illuſtria.

De Solertia Animalium, p. 990, B, vox ὄνομα perperam in ἀνόμοια mutata, ex Jannotiano maxime exemplo.

De Facie in Orbe Lunæ, p. 941, D, Editiones Aldina ac Baſileenſis, item codices ſcripti noſtri habent, ἐξεῖναι μὲν γὰρ ἀποπλεῖν οἴκαδε τὲς τῷ θεῷ τρισκαιδεκάτῳ συλλατρεύσαντας. LEONICUS in margine exempli ſui Aldini illud τρισκαιδεκάτῳ corrigere tentavit adſcripta hac notula τρισκαίδεκα ἔτη ἢ τριάκοντα: STEPHANUS non animadvertens particulam ἢ illud ſibi velle alterutro modo corrigendum eſſe, utrumque cum ipſa particula ἢ, ut veram lectionem, in contextum intulit.

Ergo principem Stephanianæ lectionis fontem cen-

seo Aldinum exemplum correctionibus Jannotianis instructum: reliquos fontes, reliquos appello libros unde Stephanus correctiones sumsit suas. Igitur secundo loco ponenda videtur Schotti Collectio; quippe cujus permultas lectiones in toto *Moralium* Opere a Stephano receptas deprehendi. Tertio, Exemplum Turnebianum, præsertim in *Sympositiacis Quæstionibus*; quibus non alius Plutarcheus liber magis mutatus est a Stephano, susceptis plurimis et lectionibus et lacunarum supplementis, quæ in uno notata Turnebiano Exemplo, et ab Amyoto versa deprehendimus. Quarto loco censenda est Interpretatio Gallica Amyoti. Hujus mentionem facit in Annotationibus ad *Vitas*, p. 463: *Cæterum*, inquit, *earum quæ in contextum receptæ fuerunt emendationum et aliarum etiam, quas in Annotationibus habes, pleræque in doctissima et elegantissima interpretatione Gallica observatæ fuerunt, ex iisdem exemplaribus petitæ.* In *Moralibus* nil hujusmodi dicit; potuit tamen Amyoti Interpretationem, sive jam editam, sive nondum editam, certe apparatum ejus, consulere. Quinto loco memoranda est Basileensis editio, non quidem ut omnes ejus meliores lectiones reciperet; sed ut eam, negligentius quidem, adhiberet tamen multis locis. Veluti neglectæ exemplum exstat *De Fortuna Rom.* p. 326, A; ita legitur in Aldina: Ἀλλὰ τί δεῖ περὶ ταῦτα διατρίβειν; ἀσαφὲς ἐδὲν ἐδὲ ὡρισμένον ἔχει. Stephanus, ut saltem quid daret quod sensum haberet, exhibuit σαφὲς pro ἀσαφές. At veram lectionem Basileensis jam dederat ἃ σαφὲς, quacum nostri consentiunt scripti. Sunt vero etiam plurima exempla neglectæ utriusque cum Aldinæ tum Basileensis, et falsæ simul inductæ correctionis. Veluti

ubi vitioſæ ſunt priores editiones, *De Iſide et Oſiride*, p. 383, F, κινέμενον δεῖ ὡς, quod omnes libri habent, STEPHANUS, ut ſententia ſaltem quædam exſtaret, mutavit in κινέμενον ὡς δεῖ: at vera lectio obliterata erat κινέμενον λείως, quod etiam REISKIUS viderat. Ubi ſanæ ſunt priores editiones, tamen aliquoties aut corruptela aut falſa correctio inducta reperitur: ut *de Sera Numinis Vindicta*, p. 548, B, invectum eſt ἐὰν pro ἐᾶν: et p. 556, A, Οἰνοῦς pro Ἰνοῦς.

Paucæ ſunt Stephanianæ lectiones quin eas ex quinque illis modo memoratis fontibus petitas intellexerim. Exempla ac documenta noſtri judicii, unaquæque fere noſtræ Editionis pagina iis qui plura deſiderent, præbebit. Nam ſedulo operam dedi ut nec verbum, nec ſyllaba, nec una adeo litera in hac noſtra Græci Operis Editione exprimeretur, quin de iis mihi conſtaret utrum a STEPHANO aliiſque correctoribus an ab antiquis libris eſſent profectæ, et qualem omnino quantamque haberent auctoritatem. STEPHANUS nullam rationem ducebat, ex libriſne ſcriptis an conjectura manaret nova lectio; modo probabilis videretur. Veluti illa lacunarum ſupplementa in *Sympoſiacis* maximam ſæpe habent veriſimilitudinem, ſæpe ejuſmodi ſunt, ut eorum loco alia longe veriſimiliora excogitari poſſint. Quare in eam inducor ſententiam ut credam illa ſupplementa ex ingenio TURNEBI fluxiſſe; præſertim quum in iſtis lacunis noſtri codices ſcripti, quos et complures et antiquos adhibuimus, conſentiant.

Igitur eorum, quæ diximus, ſumma et concluſio hæc eſt: STEPHANUM multos locos bene correxiſſe, multos perperam mutaſſe, utrorumque locorum ac fontium diſerta ſignificatione omittenda ſcripturam

Plutarcheam dubiam reddidiſſe. Neque vero ſecus factorum reprehenſio laudem bene factorum apud nos obruere debet. Quod contra ſolent multi qui noſtra ætate Græcorum Auctorum ſcripta poſt STEPHANUM edunt: quorum in præfationibus jam fere loci communis frequentiam obtinuit STEPHANI reprehenſio, ut pauci ſint quin eum male mulctatum dimittant ac notatum crimine jactantiæ, malæ fidei, fraudis. Equidem in Plutarchea illius opera nil iſtiuſmodi agnovi. Si quid perperam fecit, ignoſcere debemus et compenſare aliis magnis multiſque viri laudibus: fecit enim partim conſuetudine ſæculi ſui, quo conjecturæ et codicum lectiones eandem auctoritatem habebant, earumque receptarum commemoratio non tanta, quanta noſtro ſæculo, religione coleretur a Criticis: partim fecit feſtinatione ac ſtudio rei gerendæ ac multorum Auctorum editionibus de bonis Literis bene merendi. Fuit enim hic vir unus omnium idem et laborioſiſſimus et efficaciſſimus et eruditiſſimus, qui plures Auctores antiquos tractavit et edidit, quam iſti reprehenſores legerunt, plura ſcripſit quam iſti fando audiverunt, majorem doctrinam animo perceptam tenuit quam iſti ſuſpicione attingere potuerunt. Nobis, poſt eum idem ſpatium ingreſſis, non illaudatus abibit: eaque nobis erit laudatio et frequens in hoc opere et veriſſima, ut viri bene dicta ad legentium cognitionem proponamus et celebremus, ſecus dicta, ſi quidem memoranda videantur, memoremus ſine ſuperbia et oſtentatione, ut illis erudiantur legentes, his admoneantur.

§. 9.

De tribus Editionibus Græco-Latinis. A. 1599, 1620, 1624.

Stephanianus contextus deinceps propagatus per tres Græco-Latinas Editiones tantam aſſecutus eſt auctoritatem, ut ſolus certus et germanus haberetur. Continentur hæ Editiones duobus voluminibus formæ maximæ, quorum primum eſt *Vitarum*, additis jam *Vitis Galbæ* et *Othonis :* alterum, *Moralium*. De hoc nobis nunc dicendum.

Prima prodiit *Francofurti, apud Andreæ Wechelii heredes, Claudium Marnium et Joannem Aubrium, Anno* 1599. Græco contextui Stephaniano iiſdem paginis, interiore latere appoſita et continuata eſt Latina Xylandri interpretatio, ab illo ſæpe diſſentiens, modo in meliorem modo in deteriorem partem, certe ita facta ut Xylandreo contextui Græco anni 1574, non Stephaniano accommodata eſſet. Ad calcem Græco-Latini operis, accedunt Notæ Xylandri, ſed ordine librorum Aldino et Baſileenſi quem ipſe Xylander in Latina interpretatione et Græca Editione ſecutus erat : quæ diverſitas ordinis perquam eſt moleſta legentibus Plutarchum et inter legendum ſubinde Notas Xylandri conſulentibus. Sequuntur Stephani Annotationes illæ de quibus ſupra diximus. Subjicitur Index variarum lectionum ex editionibus Aldina et Baſileenſi, item ex libris T. V. B. P. id eſt, Turnebi, Vulcobii, Bongarsii, Petavii. Hoc variarum lectionum apparatu quum aliquantum ad emendationem Græci contextus profectum ſit ; operæ pretium eſt exponere cujuſmodi ſit et quibus ex fontibus fluxerit. Primum igitur ea referemus quæ ab ipſis Editoribus

monita reperimus : tum ea, quæ noſtro ipſi uſu obſervavimus, ſubjiciemus. Indici hæc eſt præfixa inſcriptio : *In Plutarchi Chæronenſis Opuſcula Variæ Lectiones. Lectori. Varias Lectiones addidimus, quæ, partim ex doctiſſimorum virorum, Turnebi videlicet, Vulcobii et Bongarſii codicibus, prout eas in margine annotaverant : partim etiam ex codicum Aldinæ et Baſileenſis Editionis cum hoc noſtro collatione fideliter ſunt excerptæ. Eas tibi examinandas proponimus. Quanto autem tibi ſint futuræ uſui penes te eſto judicium : ex ipſa enim lectione percipies. Literæ hæ majuſculæ T. V. B. Turnebum, Vulcobium, et Bongarſium indicant : hæc vero, cod. Ald. et Baſ. codicem Aldinum et Baſileenſem.—Acceſſit his codex mſc. notæ optimæ ab ampliſſimo et humaniſſimo viro Paulo Petavio in ſenatu Pariſienſi Conſiliario regio, qui opuſcula aliquot Moralium continebat. Ex eo variantes lectiones his Notis inſeri curavimus ſub nota P. Utere, Lector, et fave.* Huic Indici ſubjungitur alius iſque brevis Index duarum paginarum ac dimidiæ : cujus hic eſt titulus : *Sequuntur quædam inter Tomi hujus poſterioris excuſi cum exemplari Petavii manuſcripto collationem, obſervata, lectori non inutilia futura. Continent enim cum mendarum quarumdam typographicarum correctionem, tum judicium de locis quibuſdam aliter legendis.* At mendarum quidem typographicarum minima pars correcta eſt : nec judicia de locis quibuſdam aliter legendis, quidquam magnopere habent exquiſiti ac diligentis judicii. Alia etiam de hoc argumento proditur notitia in Editorum Cl. Marnii et Jo. Aubrii ad Vulcobium præfatione quæ in principio voluminis *Vitarum* exſtat : cujus præfationis initium, ut quæſtioni propoſitæ accommodatum, hoc loco reponendum eſt : *Ampliſſimo viro,*

Dn. Joanni Vulcobio in Sacro Conſiſtorio Regis Chriſtianiſſimi Conſiliario et apud Cæſarem Exlegato S. D. Plutarchum tibi cum inſcribimus, Vir Ampliſſime, tuum tibi reddimus. Quidquid enim eſt noſtra in editione præcipuum, tuum id eſt. Codices tu nobis, ad veteres manuſcriptos diligentiſſime comparatos ultra obtuliſti tuos; impetraſti alienos: nempe a Cl. viro Lodoico Servino fiſci regii in ſenatu advocato, viro et literis et Reip. a Deo dato: ab Stephano Turnebo ſenatore; ab Joanne Pelerino Profeſſore regio: quorum magni merito Turnebi, ille nomen, filius; hic cathedram, profeſſionis ſucceſſor, poſſident. Contulit interim et Jac. Bongarſius, elegantiſſimum manu exaratum exemplar bonæ partis opuſculorum, quæ dicunt Moralia, ab Ampliſſimo Viro, regio item ſenatore, P. Petavio, et Aldinum ſuum, cujus in ora variæ ex MSS. lectiones.

Hæc ab ipſis Editoribus expoſita, cujuſmodi re ipſa et facto ſint ſatis equidem cognoviſſe mihi videor uſu ac tractatione Editionum codicumque ſcriptorum Plutarchi.

Igitur illi libri Ald. Baſ. T. V. B. P. collati ſunt non ad exemplum Stephanianum, ſed ad hanc ipſam Francofurtanam. Hoc et ipſi dicunt Editores, et apparet multis ex locis. Variæ lectiones illorum librorum perquam ſunt mendoſe expreſſæ in Francofurtano hoc Indice: lectiones plurimæ eæque gravioris momenti, omiſſæ. Utrumque intellexi comparatione librorum eorum, quorum mihi aderat copia, *Aldini*, *Baſileenſis*, *Turnebiani*. Multis etiam locis omiſſa eſt nota libri e quo lectio petita eſt. *Baſileenſis* liber eſt editio anni 1542; nam ſecundam Baſileenſem, id eſt, Xylandream anni 1574 ignoraſſe videntur Editores. De *Turnebiano* libro ſupra expo-

ſui: hujus lectiones ab Aldina diſſentientes, quas STEPHANUS jam in contextum receperat, in hoc Indice omiſſæ ſunt: illæ tantum quas STEPHANUS non receperat, memorantur, omiſſis tamen et harum plurimis. *Bongarſianus* habet ille quidem bonas lectiones, ſed conſentientes fere cum reliquis codicibus hujus Indicis; ut nulla ejus propria ac peculiaris cenſenda ſit dos. Niſi nota B appoſita eſſet lectionibus multo plurium libellorum *Moralium* quam octo eorum qui ſunt in Bibliotheca Bernenſi, in quam libri Bongarſiani pervenerunt, dicerem eadem eſſe exempla et Bernenſia et Francofurtani Indicis. Sed hoc cujuſmodi ſit, exquirere nil attinet; quando plenior ille et elegantiſſime ſcriptus codex haud peculiare emendationis momentum attulit.

Vulcobianus nec ipſe, nec ejus dominus, aliunde mihi quam ex hac Editione innotuit: variæ ejus lectiones maximam partem cum Jannotianis conſentiunt, et ab iiſdem fontibus manaſſe videntur. Sed quandoquidem Turnebianum Exemplum, quid ex codicibus quidve ex conjectura habeat non ſatis conſtat: at Bongarſianæ, Vulcobianæ, Petavianæ lectiones ejuſmodi ſunt, ut liquido appareat eas ex veteribus codicibus ſumtas eſſe: ex tribus his libris plurimum tribuam auctoritatis *Petaviano* bonarum lectionum copia, quippe quarum longe maximam partem optimorum conſenſu codicum, quibus ipſe primus Editorum uſus ſum, confirmatam deprehendi. Neque vero quod in præfatione libelli *de Sera Numinis Vindicta* ſuſpicatus ſum, idem eſt atque Voſſianus, quem ex Bibliotheca Lugduno-Batava habui. Fuit quidem uterque PAULI PETAVII: ſed hic, cum Francofurtanis Editoribus communi-

catus, cum antiquior videtur, tum vero plures et Plutarcheos libellos et bonas lectiones continet.

Ergo minime contemnendus est hic variarum lectionum Index, nec abjiciendus tamquam farrago quisquiliarum, ut facere ac dicere nonnulli solent. Sed hi fere sunt ii qui subito editionis emendationisve consilio in hunc Indicem tamquam in segetem se conjiciunt ubi pabulentur ac breviſſimo tempore collectam scriptionis materiam auferant. Enimvero campus hic est horridus et incultus ubi sub herbis ac spinis lateant semina, quæ cum judicio delecta et curata, haud contemnendum ferant emendationis fructum. Hæc Editio bis deinceps repetita est, eodem exemplo, eodem paginarum ac versuum numero, eadem typorum forma; nisi quod utraque repetitio aliquid novæ acceſſionis habuit.

Prima repetitio facta est, *in officina Danielis ac Davidis Aubriorum et Clementis Schleichii, Francofurti, anno* 1620. Omissa est, in meo quidem exemplo, præfatio ad VULCOBIUM: ejusque loco alia addita ad Senatum Civitatis Francofurtanæ. Additus est etiam, nimirum ut hæc Editio priorem aliqua dote superaret, spurius, qui sub Plutarchi nomine fertur, libellus *de Fluminibus*, cum *Mauſſaci Notis* et *Judicio de Plutarcho et ejus ſcriptis*. In hoc Judicio, quod præfationis instar Notis præmittitur, docta quidem est loquacitas, judicium, criticum certe, valde mediocre. Prodierat hæc MAUSSACI editio, cum *Vibio Sequeſtro*, ac *Pſello de Lapidibus*, Tolosæ 1615.

Altera repetitio prodiit Parisiis anno 1624: addito JOANNIS RUALDI libro *de Vita Plutarchi* et *Animadverſionibus* ejusdem in Plutarchum; ut scilicet hæc etiam repetitio priorem nova quadam acceſſio-

nis laude obrueret. Quis huic repetitioni adornandæ a bibliopolis fuerit præfectus, utrum ipſe RUALDUS, an alius homo doctus, equidem neſcio: REISKIUS RUALDUM fuiſſe ſuſpicatur: quod ego nullo adhuc ſatis idoneo documento judicare potui. Multa habet vanitatis et oſtentationis indicia hæc repetitio. Titulus, quatenus mutatus eſt, ſic habet:—*Ejuſdem Plutarchi liber de Fluviorum Montiumque nominibus, antehac non editus: cum verſione et notis Mauſſaci. Accedit nunc primum Plutarchi Vita ex ipſo et aliis utriuſque linguæ Scriptoribus, a Joanne Rualdo collecta digeſtaque. Ejuſdem Rualdi Animadverſiones ad inſignia Plutarchi* σφάλματα *ſive lapſiones* II *et* LXX. *Lutetiæ Pariſiorum. Typis Regiis, apud ſocietatem Græcarum Editionum* MDCXXIV. In eodem titulo exſtat imago Plutarchi, ſcilicet! chalcographico picturæ artificio expreſſa; inficetum negotium et ploranti monacho ſimillimum. Sequitur imago Ludovici XIII, equo inſidentis et hoſtes in pugna ſternentis. Tum vero etiam Dedicatio, *Francorum et Navarræorum Regi Chriſtianiſſimo Ludovico XIII, Juſto, Invictiſſimo, ſemper Auguſto:* plena mendaciſſimæ adulationis: ſubſcriptum eſt in fine nomen bibliopolæ *Tuæ Majeſtati addictiſſimus, humillimus ac fideliſſimus ſubditus, Antonius Stephanus, ſuo et Societatis nomine.* Quid quod ipſe titulus in loco de MAUSSACO duplex mendacium jactat? quum libellum de Fluminibus *antehac non editum* prodit; qui jam ſuperiori repetitioni adjectus, prius editus erat, nec tamen primum ab ipſo MAUSSACO. Jam hoc feſtivum eſt, ſed tamen iſti cum priore repetitione commune, quod in *Moralium* volumine ille minor index mendorum typographicorum emendationumque addititiarum ſimpliciter denuo

redditur; qui omitti debuerat, ſuo quibuſque loco mendis corrigendis et emendationibus apponendis. Jam vero menda typographica in quavis deinceps repetitione non quidem omnia ſunt relicta, nec tamen omnia ſublata, immo novis etiam aucta.

Stephanianus contextus aliquot locis in duabus prioribus Græco-Latinis, multis in poſtrema, mutatus, partim meliorem in ſcripturam, partim deteriorem. Veluti, p. 322, B, pro Κανταύρων, omnes tres Κενταύρᾳ, perperam. P. 448, D, συνεπιδόντ@, pro συνεπιδιδόντος, omnes tres, errore. P. 520, B, προφέρεσιν, pro περιφέρεσιν, poſtrema, male. P. 616, A, τῷ δὲ ἕκαστον, pro τὸ δὲ ἕκαστον, tres, recte. P. 678, E, κλήσεις, pro κλίσεις, tres, recte. P. 679, B, τραγῳδίαι, pro τραγῳδία, tres, male. P. 869, E, ἦν πῶς, pro ἦν κως, poſtrema, male. P. 897, A, τὸ δ' ἀπὸ γῆς, pro τὸ δ' ἀπὸ τῆς, poſtrema recte. P. 901, C, ἐκ τῇ κατόπῃρᾳ, pro ἐκ τῆς κατόπῃρᾳ, poſtrema, recte. Ibid, E, τὸν παρακείμενον, pro τὸ παρακείμενον, poſtrema, recte. P. 921, D, ἐπιτυγχάνειν, pro ἐπιθιγγάνειν, poſtrema, errore. P. 939, συμφέρεσθαι, pro συμφύρεσθαι, tres, recte. P. 962, B, Σωκράτεις, pro Σωκράτες, poſtrema, recte. P. 995, A, ἃ ἐσθίουσι, pro ὡς ἐσθίουσι, poſtrema, temere. P. 1048, E, κατ' ἀρχὴν, pro κατ' ἀρετὴν, tres, temere. P. 1052, B, κατὰ τὸν αὐτῶν λόγον, pro κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον, tres, errore. P. 1142, F, ἐν μέσοις poſtrema mutavit in ἐν μέτροις, temere.

Hæc ex multis pauca: unde apparet duas poſteriores non e Stephaniano ſed priore Francofurtano exemplo expreſſas eſſe. Poſtrema quidem plus ſibi licere putavit in mutando Græco contextu; quod non reprehenderemus modo cujuſque mutationis mentionem feciſſet, et auctoritatem prodidiſſet: nam

quod Latinam interpretationem ſæpiſſime corrigendo pervertit eſt illud quidem minoris negotium religionis, ſed tamen temeritatis nomine vehementer culpandum.

Joannis Rualdi ſcriptio paginas explet 150: eaque bipertita eſt, ut prior pars *Vitam Plutarchi* contineat paginis 66, reliqua *Animadverſiones*. De vita, rebus, ſcriptis, Rualdi nil mihi innotuit, niſi quod ex ejus præfatione, et conjectura aliunde ducta, ſuſpicari licet. Quod quale ſit, nil attinet hoc loco explicare. Haud contemnenda in homine apparet ſcientia Antiquitatis et Hiſtoriæ in primis Romanæ; Græcorum etiam auctorum lectio, et linguæ intelligentia probabilis, nec tamen illa ad Criticam rationem exacta; multa loquacitas et alienarum a propoſita quæſtione rerum jactatio. Atque hæc quidem in utraque ſcriptiones parte inſunt. In Animadverſionibus vero etiam maxima reprehendendi non ſolum voluntas, ſed etiam cupiditas; ut reprehenſionis et occaſionem dedita opera quæſiviſſe, et materiam ipſe ſibi ſubinde finxiſſe videatur, quum Plutarchi verba prius interpretando in alienam ſententiam detorquet, quam deinde eo facilius refellat. De iſtis Plutarchi reprehenſoribus ſemper mihi placuit quod Ruhnkenius noſter dicere ſolet, *Odi cenſores nimium naſutos*. Sed hunc locum non eſt quod nunc latius perſequamur; quandoquidem ſubinde nobis et attingendus et tractandus erit in Animadverſionibus et Narratione de Vita et Scriptis Plutarchi: quas huic noſtræ Editioni adjicere conſtituimus, modo vires nobis et vitæ uſum concedat Deus.

Cæterum præter illas de quibus diximus tres Græco-Latinas Plutarcheorum operum univerſorum

Editiones, FABRICIUS Biblioth. Gr. vol. iii. p. 371, mere Græcam Francofurtanam memorat his verbis, *Plutarchus eleganter et emendate editus, Francofurti, 1605, fol. apud Wechel.* Eandem memorat BURETTUS in Diſputatione de libro de Muſica, Memoriar. Academiæ Inſcript. t. viii. p. 41 : ſed is quidem, ni fallor, magis FABRICII auctoritate, quam ſua ipſe experientia. Ego nec ipſe eam vidi, nec ab alio quoquam, præter illos, mentionem ejus factam comperi; ut nondum mihi liqueat, verene illam eſſe et exſtare, an errore et falſo ferri, dicam. Sed hoc cuicuimodi ſit, ea, ut interjecta tribus illis Græco-Latinis, non peculiarem quamdam emendationis dotem habere, ſed mere repetitio Stephaniani contextus eſſe, videatur.

§. 10.

De Bacheti Meziriaci emendationibus.

Jam licet ad emendatam ſcripturam Plutarcheorum librorum non magnopere profectum eſſet, exempla tamen eorum adeo erant multa, adeo frequentia, ut ab illo tempore ad noſtram ætatem nemo bibliopola novam Editionem, Græcam quidem, univerſorum Operum moliri auderet, et viri docti ſi qui hoc agitarent, ob eandem cauſſam ab incepto deſiſterent. Ergo ad vertendum in vulgares linguas Plutarchum nonnulli ſe dederunt. Sed horum, quod equidem ſciam, non niſi duo fuerunt qui aliquid incrementi adferrent emendationi ac ſcripturæ, uterque Gallus, CLAUDIUS BACHETUS MEZIRIACUS, et ANDREAS DACERIUS. Ac de DACERIO, quando non niſi *Vitas* vertit, non eſt quod hoc loco dicamus. MEZIRIACUS utrumque agitavit, neutrum

perfecit, ſed tamen ea in commentariis ſcriptis annotata reliquit, ut haud poſtremo ſit loco ponendus in *Moralium* Plutarcheorum emendatoribus. Fuit hic excellens doctrina vir, omnis Antiquitatis et Hiſtoriæ item Philoſophiæ peritiſſimus, Græcæ linguæ accurate intelligens, fabularis rationis, ſeu Mythologiæ, omnem omnino copiam et ambitum mente complexus: huc accedebat egregia rerum Mathematicarum ſcientia, ut haud ſciam an nemo poſt eum in utroque genere tantum valuerit. Teſtis eſt Diophanti Editio, teſtis Commentarius in Ovidii Epiſtolas, teſtis Narratio de conſilio ac ſpecimine novæ Interpretationis Gallicæ operum Plutarcheorum: teſtes ſunt aliæ multæ eæque eruditiſſimæ ſcriptiones, partim repetitæ partim memoratæ in editione Commentarii Ovidiani facta Hagæ anno 1716. Sed quod ad Plutarchum ſpectat, ejuſmodi eſt. MEZIRIACUS anno 1635 lectus Academiæ Francicæ recens inſtitutæ ſodalis, ex lege Diſputationem in Sodalium conventu legendam ſcribere aggrediens, argumentum ſibi ſumſit *de Interpretatione* *, id eſt de bonæ Verſionis officio: qua in Diſputatione Verſionem AMYOTI recenſet, innumerabilia ab eo vitia admiſſa, docte accurateque oſtendit: ſeque ipſe Plutarchi Opera denuo Gallice redditurum profitetur. Hoc ejus conſilium irritum fecit immaturus obitus anno 1638, ætatis, ut videtur, quinto ſupra quadrageſimum. Emendationes ejus et Animadverſiones adſcriptæ tribus *Moralium* voluminibus editionis Stephanianæ exſtant inter libros ISAACI VOSSII in Bibliotheca Academiæ Lugduno-Batavæ, ſub numero

* *Diſcours de la Traduction.*

164. MEZIRIACI has esse Emendationes in Catalogo illius Bibliothecæ scriptum est: nomen viri in ipso libro nusquam adscriptum deprehendi. Vere tamen MEZIRIACO eas tribui, haud temere colligere mihi videor, ex ipsarum ratione atque argumento: nam et acuminis eam habent formam quæ in aliis MEZIRIACI conjecturis apparet, et subinde referuntur ad locos Mathematicos et Mythologicos. Maximam correctionum partem ab ingenio et conjectura profectas existimem. Est tamen ubi *librum veterem* appellat: veluti p. 466, B, in supplemento loci Menandrei, quod supplementum item notatur in Collectionis Jannotianæ exemplo MURETI. Aliis locis adjectæ sunt literæ *l. v.* quibus utrum *liber vetus* an *liber Vaticanus* significetur incertum est. At p. 797, C, pro μὲν, ἐκράτει, notat lectionem Μενεκράτει addito diserte *lib. Vat.* quæ item lectio in Jannotianis exstat. Libros scriptos veteres nondum habuisse videtur MEZIRIACUS illo certe tempore quo hanc disputationem in Sodalium conventu legendam conscripsit, ut ipse quidem sub finem disputationis prodit. In libris Plutarcheis quibusdam nil annotationis adjectum reperitur: hi sunt, *De Fato*, *De Genio Socratis*, *De Vultu in orbe Lunæ*, *De Animæ Generatione*, *Epitome ejusdem*: is *De Musica* non nisi unicam habet notam. Atqui in hunc librum BURETTUS *

* Memoires de l'Acad. des Inscriptions et Belles Lettres, T. viii, p. 41, dicit secum fuisse communicatum—" le fameux et précieux " Manuscrit des Notes de MEZIRIAC sur Plutarque: Manuscrit, " dont on a tant parlé, et qui fait aujourd'hui partie du Cabinet " de Messieurs les Abbés SEVIN et SALLIER. Comme CLAUDE " GASPARD BACHET DE MEZIRIAC non-seulement excelloit dans " la Littérature Grecque, mais qu'outre cela il étoit un Mathéma-

teſtatur ſe habuiſſe longe pleniorem MEZIRIACI Commentarium : qui an in cæteris libellis Plutarchi locupletior ſit noſtro exemplo, definire non auſim. Illud quidem vellem feciſſet BURETTUS, ut MEZIRIACI correctiones notaſque non paucis locis univerſe memoraſſet, ſed deſcriptas diſerte pleneque exhibuiſſet : vellem etiam SEVINUS et SALLERIUS, quorum opera in nonnullis Plutarcheis libellis verſata eſt, quandoquidem ipſos illius Commentarii dominos prodidit BURETTUS, eum ad doctorum hominum cognitionem vel memorando vel excerpendo celebraſſent. Nunc, quando non ſatis certa videtur eſſe de locupletiore apud duumviros illos ſervato ſcripto, nos Voſſiano contenti fuimus exemplo ; idque multis locis medelam ac lucem attuliſſe, plurimæ in noſtra Editione paginæ oſtendunt.

§. II.

De iis qui poſtea fuerunt, præcipue de J. J. Reiſkio.

Fuerunt deinceps in Gallia qui Plutarchum edere, certe animadverſionibus emendare atque illuſtrare, poſſent, eruditiſſimi viri quorum cum ſtudiis hoc negotium plane conjunctum videretur, PETAVIUS,

" ticien du premier ordre, il ſemble réunir dans ſa perſonne toutes " les conditions requiſes pour fournir un excellent Commentaire " au Dialogue ſur la Muſique. Ses Remarques ſur cet Ouvrage " ſont au nombre de près de quatre vingt, et autant que j'en ai " pu juger en les parcourant (car elles ſont écrites d'un caractere " ſi fin et ſi mal formé, que ce n'eſt pas un médiocre travail que " d'en pouvoir déchiffrer quelqu'une) il y en a pluſieurs qui rou- " lent ſur la correction du texte Grec, préciſément dans les paſſages " qui préſentent les grandes difficultés par rapport à la théorie de " l'ancienne Muſique."

SALMASIUS, FABER, GASSENDUS, VALESIUS, MENAGIUS, BULLIALDUS. Sed, quod quidem sciam, nec opus aliquod eorum de hoc argumento editum est, nec mentio de capto operis consilio prodita exstat. Nam SALMASII emendationes non ea sunt multitudine, ut suspicemur eum de commentario aut editione cogitasse. Exemplum Stephanianum *Moralium* et *Vitarum*, cui sua ipse manu has adscripsit emendationes, ad me pervenit ex auctione Bibliothecæ Gronovianæ. EMERICI BIGOTII apparatum novæ editionis ex scriptis Italicis codicibus collectum, servari in regia Parisiensi Bibliotheca, audiveram aliquando nescio quo auctore. Hunc apparatum frustra quæsivi. Collectionem Bigotianam quæ multis parvulis manu scriptis libellis continetur, in illa Bibliotheca nactus sum: sunt in ea variæ lectiones ex Italicis codicibus excerptæ, aliorum quidem Auctorum bene multæ, Plutarchi nullæ. Instituta est, BIGOTII tempore, Academia Inscriptionum. Heroum illa in Literis apud Gallos successio ac disciplina paulatim defecit. DACERIUS *Vitas* vertit, nec jam heroicum, sed plane mortale et infirmum sonavit.

Nostro sæculo fuisse idoneos huic editionis negotio viros, apud Batavos, Britannos, Germanos, quis ignorat? Sed qui hoc agitaret, certe cogitaret, neminem equidem novi excepto L. KUSTERO; qui in Notis ad Aristophanem Equit. vers. 1096, laudans locum Plutarchi *De Præceptis Reip. Gerendæ*, p. 807, hæc addit: *Sed locus hic mendo non vacat, ut ad ipsum Plutarchum, si fata siverint, aliquando ostendemus.* At de consilio effecto nil comperi. In Britannia *Vitarum* editionem BRYANUS inchoavit, SOLANUS absolvit: de qua hic non est dicendi locus. Nostra demum

ætate qui de *Moralibus* bene mereri conaretur fuit JOANNES JACOBUS REISKIUS.

De hoc ego viro dicere ingrediens, vereor ne ſint quibus inique potius quam vere judicaſſe videar. Ego vero nil habeo cauſſæ quare de REISKIO minus quam de prioribus Interpretibus, quid ſentiam, libere pronunciem. Et vero REISKII ea fuit facultas ac doctrina, quæ ſuis ac veris contenta laudibus, non deſideret falſas et alienas. Nec mihi hoc loco dicere propoſitum eſt quid univerſe in Græcis Literis, ſed quid proprie in Plutarcheis *Moralibus* ab eo effectum ſit. Sed quum de ejus in Plutarcho navata opera dico, eam dico quam *Animadverſionum ad Græcos Auctores* Volumine II vulgavit, non editionem illam Lipſienſem, quæ fertur, univerſorum operum, inchoatam anno 1774, forma octava. In iſta REISKIUS magis bibliopolæ quam ſuum opus fecit, neque vero fecit, ſed affecit. Subſidia librorum inedita quidem non habuit: *Vitas* edere aggreſſus, his nondum abſolutis, diem obiit eodem anno: reliquam illarum partem, et *Moralia* cum illis antea editis REISKII Animadverſionibus addidit bibliopola, totamque editionem abſolvit duodecim voluminibus. Hæc, ut narrant, hoc ipſo tempore, a Tubingenſi bibliopola ad minorem molem redacta, repetitur: εἰδώλε εἴδωλον, majoris minus. Hujuſmodi ego repetitiones non improbo, modo ſint bene emendateque excuſæ, parabiles pretio, habiles tractatu mediocritate molis, nec ſe pro denuo recenſitis ſcripturæ conſtitutionibus et germanis editionibus gerant. Sed ad REISKIUM redeamus.

REISKIUS *Moralia* legendo tractavit æſtate media, ut ipſe ait, anni 1756, et quas per hanc lectio-

nem feciſſet annotationes ad corrigendos illuſtrandoſque locos difficiles et vitioſos comparatas, eas *Animadverſionum ad Græcos Auctores* Volumine II, Notis ad Lyſiam ſubjunctas, edidit. Plutarcheæ animadverſiones explent paginas ultra quingentas, et ſunt numero permultæ; quippe, pro Reiskii conſuetudine, breviter et verbo plerumque ſignificatæ. Præfationis loco et nomine præmittitur diſputatiuncula de ingenio et ſcriptis Plutarchi atque de opera priorum Editorum. Quam præfationem ſi non addidiſſet Reiskius, minime deſideraremus. In Plutarchi lectione novus erat hoſpes: Editiones nec habebat omnes, nec earum quas habebat, fontes et auctoritatem ſatis intelligebat. Omnino ex omnibus ingenii facultatibus judicium, ſive datum a natura ſive negatum, minime excoluerat Reiskius. Judicium dico eam facultatem quæ res confuſas diſtinguit, quid cuique proprium et conſequens ſit perſpicit et verum a falſo accurate diſtinguit. Hæc in Reiskio facultas non apparuit: minus etiam ea facultas, qua id quod verum judicaſſet, oratione ſubtiliter, ordine, perſpicue, explicaret. Senſus veri in Reiskio fuit; quidquid ad hunc ſenſum accideret eumque veriſimilitudinis ſpecie percuteret, hoc continuo probabat, hoc amplectebatur: ſententiamque ſi ſcriptione proderet, eam quaſi projiciebat cum impetu, duriter ac ſubito. Nam lenioribus illis cum judicio conjunctis mentis partibus minus utebatur, ratione, ſubtilitate, induſtria, aſſiduitate: ſemper actuoſus ex alio in aliud involabat, ejuſdem operis diu perſequendi ſatietatem fugiens, doctrinæ copias in adverſaria congerere negligebat: itaque nullo fere apparatu inſtructus ad Auctores vel emendandos vel

edendos accedebat. At valebat memoriæ bonitate, infinita lectione, Græcæ linguæ ſcientia, uſu collecta illa, non ad rationem conformata: valebat ingenii velocitate et acumine, ſubito movebatur, impetu ferebatur; cumque ita incitatus omnes locos, de quibus dubitaret, emendando attingeret, in pleriſque a propoſito aberrabat, alios probabiliter tractabat, nonnullos penitus complectebatur et certiſſima reſtituebat conjectura quæ plane divinitus oblata videretur.

Ergo quum *Moralia* Plutarchea ſibi tractanda ſumſiſſet, et ingenium tamquam in campum et venationem emendationum immiſiſſet, facile eſt ad intelligendum qualem quantamque capturam reportaverit. Emendationes plurimæ ſunt falſæ: ſunt vero etiam probandæ, ut in magno numero, haud paucæ: ſunt denique nonnullæ prorſus egregiæ. Et plures profecto probandæ et egregiæ fuiſſent, ſi plus temporis Plutarcho tribuiſſet, cum ejuſque ratione et oratione familiaritatem contraxiſſet. Sed habebat hoc Reiskius: in nullo Auctore habitabat; vagabatur per omnes: nec apud quemquam tamdiu divertebat, ut in paulo interiorem ejus conſuetudinem ſe inſinuaret: itaque per feſtinationem omnia arripiebat; ſana, corrupta, obſcura, difficilia, corrigere tentabat, mutabat, tranſponebat, demebat, addebat de ſuo; hæc in charta notabat et in vulgus prodebat: et plane, ut alter Lucilius—*in hora ſæpe ducentas* faciebat correctiones *ſtans pede in uno.* Et tamen, *Cum flueret lutulentus, erat quod tollere velles:* non ille quidem *garrulus* ſed *piger ſcribendi ferre laborem: Scribendi recte: nam ut multum, nil moror.*

Sed operæ pretium eſt cognoſcere quantum illud

ſit quod REISKIO debeatur, quodque ejus proprium ſit, ne forte aut parum aut nimium cenſeatur.

Ac primum quidem, complures libros non attigit, paginarum totius operis fere quadrantem: hi ſunt *De Educatione*, *Apophthegmata Regum et Ducum*, *Apophthegmata Laconica*, *Inſtituta Laconica*, *Lacænarum Apophthegmata*, *Mulierum Virtutes*, *Quæſtiones Romanæ*, *Quæſtiones Græcæ*, *Parallela Græca et Romana*: tum vero hi ex interiore doctrina, *De Fato*, *Quæſtiones Naturales*, *De Vultu in orbe Lunæ*, *Quæſtiones Platonicæ*, *De Animi generatione ex Timæo Platonis*, *De Communibus Notitiis adverſus Stoicos* partim; *De Muſica*.

Deinde earum, quæ ſunt, Animadverſionum certe ſemiſſis ejuſmodi eſt, ut non ad emendationem referantur, ſed contineantur notulis hiſtoricis, geographicis, literariis, de hominibus, locis, Scriptoribus; quæ notulæ, ut ex pervulgatis libris petitæ, utiles quidem indoctis, non facile a doctis requirantur: ſubinde quoque correctiones, antea obiter factæ ab hominibus eruditis, ex eorum libris adferuntur: ſubinde item loci Veterum a Plutarcho vel memorati vel ſignificati ad ſuos Auctores referuntur: ſed hi fere ſunt et loci illuſtres atque conſpicui, et Auctores cum principes tum plurimorum uſu frequentati, Homerus, Euripides, Xenophon, ſimiles: perditos eorumque reliquias, aut philoſophos, quamvis principes, Platonem, Ariſtotelem, cæteros, quorum maximum eſt ad Plutarchi intelligentiam momentum, non legiſſe videtur REISKIUS, certe nullam ex iis Plutarcho opem attulit. Tota hæc Animadverſionum pars valere poterat ad minuendum laborem futuro editori ei qui ſubito exiſteret ac negotium

imparatus ſuſcipere auderet, non ei qui rem cum apparatu ac diligentia ageret.

Igitur ad noſtræ Editionis uſum reliqua erat non niſi altera ſemiſſis, id eſt, Emendationes. Et harum primum quidem magna pars eſt vana ac ſupervacanea, quippe quibus loci ſani et integri tentantur: deinde earum item quæ in locis corruptis verſantur, major certe pars falſa eſt: in utroque conjecturarum genere, erroris fons erat ignoratio conſuetudinis et orationis Plutarcheæ. Supereſt probabilium numerus emendationum, qui, ut plurimum ei tribuam, ad totam Animadverſionum ſummam, ea ratione cenſendus videatur qua ſunt ſedecim ad centum. Harum item ſemiſſis jam a prioribus facta erat interpretibus et editoribus: has REISKIUS, non quidem plagio, quod in hunc hominem non cadebat, ſed modo prudens, modo imprudens, repetiit: multas etiam e XYLANDRI Latina verſione ſuſcepit.

Ergo reſiduæ ſunt propriæ REISKII octonæ emendationes probabiles e centenis Animadverſionibus: quarum certe dodrans ejuſmodi eſt ut eum qui longi temporis conſuetudine Plutarchum triverit non facile fugere potuerint. Sint igitur e centenis duæ ita abditæ et inventu difficiles, ut niſi REISKIUS eas in lucem protuliſſet, adhuc ignoratæ laterent? Nil dicam de meis emendationibus vel ex libris veteribus vel e conjectura depromtis. MEZIRIACUS compluribus locis in eaſdem, quas in binario illo numero cenſemus, atque REISKIUS, incidit emendationes. In eodem binario et egregio genere, ut hoc utar, duæ ſunt Reiſkianæ: altera *De Iſide et Oſiride*, p. 364, D, ubi ἔοικεν refingitur ex ἔθηκεν: altera *De*

Non Suaviter Vivi sec. Epicur. p. 1102, B, qua vulgatum ἄπεισι λέγων. Τὸ μὲν ἀνδρεῖον ἔθυον οὐ προσέχουσιν ἐδέν μοι θεοῖς, mutatur ita, ἄπεισι λέγων τὸ Μενάνδρειον, Ἔθυον οὐ προσέχσιν ἐδέν μοι θεοῖς. Atqui utriusque inventi laus debetur etiam VALCKENARIO, qui easdem protulit emendationes, illam ad Phœniss. p. 251, hanc in Diatribe Eurip. p. 284, et diu ante hunc MEZIRIACUS.

Licet igitur affirmare aut nullas aut pauciſſimas esse correctiones, quæ, nisi a REISKIO inventæ, ad nostram cognitionem non perveniſſent. Sed quidquid Animadversiones REISKII habent boni, hoc ejusmodi certe est ut haud mediocris illi laus debeatur, qui unius æstatis brevitate tantum effecerit: qui si plus etiam effeciſſet, principe in Criticis loco habendus esset: quod ne ipse quidem, qua erat modestia et sui contemtu, umquam sibi arrogavit. Equidem religioni mihi duxi omnes REISKII conjecturas memorare: memoravi eas quæ aliquam probabilitatem et ingenii significationem haberent; cæteras omisi. Neque probo Editores quosdam, qui in edendis Auctoribus a REISKIO tractatis, singulas universasque ejus Animadversiones repetunt. Vidi adeo, in quo risum tenere non potui, aliquem de philosophiæ historia scribentem, qui Plutarchi locos ita exhiberet, ut REISKII correctiones, falsiſſimas etiam, sedulo uncis incluſas, ac loci contextui interjectas, adderet: qui quam Græce fuerit peritus, quam Plutarchi intelligens, facile est ad existimandum. REISKII correctionibus, quas quidem memoratu dignas judicarem, nomen ipsius appoſui: harum, licet mea ipse conjectura multas repererim, proprietatem non mihi vindicavi, nec REISKIO

ademi: ejuſdem inventionis laus ſi jam a prioribus occupata eſſet, eam cum ipſo item communicavi. Hinc fit, ut REISKII nomen tam ſit frequens in noſtris Annotationibus, et multo frequentius quam pro eo quantum ei debetur.

Hæc ut dicerem, inſtituti mei ratio poſtulavit. Et ſine obtrectatione me dixiſſe, periti ſponte agnoſcent. Illud etiam addo, eam in REISKIO fuiſſe et doctrinæ varietatem et ingenii velocitatem, a qua me procul abeſſe fatear. Ex innumerabilibus, quas ad emendandos Græcos Auctores effudit, conjecturis, ſi delectum feciſſet optimarum eaſque cum ratione et elegantia explicuiſſet, egregium poterat explere volumen, opus fere palmarium, quod plus ad famæ perennitatem valuiſſet quam illæ deproperatæ editiones et cæteræ ſcriptiones. Numquam eum vidi. Sed conciliavit commune Literarum ſtudium, poſtremis ejus annis, quamdam inter nos per epiſtolas notitiam et conſuetudinem. Favebat naſcenti meæ laudi. Accedebant animi virtutes, quæ eum commendarent: in quibus excellebat candor et veritatis amor. Ergo et vivum dilexi, et mortui memoriam cum benivolentia colui. Et quando nunc de eo dicendum fuit, ita me ejus memoriæ conſulturum exiſtimavi, ſi nec dicerem nec tacerem quidquam contra animi ipſe mei ſententiam, nec vel veram detraherem viro laudem vel falſam tribuerem.

§. 12.

De noviſſima Verſione Gallica Ricardi.

Moralia Gallice denuo vertit RICARDUS, eaque inde ab anno 1783 Pariſiis edidit forma octava, et quindecim abſolvit voluminibus anno 1792. Ejus

Verſionis titulum ſupra appoſui §. 5, neque illic dicta hic iterare attinet: ipſam non memoravi §. 10, in Gallicis Verſionibus iis quibus aliquid boni ineſſet ad emendationem Græci contextus. Neque etiam ejuſmodi fuit negotium RICARDI. Scribit in præfatione ad volumen ſecundum, ſe habuiſſe duos antiquos Bibliothecæ regiæ codices 1671 et 1672, item AMYOTI exemplum. Codices ſunt illi ipſi quos ego contuli et literis A et E notavi; de AMYOTI exemplo ſupra dixi. Ex neutro fonte aliquid medelæ protulit RICARDUS. Per locos corruptos ita tranſiit, ut ſatis haberet ejuſmodi Verſionem effeciſſe quæ a Gallicis lectoribus intelligeretur. In explicandis locis obſcuris plus operæ poſuit; quippe quos haud indiligenter animadvertit, et ad lectorum, quibus ſcribebat, ingenium probabiliter, ſubinde aperuit ex rerum cognitione, cujus laudem ei libenter tribuimus. Ad noſtræ quidem Editionis uſum nil attulit.

CAPUT IV.

Quid hac in Editione a nobis actum ſit.

SUPEREST ultimus præfationis locus, quo exponatur, quid hac in Editione actum ſit. Qui locus breviorem habet explicationem. Nam operam noſtram, librorum copias, et reliquum apparatum, cum ſupra memoravimus, tum infra recenſebimus in Indicibus huic præfationi ſubjectis. Et quum duo ſint, ut ſæpe ſignificavimus, Editoris officia, Emendatio et Interpretatio; nunc de illa utriuſque officii parte dicemus, quæ in his quinque prioribus verſatur voluminibus, quorum triplex eſt materia, Græcum opus Auctoris, Annotatio emendationum, Latina

Verſio : de altera parte monebimus in principio poſteriorum voluminum quæ Animadverſionibus noſtris deſtinata ſunt. Cæterum, quomodo in hac triplici materia conſtituenda poliendaque verſati ſimus, breviter et ſummatim referemus : nam totum hoc cum ſigillatim enumerare infinitum ſit, tum plenius multo et accuratius harum Literarum periti ex ipſa noſtræ Editionis lectione et tractatione intelligent.

Ac primo quidem Græcum opus, id eſt Contextum non reddidi ex Editione, vel Stephaniana, vel alia, ſed ab integro recenſui et conſtitui. Quod in tam corrupto opere et tantis meis copiis, non modo licere, ſed neceſſario faciundum exiſtimavi. Fundamenti inſtar habui Aldinam, cui totum Contextus quaſi ædificium ſuperſtruerem recipiendis melioribus lectionibus et ſupplementis librorum cum ſcriptorum tum editorum. Et videor mihi ita expurgaſſe vulgatum, qui adhuc optimus habebatur, contextum, ut, quoad ejus in his rebus fieri poteſt, Plutarchi manum et ſcripturam reſtituerem plurimis in locis, aut ubi ea reſtitui non potuit, ſententiam certe patefacerem ad eam veriſimilitudinem, ut pauciſſimæ ſuperſint ejuſmodi difficultates quæ continuationem lectionis et intelligentiæ interrumpant. XYLANDER, homo minime vanus, profeſſus eſt *ſe non unam mendorum chiliadem expurgaſſe.* Ego affirmare haud dubito, me poſt XYLANDRI, STEPHANI et reliquorum operam, plus altero tanto et corruptelarum ſanaſſe et difficultatum expediviſſe. In mutanda lectione vulgata legem religionemque Criticæ ſecutus ſum, ut et vulgatam et reſtituendam lectionem ſua quamque auctoritate ponderarem et ad juſtum probabilitatis cenſum æſtimarem. Correctiones conjectura

partas nec ullius veteris libri aſſenſu confirmatas non niſi rariſſime recepi. Iis tamen in locis ubi vel priores jam Editores recepiſſent, vel alii etiam viri docti in eandem, atque ego, e conjectura incidiſſent correctionem, plus mihi licere arbitratus ſum. Sane concedenda eſt hæc Editori libertas, ſi quidem ejus uſum ad probabilitatis gradus regat. At quæ eſt hujus probabilitatis et graduum menſura? Suum cujuſque Editoris judicium; modo valeat ſcientia rerum, linguæ, uſu Auctoris, alienus a temeritate, novitatis ſtudio, vanitate, ne ſit ſubitarius, tumultuarius, feſtinator, ſed tempore diligenter cogitateque progrediatur. Equidem in hoc negotio magis vereor ne ſint quibus parum, nec ſatis conſtanter, quam quibus nimium feciſſe videar. Atqui affirmare poſſum me quacumque in lectione mutanda retinendave operam dediſſe ut mihi conſtarem, ac ſenſum quemdam meum judiciumque probabilitatis conſuluiſſe. Innumerabilia poſſim adferre exempla: defungar unico, quo intelligatur quid velim. Duos correxi locos e conjectura, id eſt adſentiente nullo vetere libro: utrumque ex eodem Platone, eadem probabilitate. Alter eſt in libro *De Educatione Puerorum*, p. 4, D, ubi πολλάκις ὁ Κράτης falſum eſt, et verum πολλάκις Σωκράτης, ut manifeſto apparet e Platone in Clitophonte, p. 255, D. Alter eſt in *Quæſtionibus Platonicis*, p. 1001, A, ubi mendoſum exſtat in omnibus libris Καλλιππίδαν, loco veræ lectionis καλλίπαιδα, ut item manifeſto apparet e Platone in Phædro, p. 350, G. At hoc loco recepi correctionem, illo non item. Nempe in *Platonicis Quæſtionibus*, qui eſt germanus Plutarchi liber, non erat dubium, quin Auctor, homo doctus et prudens, ita ſcripſiſſet: at

in libro *De Educatione Puerorum*, qui eſt ſpurius et perperam Plutarchi nomine inſcriptus, cujus Auctor, quiſquis ille fuit, certe non ſatis fuit paratus a prudentia et doctrina, poterat forte illum locum aliunde accepiſſe nec ex ipſo Platone ſumſiſſe, et nominum ſimilitudine deceptus fuiſſe: hoc dubium remanebat; ergo nil mutavi. Erat hoc loco falſum dictum: illo, mendoſa lectio. Utrumque genus Editor animadvertere debet: ſed in conſtituendo contextu, hoc corrigere, illud relinquere, neque id reponere quod ſcribere debuerat Auctor, ſed quod ſcripſit. Quod ſi forte alicubi hac in parte temere feci: cavi ne quid detrimenti caperet contextus. Nam in Annotationibus ſubjectis, cum receptæ correctionis veterem vulgatam lectionem, tum retentæ vulgatæ faciendam correctionem, ſedulo ac fideliter commemoravi.

Exemplum contextus, quod typographus in noſtra Editione ſequeretur et exprimeret, ita inſtruxi et adornavi. Sumſi exemplum Editionis Græco-Latinæ poſtremæ, anni 1624; quippe quod ſimul et Xylandri Latinam Verſionem, et Græcum contextum Stephanianum paucioribus quam duæ priores Græco-Latinæ mendis typographicis inquinatum contineret. Stephanianum autem contextum malui quam alium, quod is emendatior eſſet, et ſi quid ei ſinceritatis et auctoritatis deeſſet, id non tantum eſſet ut corrigi facile nequiret. Hoc igitur exemplum ante omnia expurgavi corrigendis diligenter ſeduloque typographicis mendis: eamque operam, ſecundum, tertium, quartum et pluries repetivi. Itaque cavi ne idem noſtræ accideret Editioni, quod Bryaneæ; cujus permultæ Animadverſiones conſumuntur notatione men-

dorum typographicorum e Græco-Latina repetitorum. Ergo expurgandis iſtis mendis ex *Moralium* exemplo, ſimul animadvertebam locos ubi Græco-Latina temere a Stephaniana receſſiſſet. Jam exemplum ita præparatum perrexi inſtruere ea, quam dixi, ratione; ut referret quaſi corpus Aldinum, idque ſuppletum et emendatum melioribus lectionibus librorum cum editorum tum vero in primis ſcriptorum. Ordinem librorum Stephanianum ſervavi, non ut bonum ſed ut Aldino haud deteriorem et exemplorum frequentia ac temporis diuturnitate ad legentium uſum accommodatum et commendatum. Facile ſane erat novum inducere ordinem magis exactum vel ad temporis vel argumenti rationem: ſed præſtare exiſtimavi eum alio loco peculiariter notare, quam cum legentium moleſtia recipere atque conſtituere. Eadem cauſſa mihi fuit, ut Græco-Latinæ, quippe adhuc a doctis hominibus et nunc a me in excitandis ſignificandiſque Plutarcheis locis frequentatæ, paginas earumque partes, adjectis in margine Editionis noſtræ interiore numeris et literis ſignificarem. Illud vero etiam ad facilitatem et quaſi levamentum lectionis valet, quod libros non, ut antea in Græcis exemplis erant, una ſerie continuavimus, ſed in ſectiones diſtinximus. Qua in re quum poſſem Verſiones vel XYLANDRI vel AMYOTI ſequi, meum tamen ipſe judicium ſequi malui. In nonnullis ipſum argumentum rectam diſtributionem oſtendebat, veluti, ut hoc utar, in illis duobus *de Repugnantiis*, et *de Notitiis*, *adverſus Stoicos*, et aliis pluribus. In duobus denique maxime frequentatis *de Puerorum Educatione* et *de legendis Poetis*, pervulgatam partitionem retinui.

Altera materiæ pars continetur Notis contextui ſubjectis. Hæ ad Emendationem referuntur, nec Interpretationem attingunt niſi quatenus ad Emendationem pertinet. Igitur verſantur in triplici genere: primo, ubi nova lectio recipitur: altero, ubi conjectura proponitur: tertio, ubi dubia eſt vulgatæ auctoritas lectionis, aut alia fertur æque probabilis. Novam lectionem nuſquam recepi niſi facta mentione et memorata vulgata. Sed vulgata, quam voco, eſt Stephanianæ Editionis: ad ejuſque contextum referuntur noſtræ Notæ. Hic erat Aldino ad hoc negotium longe accommodatior: quippe, ut magis emendatus quam cæterarum Editionum contextus, maximam plurimamque mutationum partem occupaverat earumque notationem ſupervacaneam reddiderat. Aldinus, ut mendoſiſſimus, poſtulabat innumerabilium mutationum notationem, quæ totam paginam repleret ac perpetua variarum lectionum ſegete horridam et legentibus moleſtam faceret. Cæterum, in Stephaniano contextu non ſolum attendi ad locos corruptos, ſed eos etiam qui ſani viderentur; quandoquidem in eo permulti ſunt loci ad ſpeciem ſani et integri, ſed ita conſtituti, ut potius Stephani aliorumque correctorum, quam Plutarchi, ſcriptura legatur. Hujuſmodi me loci nulli omnino fugere potuerunt, quum Stephanianam Editionem cum Aldina aliiſque, et vero plurimis codicibus ſcriptis contulerim. Neque vero minimas omnes varietates, quibus ab Aldina receſſit Stephaniana, notavi. Neque etiam hoc neceſſe erat in iis quas ita probabiliter feciſſet Stephanus, ut melius certiuſque ego nil haberem, eumque ſequi deberem. At notavi inſigniores omnes, et eas in primis quæ

non ſatis firmam auctoritatem haberent, quarumque notatio viam inveniendæ veræ lectionis patefacere videretur. Omnino locos a STEPHANO, incerta licet auctoritate, tamen ad orationem et ſententiam probabiliter correctos, ubi mei codices nil ſanius integriuſque adferrent, retinere malui, quam vetus Aldinum vulnus denuo aperire. Reliquam omnem lectionis varietatem, partim in Animadverſionibus memorabimus, partim in peculiari Indice exhibebimus: quam ſi quis adhibeat Annotationibus contextui ſubjectis, is nil deſideret ad eam quam vocant Genealogiam contextus, ſive, ad plenam juſtamque cognitionem mutationum quovis loco ab editoribus deinceps factarum.

Tertia materiæ pars eſt Interpretatio Latina, quæ vulgo dicitur *Verſio*. Quæ, ut abeſſe debet ab exemplis ad ſcholarum ac tironum inſtitutionem editis, nec deſideratur ab iis qui Græca æque commode intelligunt ac Latina, ita omitti non poterat in noſtra Editione, quippe ad communem omnium uſum deſtinata, quorum longe maximus numerus ex medio quodam genere eſt, cui Verſio et grata et utilis ſit. Sed Verſionis triplex eſt officium. Primum eſt, ut ſit *vera*, nec aliud loquatur atque Auctor. Alterum, ut ſit *bene Latina*. Tertium, ut Auctoris ſententiam non univerſe, ſed ſigillatim et accurate reddat, ejuſque proprietatem in verbis et conſtructione exprimat: quod officium fere negligunt in vulgaribus linguis factæ Verſiones, quæ ſe potius exemplaria quam imagines, quod barbare dicunt *originalia potius quam copiæ*, haberi volunt: attamen eam vim habet, ut eo demum duobus prioribus officiis addito, bonæ Verſionis numeri expleantur. Nam et Auctorem

talem exhibet, qualis eſt; ſi quidem ita Latinum facit, ut fuiſſet ſi Latine ſcripſiſſet: et iis qui Græca nondum ſatis intelligunt, idoneum apponit intelligentiæ inſtrumentum, quod perpetui ſit inſtar commentarii. Ut novam ipſi faceremus Verſionem, in tanta reliquæ noſtræ operæ multitudine et moleſtia, nemo æquus ac prudens laboris æſtimator poſtulaverit. Sumſi Verſionem XYLANDRI, hominis Græce Latineque doctiſſimi, et multo Plutarcheorum librorum uſu exercitati. Hanc primum ex melioribus codicum lectionibus et noſtris aliorumque conjecturis ad veritatem, id eſt, germanam Auctoris ſententiam, correxi; exiſtimans, plus mihi in ea quam in Græco contextu licere: quamquam initio quidem locos Verſionis qui aliquid dubitationis haberent, intactos reliqui, correctionem Animadverſionibus reſervans: mox intellecto quantum incommodi hæc ratio haberet ad legentium uſum, corrigendos locos omnes ad judicium meum ſtatim in ipſa Verſione corrigere perrexi. Deinde, ad Plutarchi formam habitumque eam revocavi, cum in verborum delectu tum conſtructionis ratione. Porro maximam perſpicuitatis rationem habui; cavens ne, quod aliis nonnullis, idem accideret mihi, ut mea Verſio ſubinde ipſa opus haberet alia Verſione. Denique Latinitatem puritatemque curavi, quoad ejus ſervandis cæteris officiis fieri poterat. Quæ ſane omnia ſervare atque effectu et actione conjungere, difficile eſt. Feci quantum potui.

Cæterum neque hoc ſilentio prætereundum eſt. In ſingularium libellorum Plutarcheorum Editionibus ac Verſionibus ſunt quas nec habui, nec nanciſci potui. Nec tamen eos quærendo exſpectandoque

Editionem noſtram diutius differre volui. Eſt ſane illa Editionum Verſionumque cognitio cum jucunda, tum digna hominis literati ſtudio; modo ne nimium ei tribuatur, et ipſorum lectio Auctorum negligatur. Ita enim magis ad librarii negotium quam doctrinæ fructum ſpectet. Sed in Plutarcho quidem, aliiſque haud paucis Græcis Auctoribus, minoris illa eſt utilitatis quam quis ſuſpicetur; propterea, quod pauciſſima iſtarum Editionum Verſionumque pars ab accuratæ hominibus doctrinæ facta eſt: nullæ fere ad codices ſcriptos exactæ et caſtigatæ: ſed omnes propemodum, Græcæ quidem editiones ex prioribus editionibus repetitæ, ad frequentanda in uſum tironum exempla. Una ex melioribus in hoc genere Editionibus eſt Xylandrea libelli *De Legendis Poetis:* atqui nil in ea reperi, quin vel a XYLANDRO in majore Græca Editione et Latina-Verſione notatum, vel a me jam occupatum eſſet. Eadem fruſtratio fuit in aliis, exceptis forte TURNEBI, CAMERARII, ad illum *de Iſide* librum BENTLEII ac MARKLANDI, et paucorum quorumdam ad alios libros, annotationibus. Profiteri haud vereor, me ſolis meis ipſum copiis fretum, haud multo deteriorem editionem effecturum fuiſſe, quam hanc nunc effectam auxiliis priorum interpretum. Doctrinæ fontes patent omnibus: hinc illi pauca delibarunt: ego quæ ad rem facerent meam, exhaurire ſtudui; ut nil facile me effugeret eorum quæ ab illis prolata eſſent. Nec in eo quidquam mihi ſuperbe arrogo. Nil dico quin idem dicere poſſit alius editor, qui quidem tempore et labore, quanta potuit diligentia, copias collegerit ſuas et inſtruxerit. Jam fontes qui non omnibus patent, codices dico ſcriptos, aut nemo habuit prio-

rum interpretum, aut unus et alter, unum et alterum: ego tot habui, quot vix umquam alius Græci Auctoris editor. Ergo illorum Annotationes magis laborem mihi quam copias auxerunt. Habui earum rationem quia erant, non quia neceſſariæ erant. Habui delectum earum quæ commemoratu dignæ viderentur, et ſub inventoris ſui nomine quamque prodidi: neque ſatis erat ſummam earum fructumque cum lectoribus noſtris communicare; ſed, quid cuique inventori deberetur, quaſi per hiſtoriam annumerare oportuit. Hæc religio, quamvis moleſta editoribus, nec recte ſemper æſtimata a legentibus, nullo modo negligenda eſt. Nam et humanitatis eſt, cognoſcere quantum quiſque operæ pretium fecerit: et juſtitiæ, ſuum cuique tribuere. Numquam eorum probavi rationem, qui in annotationibus conſcribendis ita priorum inventis utuntur, ut ea quaſi in unum acervum omnia confundant, ex eoque ut ſuum quodque ac proprium ipſi depromant, nulla nominatim facta inventoris mentione. Sunt adeo qui nomina in memorandis benefactis taceant, in erroribus prodant, ut habeant de quo triumphent. Peſſimum genus, ut ingenii doctrinæque penuria, ita vanitatis et impudentiæ abundantia: quos haud temere quis *pauperes in literata civitate fures* appellet. Enimvero qua modeſtia poſteros in noſtro opere verſari optamus, eadem in priorum operibus ipſi verſari debemus. At, qui non ſuum et proprium opus, ſed alienum ac ſurreptum relinquit, illam poſteritatis vindictam non veretur. Equidem priorum, Editiones, Verſiones, annotationes, quas quidem habui, ea qua dixi, modeſtia tractavi: et quas nondum haberem, ut nanciſcerer operam dedi. Nam quum alia

editoris officia probabiliter expleviſſe mihi viderer, nolui hoc unum negligere. Sed quum intelligerem, multis mihi ex illo genere libris carendum fore; eo magis operam dedi, ut plurimos optimoſque codices ſcriptos antea nondum adhibitos in uſum converterem meum. Cumque item intelligerem, neque codicum quorum vellem omnium copiam mihi futuram, neque quæ deſiderarem omnia ex codicibus peti poſſe; eo majorem curam, induſtriam, aſſiduitatem in eo poſui, ut Emendationis atque Interpretationis copias meo ipſe conſequerer ac locupletarem ſtudio. Quo quidem ſtudio me aliquid profeciſſe, affirmare ipſe non dubito: quantum profecerim, docti lectores judicabunt.

Hoc tot annorum opus quando jam eo perduxi, ut tandem in publicum prodeat, ejuſque editio, neſcio quo fato, in hanc temporum noſtrorum difficultatem incidat, quæ et publicas et privatas res affligit, earumque ſtatum dubium reddit; facere non poſſum ut illud ſine voto et inauſpicato e manibus dimittam. Faxit Deus O. M. ut huic patriæ cum priſtina rerum proſperitate pax reſtituatur: mihique vires et ſanitas conſerventur, otium certe obtingat, ut reliquam operis partem abſolvam. Sed hoc, ut incertum, quomodocumque evenerit, æquo animo et accipiendum et ferendum. Illud haud dubia ſpe præcipio, fore ut quam ego in adornanda conficiendaque hac Editione percepi cum doctrinæ animique fructu ſuavitatem, eandem legentium plurimi percipiant; Plutarchi libris multo quam antea magis jam emendatis et ad communem fere intelligentiam patefactis.

Scripſi Amſtelodami, menſe Novembre, anno MDCCXCIV.

INDEX

NOTARUM ET NOMINUM

QUIBUS SIGNIFICAVIMUS LIBROS CUM SCRIPTOS TUM EDITOS, AD EMENDANDUM CONTEXTUM A NOBIS ADHIBITOS.

A. Codex ſcriptus Bibliothecæ Regiæ Pariſienſis. Num. Catalogi 1671.

ALD. Editio Aldina, princeps. Anni 1509.

AMIOT. Interpretatio Gallica *Amioti*, vel *Amyoti*.

ANON. vel. ANONYM. Correctiones et Variæ lectiones ſcriptæ in margine Editionis Baſileenſis, cujus exemplar ſervatur in Bibliotheca Academiæ Lugduno-Batavæ. Librorum Voſſianorum Num. 128.

ANTON. S. Antonii Sententiæ. Vide *Maxim.*

B. Codex ſcriptus Bibliothecæ Regiæ Pariſienſis. Num. Catalogi 1675.

BAS. Editio Baſileenſis, prima Anni 1542.

BONGARS. item BONG. (item ſimpliciter B, in hac trium codicum tribus literis expreſſa nota T.V.B.) ſunt lectiones codicis Bongarſiani, adjectæ, una cum lectionibus T. et V, id eſt codicum Turnebiani et Vulcobiani, ad calcem Editionis Græco-Latinæ Operum Plutarchi formæ maximæ: quæ ter deinceps prodiit, Francofurti Anno 1599, et 1620; et Pariſiis 1624.

C. Codex ſcriptus Bibliothecæ Regiæ Pariſienſis. Num. Catalogi 1956.

CANT. Exemplum Baſileenſe, ſervatum in Bibliotheca Academiæ Trajectinæ, quod in margine habet ſcriptas animadverſiones ab ipſis, ut videtur, fratribus Carolo et Theodoro Cantoris.

COLLECT. MURET. item COLL. MUR. Collectio variarum lectionum ex compluribus codicibus Italicis excerpta a Donato Jannoctio ab eodemque ſimul cum emendationibus Nicolai Leonici inſcripta margini exempli Editionis Aldinæ. Hujus exempli Jannoctiani complura videntur Apographa fuiſſe: quorum ego duo nactus ſum. Alterum fuit M. A. Mureti ſervatum hodieque in Bibliotheca Jeſuitarum Romæ: cui item fuerunt addita nomina codicum unde lectiones hæ petitæ erant: quæ

ego nomina his notis ſignificavi, Pol. Rodolph : et cum ſupra in *Cenſura librorum ſcriptorum et editorum* expoſui, tum infra in hoc *Indice* notavi. Ubi vero nullum lectioni additum erat nomen, eam memoravi hac nota *Collect. Muret.* vel *Coll. Muret.* Alterum quod habui Apographum exempli Jannoctiani, item antiquum, et, ut minimum, ante ducentos annos ſcriptum, ſervatur in Bibliotheca Academiæ Lugduno-Batavæ, Librorum Voſſianorum Num. 159. De hoc peculiarius dicimus item in hoc *Indice* ſuo loco, et diximus in *Cenſura*.

COLLEG. NOV. Codex ſcriptus Bibliothecæ Collegii Novi Oxonienſis. Num. 233.

D. Codex ſcriptus Bibliothecæ Regiæ Pariſienſis. Num. Catalogi 1956.

DAMASC. Johannis Damaſceni Parallela Sacra in codice ſcripto Bibliothecæ Mediceæ Florentinæ: cui codici adjecti ſunt multi Veterum Scriptorum, etiam perditorum, loci, deſumti forte ex pleniore exemplo Stobæi.

E. Codex ſcriptus Bibliothecæ Regiæ Pariſienſis. Num. Catalogi 1672.

ERASM. Eraſmi Rotterodami interpretatio Latina quorumdam libellorum Plutarchi.

EXEMPL. TURNEB. Variæ lectiones et Correctiones ab Adriano Turnebo et aliis ſcriptæ in margine Exempli Aldini, quod eſt in Bibliotheca Regia Pariſienſi.

F. Codex ſcriptus Bibliothecæ Regiæ Pariſienſis. Num. Catalogi 1957.

FABRIC. Franciſci Fabricii Marcodurani Variæ lectiones trium codicum ſcriptorum et emendationes in libello *De Puerorum Educatione*, quem Græce et Latine edidit forma octava. Antwerpiæ. Anno 1563.

FABER. Tanaquilli Fabri Gallica verſio et Correctiones libelli Plutarchei *De Superſtitione*.

FLOR. Variæ Lectiones in compluribus libellis Plutarcheis, excerptæ a Theodoro Gronovio ante hos circiter centum annos, ex compluribus codicibus Florentinis.

G. Codex ſcriptus Bibliothecæ Regiæ Pariſienſis. Num. Catalogi 2076.

GALLICUS INTERPRES NOVISSIMUS, in libellis *De Adulatore et Amico*, item *Septem Sapientum Convivio* : quos Græce et Gallice, cum animadverſionibus edidit vir elegantiſſimus La Porte du Theil forma octava. Pariſiis 1772.

GRÆCO-LAT. Tres editiones ejuſdem exempli, formæ maximæ. Francofurti 1599. Pariſiis 1620, et item Pariſiis 1624.

GRON. vel GRONOV. Collatio libelli *De Fortuna Romanorum*, cum

vetere codice ſcripto, neſcio quo: quam nactus ſum ex auctione Gronoviana.

GROT. Hugonis Grotii animadverſiones ad libellum *De legendis Poetis*.

H. Codex ſcriptus Bibliothecæ Regiæ Pariſienſis. Num. Catalogi 1680.

HARLEI. vel HARL. Codices ſcripti Harleiani in Muſeo Britannico. Ubi non niſi Harl. vel Harlei. eſt, ſignificatur Codex Num. Catalogi 5612: idem notatur ſigno Harl. 1. ubi etiam memoratur Harl. 2. qui eſt Num. Catalogi 5660.

HEUSING. J. Fr. Heuſingeri Animadverſiones in libellum *De Puerorum Educatione*.

I. Signum numeri notat Volumen *Vitarum* editionis Græco-Latinæ.

II. ——— Volumen *Moralium*, ejuſdem editionis.

J. Codex ſcriptus Bibliothecæ Regiæ Pariſienſis. Num. Catalogi 2078.

JANNOT. Donati Jannoctii, vel Jannotii, lectiones codicum ſcriptorum et emendationum in margine exempli Aldini ſcriptarum, ſervati in Bibliotheca Academiæ Lugduno-Batavæ. Supra dixi in *Collect. Muret.* me duo habuiſſe Apographa Jannoctiani libri, *Muretianum* ſ. *Romanum* et *Lugduno-Batavum*: horum aliis locis Plutarchi Romanum, aliis Lugdunenſe plenius copioſiuſque reperitur. Sed in Apographo Lugdunenſi Jannoctianis lectionibus nullum eſt peculiare additum ſignum; at Emendationes Nicolai Leonici habent adjectum Græcum λ. Igitur lectiones eas, quæ vel conſenſu utriuſque Apographi, vel indicio alterius etiam, Jannoctio tribuendæ ſunt, ſignificavimus hac nota *Jannot.*

JUN. vel JUNIUS. Exemplum editionis Baſileenſis Anni 1542, cui *Hadrianus Junius* varias librorum, ut videtur ſcriptorum, lectiones et ſuas haud paucas correctiones adſcripſit. Servatur in Bibliotheca Illuſtris Athenæi Amſtelodamenſis.

K. Codex ſcriptus Bibliothecæ Regiæ Pariſienſis. Num. Catalogi 2451.

KREBS. Animadverſiones J. Tobiæ Krebſii ad libellum *De Legendis Poetis*, adjectæ editioni illius libelli ab ipſo factæ.

LEONIC. Lectiones et Emendationes *Nicolai Leonici*. De quibus vide quæ dixi ad notas *Jannot.* et *Coll. Mur.*

M. Codex ſcriptus Bibliothecæ Regiæ Pariſienſis. Num. Catalogi 2423.

MACAR. CHRYS. Rhodonia i. e. Roſetum, ſeu Florilegium MS. Macarii Chryſocephalæ, ubi frequentes ſunt loci Plutarchei. Servatur in Bibliotheca S. Marci Venetiis. Videatur Cl. Villoiſonus in Anecdotis Gr. t. ii. p. 4 et ſeqq.

MATTH. Animadverſiones Chriſtiani Friderici Matthæi, viri eruditiſſimi, ad tres libellos Plutarcheos ab ipſo editos Moſcuæ duobus ſeorſim voluminibus formæ octavæ: quarum altero edito 1777, continentur libelli duo, *De Fortuna*, item *De Vitioſo Pudore*: altero 1778, is *De Superſtitione* cum Demoſthenica Oratione.

MAX. et ANTON. Sententiæ S. Maximi et S. Antonii, in quibus ſubinde occurrunt loci Plutarchei. Uſus ſum editione Geſneriana, id eſt, eo exemplo, quo eas Stobæo ſuo adjecit Conradus Geſnerus.

MEZ. Emendationes Bacheti de Meziriac, adſcriptæ margini Exempli Stephaniani Operum *Moralium* Plutarchi. Servantur in Bibliotheca Academiæ Lugduno-Batavæ, Librorum Voſſianorum Num. 164.

MOSC. 1. 2. Codices duo ſcripti Bibliothecæ Moſcuenſis, Sanctiſſimæ Synodi. Quorum collationem debeo humanitati Matthæi, eruditiſſimi viri, Profeſſoris tum Moſcuenſis, nunc Wittebergenſis.

MS. Variæ lectiones quædam in iis quæ ad calcem trium editionum Græco-Latinarum exſtant, diverſi codicis ab illis qui literis T. V. B. et P, ſignificantur.

N. Codex ſcriptus Bibliothecæ Regiæ Pariſienſis. Num. Catalogi 2992.

OXON. Codex ſcriptus Libri *De Animi procreatione*. Collegii Corporis Chriſti.

PALAT. Codex ſcriptus, Palatino-Vaticanus. Num. 170.

PERIZ. Codex ſcriptus, quo continentur, *Plutarchi Conſolatio ad Apollonium*, item Xenophontis Hiſtoria Græca, Appiani Syriaca, alia: Bibliothecæ Academiæ Lugduno-Batavæ, ex legato *Jac. Perizonii*.

PETAV. item P. Lectiones codicis Petaviani, ad calcem editionum Græco-Latinarum.

POL. Lectiones codicis *Donati Poli*, in Collectione Mureti.

REISK. Correctiones *J. J. Reiſkii* Operum *Moralium* Plutarchi, proditæ Animadverſionum ad Græcos Scriptores Vol. II.

RODOLPH. Lectiones Codicum Cardinalis *Rodolphi* in Collectione Muretiana.

SCHOTT. Collectio variarum lectionum e Codicibus Italicis: quæ ex Bibliotheca Andr. Schotti, in libros Voſſianos relata, ſervatur in Bibliotheca Academiæ Lugduno-Batavæ Num. 15.

STEPH. Editio Operum Plutarchi facta ab H. Stephano, Genevæ 1572, forma octava, tredecim voluminibus.

STOB. Stobæi duo quæ feruntur Opera, alterum *Sententiarum ſ. Sermonum*, alterum *Eclogarum, Phyſicarum*, et *Ethicarum*.

T. Vide TURNEB.

TRINCAVELL. Editio princeps Sermonum Stobæi, facta Venetiis forma quarta, a Victore Trincavello 1536.

TURNEB. Variæ lectiones libri Turnebiani, quæ exſtant ad calcem editionum Græco-Latinarum. Hæ frequenter una litera T. notantur in illa triplici nota T. V. B.

VATICAN. Codex ſcriptus Bibliothecæ Vaticanæ, Num. 139.

VENET. Codices ſcripti Bibliothecæ Venetæ S. Marci. Num. Catalogi 248, 250, 261, 511. Horum codicum qui ad quemque Plutarcheum Libellum a nobis adhibitus ſit, ſignificatur in Indice ſingulari Subſidiorum cujuſque Libelli Plutarchei.

VINDOB. Codices ſcripti, aliquot Libellis adhibiti, ex Bibliotheca Cæſarea Vindobonenſi. Num. Catalogi Lambec. 74, 75.

VOSS. plerumque notatur Codex ſcriptus Num. 2. librorum Voſſianorum in Bibliotheca Academiæ Lugduno-Batavæ. In *Quæſtionibus Platonicis* eſt Codex Voſſ. Num. 16. unum hunc libellum ex Plutarcheis habens.

VULCOB. Lectiones Codicis Vulcobiani ad calcem Editionum Græco-Latinarum. Subinde ſimpliciter V.

VULGO, VULG. VULGATA, plerumque notat Stephani editionem et expreſſas ex illa tres Græco-Latinas formæ maximæ ſeu *in Folio*, duas nomine loci *Francofurti* 1599, et 1620, tertiam *Lutetiæ Pariſiorum* 1624. Si notis iiſdem ſignificatur prior quædam editio, vel Aldina, vel Baſileenſis, hoc ex ipſo nexu orationis ac ſententiæ apparebit.

XYL. Xylandri Editio Operum *Moralium* Plutarchi, forma maxima, Baſileæ anno 1574. Quatuor autem ſunt notæ quibus ſignificatur *Xylander*, utpote quatuor nominibus de *Moralium* Opere bene meritus. Nam *Xyl.* eſt Editio modo memorata. *Verſio Xylandri* eſt ejus Latina interpretatio. *Codex Xylandri* eſt ſcriptus liber, quo uno ſcripto uſus eſt. Tum *Notæ* vel *Animadverſiones Xylandri*, ſunt eæ quibus de multis locis vel corruptis vel obſcuris expoſuit.

Z. Codex ſcriptus Bibliothecæ Regiæ Pariſienſis, Num. Catalogi 2077 : quo continetur *Conſolatio ad Apollonium*.

MACAR. CHRYS. Rhodonia i. e. Roſetum, ſeu Florilegium MS. Macarii Chryſocephalæ, ubi frequentes ſunt loci Plutarchei. Servatur in Bibliotheca S. Marci Venetiis. Videatur Cl. Villoiſonus in Anecdotis Gr. t. ii. p. 4 et ſeqq.

MATTH. Animadverſiones Chriſtiani Friderici Matthæi, viri eruditiſſimi, ad tres libellos Plutarcheos ab ipſo editos Moſcuæ duobus ſeorſim voluminibus formæ octavæ: quarum altero edito 1777, continentur libelli duo, *De Fortuna*, item *De Vitioſo Pudore*: altero 1778, is *De Superſtitione* cum Demoſthenica Oratione.

MAX. et ANTON. Sententiæ S. Maximi et S. Antonii, in quibus ſubinde occurrunt loci Plutarchei. Uſus ſum editione Geſneriana, id eſt, eo exemplo, quo eas Stobæo ſuo adjecit Conradus Geſnerus.

MEZ. Emendationes Bacheti de Meziriac, adſcriptæ margini Exempli Stephaniani Operum *Moralium* Plutarchi. Servantur in Bibliotheca Academiæ Lugduno-Batavæ, Librorum Voſſianorum Num. 164.

MOSC. 1. 2. Codices duo ſcripti Bibliothecæ Moſcuenſis, Sanctiſſimæ Synodi. Quorum collationem debeo humanitati Matthæi, eruditiſſimi viri, Profeſſoris tum Moſcuenſis, nunc Wittebergenſis.

MS. Variæ lectiones quædam in iis quæ ad calcem trium editionum Græco-Latinarum exſtant, diverſi codicis ab illis qui literis T. V. B. et P, ſignificantur.

N. Codex ſcriptus Bibliothecæ Regiæ Pariſienſis. Num. Catalogi 2992.

OXON. Codex ſcriptus Libri *De Animi procreatione*. Collegii Corporis Chriſti.

PALAT. Codex ſcriptus, Palatino-Vaticanus. Num. 170.

PERIZ. Codex ſcriptus, quo continentur, *Plutarchi Conſolatio ad Apollonium*, item Xenophontis Hiſtoria Græca, Appiani Syriaca, alia: Bibliothecæ Academiæ Lugduno-Batavæ, ex legato *Jac. Perizonii*.

PETAV. item P. Lectiones codicis Petaviani, ad calcem editionum Græco-Latinarum.

POL. Lectiones codicis *Donati Poli*, in Collectione Mureti.

REISK. Correctiones *J. J. Reiſkii* Operum *Moralium* Plutarchi, proditæ Animadverſionum ad Græcos Scriptores Vol. II.

RODOLPH. Lectiones Codicum Cardinalis *Rodolphi* in Collectione Muretiana.

SCHOTT. Collectio variarum lectionum e Codicibus Italicis: quæ ex Bibliotheca Andr. Schotti, in libros Voſſianos relata, ſervatur in Bibliotheca Academiæ Lugduno-Batavæ Num. 15.

STEPH. Editio Operum Plutarchi facta ab H. Stephano, Genevæ 1572, forma octava, tredecim voluminibus.

STOB. Stobæi duo quæ feruntur Opera, alterum *Sententiarum ſ. Sermonum*, alterum *Eclogarum, Phyſicarum*, et *Ethicarum*.

T. Vide TURNEB.

TRINCAVELL. Editio princeps Sermonum Stobæi, facta Venetiis forma quarta, a Victore Trincavello 1536.

TURNEB. Variæ lectiones libri Turnebiani, quæ exſtant ad calcem editionum Græco-Latinarum. Hæ frequenter una litera T. notantur in illa triplici nota T. V. B.

VATICAN. Codex ſcriptus Bibliothecæ Vaticanæ, Num. 139.

VENET. Codices ſcripti Bibliothecæ Venetæ S. Marci. Num. Catalogi 248, 250, 261, 511. Horum codicum qui ad quemque Plutarcheum Libellum a nobis adhibitus ſit, ſignificatur in Indice ſingulari Subſidiorum cujuſque Libelli Plutarchei.

VINDOB. Codices ſcripti, aliquot Libellis adhibiti, ex Bibliotheca Cæſarea Vindobonenſi. Num. Catalogi Lambec. 74, 75.

VOSS. plerumque notatur Codex ſcriptus Num. 2. librorum Voſſianorum in Bibliotheca Academiæ Lugduno-Batavæ. In *Quæſtionibus Platonicis* eſt Codex Voſſ. Num. 16. unum hunc libellum ex Plutarcheis habens.

VULCOB. Lectiones Codicis Vulcobiani ad calcem Editionum Græco-Latinarum. Subinde ſimpliciter V.

VULGO, VULG. VULGATA, plerumque notat Stephani editionem et expreſſas ex illa tres Græco-Latinas formæ maximæ ſeu *in Folio*, duas nomine loci *Francofurti* 1599, et 1620, tertiam *Lutetiæ Pariſiorum* 1624. Si notis iiſdem ſignificatur prior quædam editio, vel Aldina, vel Baſileenſis, hoc ex ipſo nexu orationis ac ſententiæ apparebit.

XYL. Xylandri Editio Operum *Moralium* Plutarchi, forma maxima, Baſileæ anno 1574. Quatuor autem ſunt notæ quibus ſignificatur *Xylander*, utpote quatuor nominibus de *Moralium* Opere bene meritus. Nam *Xyl.* eſt Editio modo memorata. *Verſio Xylandri* eſt ejus Latina interpretatio. *Codex Xylandri* eſt ſcriptus liber, quo uno ſcripto uſus eſt. Tum *Notæ* vel *Animadverſiones Xylandri*, ſunt eæ quibus de multis locis vel corruptis vel obſcuris expoſuit.

Z. Codex ſcriptus Bibliothecæ Regiæ Pariſienſis, Num. Catalogi 2077 : quo continetur *Conſolatio ad Apollonium*.

INDEX PECULIARIS,

QUO NOTANTUR

EDITIONES GRÆCÆ, VERSIONES, COLLATIONES VARIARUM LECTIONUM, CODICES SCRIPTI VETERES PLUTARCHEI, QUIBUS IN UNOQUOQUE LIBRO MORALIUM USI SUMUS.

I.

Editiones Græcæ, Verſiones, Operum *Moralium* Univerſorum: item Collectiones Variarum Lectionum ad eadem Opera Univerſa.

1.

Editiones Græcæ Univerſorum Operum *Moralium* Plutarchi.

1. Aldina 1509. forma quæ dicitur folii. De qua diximus Præfat. cap. iii. ſect. ii. §. 1.
2. Baſileenſis 1542. fol. Vide Præfat. cap. iii. ſect. ii. §. 3.
3. Stephaniana Genevæ 1572. octava forma. Vide Præfat. cap. iii. ſect. ii. §. 8.
4. Xylandri editio Baſileæ 1574. fol. Vide Præfat. cap. iii. ſect. ii. §. 7.
5. Græco-Latinæ, tres, fol. Francofurtanæ 1599 et 1620, et Pariſienſis 1624, non habent fere auctoritatem Editionis. Vid. Præfat. cap. iii. ſect. ii. §. 9.

   Lipſienſis editionis, *Reiſkii* nomine inſignitæ, rationem habere non potui; quippe in editionibus, *Moralium* quidem, non cenſendæ. *Animadverſionibus* viri uſus ſum, antea editis.

2.

Collectiones Variarum Lectionum ad Univerſa Opera *Moralia*.

1. Vulgata dudum illa edita ad calcem Editionum Græco-Latinarum, qua diverſitas Editionis Stephanianæ ab Aldina, Baſileenſi, libris Turnebi, Vulcobii, Bongarſii, Petavii, continetur: notatis illis T.V.B.P. Vide Præfat. cap. iii. ſect. ii. §. 4 et 9.
2. Inedita antea, Collectio Muretiana: Lectiones notamus his

ſignis *Jannot. Leonic. Pol. Rodolph. Coll. Muret.* Vide Præfat. cap. iii. ſect. ii. §. 4.

3. Inedita antea: Lectionum Jannotii ac Leonici annotatio in margine exempli Aldini *Moralium*, ſubinde diverſa a Collectione Muretiana. Exſtat in Bibliotheca Academiæ Lugduno-Batavæ inter libros Voſſianos. Significavimus has lectiones item notis *Jannot.* et *Leonic.* Vid. Præfat. ibidem.
4. Collectio Schotti, item inedita: de qua ibidem diximus.
5. Collectio quam appellavimus *Anonym.* continens Varias Lectiones et Emendationes ignoti quidem ſed eruditi hominis, ſcriptas in Margine Editionis Baſileenſis: item inedita. Vid. Præfat. ibidem.
6. Variæ Lectiones et Emendationes ab Hadriano Junio ſcriptæ. Vide Præfat. ibidem. Ineditæ.
7. Bacheti de Meziriac exemplum editionis Stephanianæ in cujus margine ſcriptæ ſunt ab eodem Bacheto correctiones et Variæ lectiones: item ineditæ. Vide Præfat. cap. iii. ſect. ii. §. 10.
8. Exemplum Baſileenſe, cum ſcriptis in margine notis fratrum Canterorum, Caroli ac Theodori. In Bibliotheca Academiæ Trajectinæ.
9. Exemplum Aldinum cui Adrianus Turnebus et alii Varias Lectiones et Emendationes adſcripſerunt. Lectiones illas Turnebiani exempli, ut ab editis diſtinguerem, ſignificavi nota *Exempl. Turneb.* Vide Præfat. cap. iii. ſect. ii. §. 4.
10. J. J. Reiſkii Animadverſiones. Vid. Præfat. cap. iii. ſect. ii. §. 11.

3.

Verſiones, quæ quidem ad Criticum uſum aliquid materiæ præbeant, *Univerſorum Moralium* Operum, non niſi duæ exſtant: altera, Gallica, *Amyoti:* altera *Xylandri* Latina, quam correctam a nobis Editioni noſtræ adjunximus. Baſileenſis Latina, non inutilis ad Criticam, non *univerſa Moralia*, ſed 43, a diverſis reddita interpretibus continet: quos ad unumquemque librum nominabimus.

Igitur Cruſerii Latina Verſione, haud ægre carui. Noviſſima Gallica *Ricardi* nil attulit ad emendandum ſubſidii, licet editor in præfatione ſe codices ſcriptos conſuluiſſe profiteatur. Titulus hic eſt, *Oeuvres Morales de Plutarque, traduites en François, par Mr. l'Abbé Ricard. Pariſ.* 8. Prodiit quindecim voluminibus ab anno 1783 ad 1792. Notulas addidit utiles Gallicis lectoribus ad intelligentiam rerum. Vide Præfat. cap. iii. ſect. ii. §. 3, 5, 6, 7, 12.

II.

Codices ſcripti veteres, et ſingularium Libellorum editiones, quibus, præter illa modo memorata ſubſidia Editionum, Collectionum, et Verſionum, in ſingulis deinceps Libellis emendandis, et explanandis uſi ſumus. Xylandri Verſionem, ad ſingulos Libellos memorare noluimus; quippe quam in hac noſtra Editione repetivimus.

1.

Περὶ παίδων ἀγωγῆς.

De Educatione puerorum.

Falſo ut Plutarchi ſcriptum fertur.

Codices ſcripti ix a nobis primum adhibiti: *Pariſienſes* quatuor, A. C. D. E. *Britannici* duo, *Harl.* 5612, et *Colleg. Nov. Moſcuenſes* duo, *Moſc.* 1. et 2. *Florentinus* unus.

Codices a prioribus Editoribus adhibitos, in noſtros uſus convertimus quatuor: tres ex Editione Fabriciana, Auguſtanum a Schneidero collatum.

Latine verſus libellus a Guarino Veronenſi, editus cum aliis Plutarcheis libellis Latine verſis, Moguntiæ, 1520, forma duodecima: repetitus in Baſileenſi Latina *Moralium* editione 1541. Verſus etiam a F. Fabricio, de quo proxime.

Editiones peculiares ex multis, quæ ſunt, quarum numerus ſuperiori anno duabus auctus eſt novis editionibus, altera in Britannia, altera Lipſiæ facta: ex omnibus igitur peculiaribus editionibus tres idoneas reperimus quibus uteremur.

Prima *Franciſci Fabricii Marcodurani*, Antwerpiæ, 1563. 8. cum eruditis animadverſionibus, et Interpretatione Latina elegantiæ item ac diligentiæ haud vulgaris: tres habuit codices ſcriptos, et Verſionem Guarini, ex quibus ſubinde quid auxilii promit expediendis locis difficilibus: codices qui qualeſque fuerint non prodit; nec erat hic mos illius ætatis.

Altera eſt *Jac. Friderici Heuſingeri*, Lipſiæ, 1743. 8. cum doctis quidem animadverſionibus, ut adoleſcentis, nec dum viri qualem eum cognovimus ex editione illa præclara Ciceronis de Officiis. Lectiones codicum ſcriptorum non habuit niſi Lugduno-Batavorum. Igitur nobis non multum profuit.

Tertia editorem habet *Joh. G. Schneiderum*, virum doctiſſimum, in Græcis literis cum laude verſatum. Prodiit Argentorati, 1775. 8. cum animadverſionibus editoris et variis lectionibus Codicis Auguſtani: qui quis et qualis ſit non monitum reperimus.

2.

Πῶς δεῖ τὸν νέον ποιημάτων ἀκούειν.

Quomodo juvenis (id est *puer*) *poetas intelligere debeat.*

Codices scriptos habuimus ix: *Parisienses* quinque, A. C. D. E. G. *Britannicos* duos, *Harl.* 5612. et *Colleg. Nov. Moscuenses* duos, 1 et 2.

Editiones peculiares consuluimus quinque.

Prima est Parisiensis 1509. 4. repetitio ex Aldina tum recens edita: additi sunt duo alii libelli, *de Fortuna*, et *de Virtute ac Vitio*. Editor est *Hieronymus Aleander Mottensis*, Parisinis Professor Literarum: de quo videatur Bailletus (Jugemens des Savans) t. iv, et alii quos laudat Saxius noster, V. Cl. Onomast. Lit. P. iii. p. 92.

Secunda *Xylandri*, Basileæ, 1564. 8: una cum libello *de Vita Homeri*. Rarissima editio, quam sequentes Editores ne novisse quidem videntur, excepto Krebsio, qui ea ægre caruit, quod Xylander in animadversionibus editioni Græco-Latinæ adjectis legentes ad illam minorem editionem ablegaret, ut qui repetere nollet quæ illic dicta essent: Habet sane quod operæ pretium sit cognoscere: quod tamen opinione mea minus fuit.

Tertia *Hugonis Grotii* addita *Dictis Poetarum ex Stobæo*, Parisiis, 1623. 4. Scriptos codices contulit nullos Grotius: notulas addidit et breves et paucas, fere viginti, minime tamen ejus doctrina indignas.

Quarta *Jo. Potteri*, Oxoniæ, 1694. 8. qui item scriptos codices nullos adhibuit, Grotium numero animadversionum, non bonitate, superavit. Omnino per hanc editionem parum profectum ad libelli emendationem et intelligentiam. Si Notas Xylandri Grotiique, item varias lectiones ex Editione Græco-Latina repetitas excipias, exiguum erit residuum benefacti. Poterat sane Potterus rem melius agere: nisi eum aut tempus defeciisset, aut nescio quid præpediviset.

Quinta *Jo. Tobiæ Krebsii*, 8. Lipsiæ, primum 1746, tum auctior 1779. item libris scriptis nullis adhibitis, sed animadversionibus additis, nimis quidem verbosis sed tamen doctis et utilibus, quibus rerum obscuritas ex Antiquitatis scientia illustraretur, orationis difficultas ex observatione consuetudinis Plutarcheæ expediretur: dicta Poetarum aperirentur notatis, unde petita essent, locis et Auctoribus. In corruptis minus ad emendandum sagax, abutebatur interpretatione. Una in conjectura fuit præter morem suum felix p. 32, E. ἐκ λόγου pro ἑκάστου scribens: quæ nunc tamen mihi majorem speciem quam veritatem habere videtur. Numerus paginarum quibus animadversiones continentur, in altera editione dimidio est auctior, non item bonitas multo major, non quidem pro numero vel paginarum, vel triginta trium annorum in his literis actorum. Fuit sane accuratæ doctrinæ homo, et, si minus inveniendi solertia, at judicandi diligentia

valuit. Plura de hac editione diximus in Bibliotheca Critica, Vol. ii. P. i. p. 120.

Latine verſus liber, ab *Ottomaro Luſcinio* in Plutarchi *Moral.* Latine editis Baſileæ, 1541. fol. ab *Hugone Grotio* ſimul cum Græco exemplo editus, vide modo dicta.

3.

Περὶ τοῦ ἀκούειν· ſeu veriore inſcriptione ſervata in Catalogo Lampriæ, non ſolum vulgati exempli, ſed ſcripti, ejuſque egregii ad cognitionem librorum Plutarcheorum, cujus apographum mihi impertitus eſt Jac. Morellius, vir humaniſſimus idemque eruditiſſimus, Bibliothecæ Veneti S. Marci Cuſtos: veriore igitur hac inſcriptione,

Περὶ τῦ ἀκούειν τῶν φιλοσόφων.

Quomodo audiendi ſunt Philoſophi.

Codicibus ſcriptis uſi ſumus vii: *Pariſienſibus* tribus, A. C. D. *Lugduno-Batavo, Voſſ. Veneto,* Num. 250. *Britannicis* duobus, *Colleg. Nov.* et *Harl.* 5612.

Editio peculiaris una mihi innotuit ea quæ eſt in Eclogis a Breitingero editis Turici, 8. ad criticam rationem nobis utilis, nulla.

Latine redditus ab *Ottomaro Luſcinio,* in Plutarchi *Moral.* Latine editis Baſileæ, 1541. fol. *de auditoris officio.*

4.

Πῶς ἄν τις διακρίνειε τὸν κόλακα τῦ φίλυ.

Quomodo quis Adulatorem diſtinguat ab Amico.

Codicibus ſcriptis uſi ſumus xii: *Pariſienſibus* quinque, A. C. D. E. F. *Moſcuenſibus* duobus. *Britannicis* tribus, *Harl.* 1. 2. id eſt 5612 et 5660. *Colleg. Nov. Veneto,* Num. 250. *Lugduno-Batavo, Voſſ.*

Verſiones peculiares ſunt *Eraſmi* Latina; Gallica, auctore *La Porte du Theil:* neutra tamen ad criticum nobis munus magnopere utilis. *Eraſmus,* ſummus cæterum vir, ac divinus pro illa ætate homo, Aldinum ſecutus eſt exemplum nec ex interiore Græcæ orationis ſcientia conjecturam factitabat. Gallicus interpres, vir elegantis doctrinæ, qui hunc et alium *De Septem Sapientum Convivio,* libellum Græce et Gallice edidit Pariſiis 8. 1772. ad hunc quidem non attulit lectiones codicum ſcriptorum.

5.

Πῶς ἄν τις αἴσθοιτο ἑαυτῦ προκόπτοντος ἐπ' ἀρετῇ.

Quomodo quis ſentiat ſe proficere in Virtute.

Codices ſcripti nobis adfuerunt ix: *Pariſienſes* tres, A. E. C. *Moſcuenſes* duo. *Venetus,* Num. 250. *Britannici* duo, *Harl.* 5612. *Collegii Novi. Florentinus.*

Latine verſus ab *Ottomaro Luſcinio,* in editione *Moralium* Latina Baſileenſi, 1541.

6.

Πῶς ἄν τις ὑπ' ἐχθρῶν ὠφελοῖτο.

Quomodo quis utilitatem capiat ex Inimicis.

Codices ſcriptos habuimus viii: *Pariſienſes* quinque A. B. C. E. F. *Moſcuenſes* duos. *Britannicum* unum, *Harl.* 5612.

Animadverſiones in hunc libellum quædam proditæ ſunt in Hiſtor. Acad. Pariſ. Inſcriptionum, t. xiv. p. 73 et ſequ. haud illæ indoctæ, nobis tamen ad corrigendi ſubſidium nullius momenti; quippe qui codicem ſcriptum Pariſienſem, unde aliquot meliores lectiones proferuntur, ipſi excuſſimus.

Latinus *Eraſmi*, in Editt. *Moralium* Latinis Baſileenſi et Stephaniana: *Jani Pannonii* in Editione Operum ejus Trajecti ad Rhen. ap. Barthol. Wild. 1784.

7.

Περὶ πολυφιλίας,

De Multitudine Amicorum.

Codices ſcriptos habuimus viii: *Pariſienſes* quatuor, A. C. D. E. *Moſcuenſes* duos. *Britannicos* duos, *Collegii Novi*, et *Harl.* 5612.

Latine verſus liber ab *Ottomaro Luſcinio* in editione Latina Baſileenſi: et ab H. Stephano in appendice Tomi tertii editionis ab ipſo factæ.

8.

Περὶ τύχης.

De Fortuna.

Codices ſcriptos habuimus vii: *Pariſienſes* duos, C. D. *Moſcuenſes* duos. *Britannicos* duos, *Collegii Novi*, et *Harl.* 5612. porro *Voſſianum*.

Scriptiuncula Sallierii de hoc libello exſtat in Memor. Acad. Pariſ. Inſcriptionum t. x. p. 336. de qua vide quæ diximus, Num. 14. Περὶ Δεισιδαιμονίας. Latinus, *Ottomari Luſcinii*, in editione Latina Baſileenſi.

Editio peculiaris facta eſt a *Chr. Frid. Matthæi*, una cum libello περὶ Δυσωπίας, Moſcuæ, 8. 1777. Antiquiſſima *Aleandri Mottenſis*, Pariſ. 1509. Vide quæ diximus ad Num. 1. Περὶ τοῦ Πῶς δεῖ τὸν νέον ποιημάτων ἀκούειν.

9.

Περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας.

De Virtute et Vitio.

Codicum ſcriptorum ix adhibuimus collationes: *Pariſienſium* trium, A. C. E. *Moſcuenſium* duorum. *Vindobonenſium* duorum, Num. 74 et 75. *Britannicorum* duorum, *Harl.* 5612, et *Colleg. Nov.*

Editio peculiaris, *Aleandri Mottenſis*, Pariſ. 1509. Vide quæ dicta ſunt ad Num. 1. Περὶ τοῦ Πῶς δεῖ τὸν νέον ποιημάτων ἀκούειν.

Latinus, *Ottomari Luſcinii*, in editione Latina Baſileenſi, et H. Stephani in appendice Tomi tertii editionis ab ipſo factæ.

10.

Παραμυθητικὸς πρὸς Ἀπολλώνιον.

Conſolatio ad Apollonium.

Codicum ſcriptorum x adhibuimus collationes: *Pariſienſium* ſeptem, A. B. C. D. E. N. Z. *Lugduno-Batavorum* duorum, *Voſſ.* et *Perizon. Veneti*, Num. 250.

Peculiariter editus ſeculo xvi, ſine nota loci et anni, memoratur in Catalogo Pinelliano t. i.

Latine redditus a *Stephano Nigro*, in edit. Lat. Baſileenſi.

11.

Ὑγιεινὰ παραγγέλματα.

Præcepta Sanitatis tuendæ.

Codices ſcripti a nobis adhibiti iv: *Pariſienſes* duo, A. E. *Venetus*, Num. 511. *Voſſianus*.

Latine redditus liber ab *Eraſmo*, additus eſt editionibus Baſileenſi Latinæ, et H. Stephani.

12.

Γαμικὰ παραγγέλματα.

Præcepta Conjugalia.

Codices ſcripti iii *Pariſienſes*, A. B. E.

Latine verſus a *Carolo Valgulio*, exſtat in editione Latina Baſileenſi.

13.

Ἑπτὰ σοφῶν συμπόσιον.

Septem Sapientum Convivium.

Codices ſcripti viii: *Pariſienſes* quatuor, A. B. E. G. *Britannici* duo, *Harll.* 5612, 5692. *Venetus*, Num. 248. *Voſſianus*.

Editiones Peculiares duas nacti ſumus: Recentiſſima eſt docti Galli *La Porte du Theil* qui in hoc libello contulit codices Pariſienſes a nobis quoque in reliquis libris collatos et frequenter memoratos B. E. G. Additus eſt alius libellus Plutarchi *De diſcernendo Adulatore ab Amico*: igitur plura diximus ſupra Num. 4.

Altera eſt cum Commentario *Danielis Claſenii*, Magdeburgi, 1649. 4. Qui Daniel Claſenius, an tantus fuerit vir quantus proditur ab Jo. Fabricio in Hiſt. Bibliothecæ Fabric. P. iv, p. 27, vehementer dubito: illud cognovi ex Commentario verboſo, eum fuiſſe mire ſedulum in doctrina undique corradenda: ut nullum prætermitteret locum non mactatum longa quadam diſputatione antiquaria. Quale unum exempli loco ſit; quod ubi *Thales Eumetidem ſalutans oſculatus eſſe* dicitur; Claſenius, auctorem laudans recentiorem quendam ſcriptorem, Salmuthium, complu-

ribus verbis docet, tria esse osculorum genera, *Officiosum*, *Charitativum*, *Luxuriosum*. Ex ungue leonem!

Latine redditus liber ab *A. Turnebo*, exstat in ejus Opp. t. ii. p. 152.

14.

Περὶ Δεισιδαιμονίας.

De Superstitione.

Codices scriptos habuimus x: *Parisienses* quinque, A. C. D. E. G. *Moscuenses* duos. *Venetum*, Num. 511. *Britannicos* duos, *Collegii Novi*, et *Harl.* 5612.

Sallierii notæ Histor. Acad. Paris. Inscript. tom. v. p. 160, et sequ. habent aliquam doctrinæ commendationem, emendationis nullam. Idem est negotium brevioris scriptiunculæ de Libello Περὶ Τύχης.

Latine versus a *Thoma Naogeorgo*, in editione Stephaniana Plutarchi.

Editiones peculiares duas habuimus: alteram Gallice versi libelli et notis illustrati a *Tanaquillo Fabro*, Salmurii, 8. 1666; habet quasdam correctiones e conjectura: cæterum venustum magis, quam doctum, opusculum. Altera est *Chr. Frid. Matthæi*, Moscuæ, 8. 1778, cum animadversionibus Xylandri, Reiskii, suis, variis lectionibus Editionis Græco-Latinæ, et codicum duorum Moscuensium.

15.

Ἀποφθέγματα βασιλέων καὶ στρατηγῶν.

Acute dicta Regum et Imperatorum.

Hic, et qui proxime sequuntur tres libri, videntur a posteriore quodam homine ex Plutarchi libris compilati esse.

Codices scripti nobis adfuerunt iv: *Parisiensis* unus. J. *Venetus* unus, Num. 250. *Lugduno-Batavus* unus, *Voss.* *Britannicus* unus, *Harl.* 5692.

Versiones et Editiones peculiares iii: Latina Versio *Francisci Philelphi*, anni 1472, ex officina *Vindelini*, (id est *Vindelini de Spira*, Venetiis,) forma majore, seu Folii. Item Latina *Raphaelis Regii*, cum Apophthegmatibus Laconicis eodem, et Dialogo Gryllo, *Joanne Regio* interprete, item quatuor aliis scriptis *Raphaelis Regii* de locis quibusdam Plinianis. Venetiis, 4to. opere et impensa Georgii de Rusconibus 1508. Tria hæc Plutarchea opuscula a *Regiis* versa, additis *Præceptis Reip. Gerendæ* ex *Nicolai Saguntini*, et Libello *de Liberis Educandis* ex *Guarini* interpretatione, repetita sunt Moguntiæ, 8vo. 1521. *Apophthegmata utraque*, a *Regio* versa, in Editione Latina Basileensi. Denuo eadem e[illegible]it forma duodecima, peculiariter cum Græca oratione *H. Stephanus* in Apophthegmatum libello, cujus hæc est inscriptio: *Apophthegmata Græca Regum et Ducum, Philosophorum item, aliorumque quorumdam ex Plutarcho et Diogene Laertio: cum Latina Interpretatione. Loci aliquot in Græco contextu emendati fuerunt; aliorum*

autem quorumdam emendationem, cum noſtris editionibus Plutarchi et Laertii atque Stobæi accipies. Anno MDLXVIII. *Excudebat Henricus Stephanus, illuſtris viri, Huldrichi Fuggeri typographus.* Editio noviſſima *Stephani Pembertoni* Oxonii, forma octava, anno 1768. cum ipſius Animadverſionibus et Collatione codicis Bodleiani, qui non niſi Romanorum Dicta habet. Nam editio *Mich. Mattairii*, 4. Londini, 1741, externum habet cultum; internam dotem doctrinæ exiguam, emendationis ex ſcriptis codicibus aut conjectura, nullam. His adjungendum *Eraſmi* opus *Apophthegmatum*, quibus fere Plutarchea continentur.

16.

Ἀποφθέγματα Λακωνικά.

Acute Dicta Laconica.

Codices ſcripti v: *Pariſienſes* duo, J. H, et paucis locis inſpectus tertius in hoc libello, E. *Venetus* unus, Num. 250. *Britannicus* unus, *Harl.* 5692. *Lugduno-Batavus*, *Voſſ.*

Latinæ Verſiones eædem quæ Antecedentis libri, *Fr. Philelphi* et *Raphaelis Regii.* Editio item Græca *Stephani.* Porro *Mich. Mattairii*, 4to. Londini, 1741, de qua modo diximus. Recentiſſima, *Theoph. Erdm. Gierigii*, forma octava, anno 1779. *Apophthegmata Laconica* non niſi ad tironum captum faciliora ſunt ſelecta: at *Inſtituta* integre reddita. Eſt ſane in Editore probanda doctrinæ elegantia: et ita judicavimus olim in Bibliotheca Crit. Vol. ii. part. i. p. 122.

17.

Τὰ παλαιὰ τῶν Λακεδαιμονίων ἐπιτηδεύματα.

Vetera Lacedæmoniorum Inſtituta.

Codices ſcripti v: *Pariſienſes* duo. E. J. *Venetus*, 250, unus. *Lugduno-Batavus* unus, *Voſſ. Britannicus* unus, *Harl.* 5692.

Editio peculiaris modo memorata.

Latine redditus ab *H. Stephano*, in ejus editione Plutarchi. Nam *Fr. Philelphi* et *Raph. Regii* Verſiones, hunc etiam continent libellum.

Græce et Latine exſtat in editionibus Apophthegmatum *H. Stephani* et *Mich. Mattairii.*

18.

Λακαινῶν Ἀποφθέγματα.

Lacænarum Acute Dicta.

Codices ſcripti iii: *Venetus*, 250, *Lugduno-Batavus*, *Voſſ. Britannicus* item unus, *Harl.* 5692.

Latine verſus a *Fr. Philelpho:* tum a *Raph. Regio:* porro ex interpretatione *H. Stephani*, in ejus editione Plutarchi.

Græce et Latine item in editionibus Apophthegmatum memoratis *H. Stephani* et *Mich. Mattairii.*

19.

Γυναικῶν ἀρεταί.

Mulierum Fortia Facta.

Codices ſcripti ii: *Pariſienſis*, E; et *Venetus*, 248. Codicis item vicem ſupplet *Polyænus*.

Latina interpretatio *Alamanni Ranutini*, in editione Latina Baſileenſi. [antea prodiit ſeparatim *Brixiæ*, 4. 1485.]

20.

Κεφαλαίων Καταγραφή. Ῥωμαϊκά.

Quæſtiones Romanæ.

Codices ſcripti iv: *Pariſienſes* duo, E. H. *Venetus* unus, 248; et *Lugduno-Batavus*, *Voſſ.*

Editio peculiaris Boxhornii, forma quarta, Lugduni-Bat. anno 1637: minime illa ad emendationem fructuoſa.

Latina interpretatio *Petri Lucenſis* in editione Latina Baſileenſi.

21.

Κεφαλαίων Καταγραφή. Ἑλληνικά.

Quæſtiones Græcæ.

Codices ſcripti iv: modo memorati.

22.

Περὶ Παραλλήλων Ἑλληνικῶν καὶ Ῥωμαϊκῶν.

Gemina Græcorum Romanorumque facta.

Libellus mendaciſſimus et ineptiſſimus, ab imperitis librariis, *parallelorum* nomine deceptis, inter Plutarcheos libros relatus.

Codices ſcripti iii: unus *Voſſ.* unus *Pariſienſis*, E. unus *Britannicus*, *Harl.* 5692.

Latine verſus liber a *Guarino Veronenſi*, exſtat in editione Latina Baſileenſi.

23.

Περὶ τῆς Ῥωμαίων τύχης.

De Romanorum Fortuna.

Codices ſcripti iv: duo *Pariſienſes*, B. E. unus *Lugd. Batavus*, *Voſſ.* *Britannicus* unus, *Harl.* 5612.

Latine, ex interpretatione *Gulielmi Budæi*, in editionibus Latinis Baſileenſi et Stephaniana.

24.

Περὶ τῆς Ἀλεξάνδρου Τύχης ἢ Ἀρετῆς.

Λόγος Α.

De Alexandri Fortuna vel Virtute.

Liber primus.

Codices ſcripti vi: tres *Pariſienſes*, E. F. G. unus *Voſſianus*; et item unus *Gronovianus*. *Britannicus* unus, *Harl.* 5612.

Latine, ex interpretatione *Gulielmi Budæi*, in editionibus Latinis Baſileenſi et Stephaniana.

25.

Περὶ τῆς Ἀλεξάνδρου Τύχης ἢ Ἀρετῆς.
Λόγος Β.

De Alexandri Fortuna vel Virtute.
Liber ſecundus.

Codices ſcripti vi, iidem modo memorati.
Latina interpretatio eadem, iiſdem in editionibus.

26.

Πότερον Ἀθηναῖοι καὶ πόλεμον, ἢ καὶ σοφίαν ἐνδοξότεροι.

Bellone an Doctrina clariores ſint Athenienſes?

Codices ſcripti iii : *Pariſienſes* duo, E. G. unus in Collatione Gronoviana, *Gron.*

27.

Περὶ Ἴσιδος καὶ Ὀσίριδος.

De Iſide et Oſiride.

Codices ſcripti iv : *Pariſienſes* duo, A. E. unus *Venetus*, 250. *Florentinus* unus in Collatione Gronoviana.
Editio peculiaris *Sam. Squirii* facta Cantabrigiæ, forma octava, anno 1744. nullo quidem ſcripto codice adhibito, ſed commendanda egregiis virorum doctorum correctionibus, maxime R. Bentleii et Jer. Marklandi.

28.

Περὶ τοῦ EI ἐν Δελφοῖς.

De Inſcriptione Delphica EI.

Codices ſcripti iv : *Pariſienſes* tres, A. B. D. *Venetus* unus, 250.
Latina interpretatio et Annotationes *Joachimi Camerarii*, una cum Libro *De Oraculorum Defectu* ex *Adriani Turnebi* editione repetito. Lipſiæ, 8. anno 1576. Titulus hic eſt : *De Natura et Effectionibus Dæmonum, libelli duo Plutarchi Chæronenſis. Cum explicationibus et proœmio Joachimi Camerarii. Quibus et eruditæ et raræ et jucundæ et non inutiles rerum mirabilium et ſingularium expoſitiones continentur.*

29.

Περὶ τοῦ μὴ χρᾶν ἔμμετρα νῦν τὴν Πυθίαν.

Quare Pythia deſierit carmine oracula reddere.

Codices ſcripti ii : *Pariſienſes*, B. E.

30.

Περὶ τῶν ἐκλελοιπότων Χρηστηρίων.

De Oraculorum defectu.

Codices ſcripti vii : *Pariſienſes* quatuor, A. B. D. F. *Veneti* duo, 240, 250. *Britannicus* unus, *Colleg. Nov.*

Latina Verſio peculiaris *Adriani Turnebi* cum eruditis ejuſdem animadverſionibus. Eadem repetita et quibuſdam animadverſionibus aucta a *Joachimo Camerario*, Lipſiæ, 1756. Vide ſupra Num. 28.

31.

Ὅτι διδακτὸν ἡ Ἀρετή.

Virtutem doceri poſſe.

Codices ſcripti iii : *Pariſienſes* duo, B. E. *Venetus* unus, 248.
Latinæ interpretationes, *Ottomari Luſcinii*, et *Henrici Stephani.*

32.

Περὶ τῆς Ἠθικῆς Ἀρετῆς.

De Virtute Morali.

Codices ſcripti vi : *Pariſienſes* duo, B. E. *Britannicus* unus, *Harl.* 5692. *Veneti* tres, 1, 2, 3, id eſt, 250, 248, 511.
Peculiaris editio forma octava, ſine anni locique nota, cum Latina Interpretatione et Explicatione *Joachimi Camerarii.* Porro Latina interpretatio *Caroli Valgulii* in editione Latina Baſileenſi.

33.

Περὶ Ἀοργησίας.

De Ira Cohibenda.

Codices ſcripti viii : *Pariſienſes* tres, A. C. D. *Moſcuenſes* duo. *Britannici* duo, *Harl.* 5612, et *Colleg. Nov. Lugduno-Batavus* unus, *Voſſ.*
Peculiaris editio, cum libello Plutarchi *de Curioſitate*, Græce et Latine facta ab *Eraſmo*, forma octava, Baſileæ apud Frobenium, anno 1525. Eadem interpretatio in editionibus Latinis Baſileenſi et Stephaniana.

34.

Περὶ Εὐθυμίας.

De Animi Tranquillitate.

Codices ſcripti viii : iidem, qui in ſuperiore proximo libro.
Latine redditus exſtat a *Gulielmo Budæo*, in editionibus Latinis Baſileenſi et Stephaniana.

35.

Περὶ Φιλαδελφίας.

De Amore Fraterno.

Codices ſcripti vii : *Pariſienſes* tres, A. C. D. *Moſcuenſes* duo. *Britannici* duo, *Colleg. Nov.* et *Harl.* 5612.
Latine, *Thoma Naogeorgo* interprete, in editione Stephaniana.

36.

Περὶ τῆς εἰς τὰ ἔκγονα Φιλοστοργίας.

De Amore Prolis.

Codices ſcripti v : *Pariſienſes*, A. B. C. E. *Britannicus* unus, *Harl.* 5692.
Latine, *Gyberto Longolio* interprete, in editione Stephaniana.

37.

Εἰ αὐτάρκης ἡ κακία πρὸς κακοδαιμονίαν.
An Vitioſitas ad infelicitatem ſufficiat.

Codices ſcripti ii : *Britannicus* unus, *Harl.* 5692. *Venetus* unus, Num. 248.
Latine, interprete *Ottomaro Luſcinio*, in editionibus Latinis Baſileenſi et Stephaniana.

38.

Πότερον τὰ τῆς Ψυχῆς, ἢ τὰ τοῦ Σώματος πάθη χείρονα;
Animine an Corporis affectiones ſint pejores?

Codices ſcripti vi : *Pariſienſes* duo, C. D. *Moſcuenſes* duo. *Britannici* duo, *Colleg. Nov.* et *Harl.* 5612.
Latine, interprete *Eraſmo*, ibidem ; et peculiariter 4. apud Guil. Morelium, Pariſiis, 1551.

39.

Περὶ Ἀδολεσχίας.
De Garrulitate.

Codices ſcripti vii : *Pariſienſes* tres, A. C. D. *Moſcuenſes* duo. *Britannici* duo, *Colleg. Nov.* et *Harl.* 5612.
Latine, interprete *Thoma Naogeorgo*, in editione Stephani.

40.

Περὶ Πολυπραγμοσύνης.
De Curioſitate.

Codices ſcripti ix : *Pariſienſes* tres, A. C. D. *Moſcuenſes* duo. *Britannici* tres, *Colleg. Nov.* et duo *Harl.* 5612, 5660. *Lugduno-Batavus* unus, *Voſſ.*
Editio peculiaris *Eraſmi*, de qua diximus ſupra, 33. Περὶ Ἀοργησίας.
Latine redditus liber a *Jano Pannonio* in Edit. Operum ejus. Vide ſupra, Num. 6. Πῶς ἄν τις ὑπ' ἐχθρῶν ὠφελοῖτο.

41.

Περὶ Φιλοπλουτίας.
De Cupiditate Divitiarum.

Codices ſcripti ix : *Pariſienſes* quatuor, C. D. F. G. *Moſcuenſes* duo. *Britannici* duo, *Colleg. Nov.* et *Harl.* 5612. porro *Lugduno-Batavus* unus, *Voſſ.*
Latine redditus liber ab *Eraſmo*, exſtat in editionibus Latinis Baſileenſi et Stephaniana.

42.

Περὶ Δυσωπίας.
De Vitioſo Pudore.

Codices ſcripti vii: *Pariſienſes* tres, A. C. D. *Moſcuenſes* duo. *Britannici* duo, *Colleg. Nov.* et *Harl.* 5612.
Latine redditus ab *Eraſmo*, exſtat ibidem.

43.

Περὶ Φθόνου καὶ Μίσους.

De Invidia et Odio.

Codices ſcripii iv: *Pariſienſes*, A. B. C. E.
Latinæ interpretationes duæ; altera, incerto interprete, in editione Latina Baſileenſi: altera, *H. Stephano*, in ejuſdem editione Plutarchi.

44.

Περὶ τοῦ Ἑαυτὸν ἐπαινεῖν ἀνεπίφθόνως.

Quomodo quis ſeipſe ſine Invidia laudet.

Codices ſcripti viii: *Pariſienſes* tres, A. C. D. *Moſcuenſes* duo. *Britannici* duo, *Harl.* 5612, et *Colleg. Nov.* *Lugduno-Batavus* unus, *Voſſ.*
Latine redditus liber a *Thoma Naogeorgo*, exſtat in editione Stephaniana.

45.

Περὶ τῶν ὑπὸ τοῦ Θείου βραδέως τιμωρουμένων.

De Sera Numinis Vindicta.

Codices ſcripti vi: *Pariſienſis* unus, A. *Moſcuenſes* duo. *Britannici* duo, *Harl.* 5612, et *Colleg. Nov.* *Lugduno-Batavus* unus, *Voſſ.*
Latine, interprete *Bilibaldo Pirckheymero*, in editione Stephani.
Editio peculiaris noſtra, Lugd. Bat. 8. anno 1772.

46.

Περὶ Εἱμαρμένης.

De Fato.

Codex ſcriptus i: *Venetus*, 248.
Latina interpretatio *A. Turnebi*, exſtat in ejus Opp. t. ii. p. 48.

47.

Περὶ τοῦ Σωκράτους Δαιμονίου.

De Genio Socratis.

Codices ſcripti ii: *Pariſienſes*, B. E.
Latine, interprete *Thoma Naogeorgo*, in editione Stephaniana.

48.

Περὶ Φυγῆς.

De Exilio.

Codices ſcripti iii: *Pariſienſes* duo, E. G. *Venetus* unus, 248.
Latine, interprete *Angelo Barbato*, in editionibus Latinis Baſileenſi et Stephaniana.

49.

Παραμυθητικὸς πρὸς τὴν ἰδίαν γυναῖκα.

Consolatio ad Uxorem suam.

Codices scripti iv : *Parisienses* duo, A. B. *Venetus* unus, 248. *Vindobonensis* unus.

Latine, interprete *Roberto Britanno*, in editione Stephaniana.

50.

Συμποσιακῶν Προβλημάτων Βιβλία θ'.

Quæstionum Convivalium Libri IX.

Codices scripti vi : *Parisienses* duo, E. H. *Venetus* unus, 248. *Romani* duo, *Vaticanus*, Num. 139. et *Palatinus*, Num. 170. *Florentinus* in Collatione Gronoviana.

Selectæ ex hoc opere Quæstiones, Latine redditæ ab *Adriano Junio*, exstant in editione Stephani. Libri I, Quæst. 1, interprete *Ottomaro Luscinio*; et Libri VIII, Quæst. VII, interprete *Philippo Melanchthone* in editione Latina Basileensi.

51.

Ἐρωτικός.

Amatorius.

Codices scripti ii : *Parisienses*, B. E.

52.

Ἐρωτικαὶ Διηγήσεις.

Narrationes Amatoriæ.

Codices scripti iii : *Parisienses* duo, B. E. *Venetus* unus, 248.

Scriptiuncula non Plutarchum videtur habere auctorem.

Latine reddita ab *Angelo Politiano*, in editione Stephaniana.

53.

Περὶ τοῦ, Ὅτι μάλιστα τοῖς Ἡγεμόσι δεῖ τὸν Φιλόσοφον διαλέγεσθαι.

Philosophum maxime cum Principibus disserere oportere.

Codices scripti iv : *Parisienses* duo, E. G. *Britannicus* unus, *Colleg. Nov. Lugduno-Batavus* unus, *Voss.*

Latine redditus libellus ab *Erasmo*, repetitus in editionibus Latinis Basileensi et Stephaniana.

54.

Πρὸς Ἡγεμόνα ἀπαίδευτον.

Ad Principem indoctum.

Codices scripti ii : unus *Britannicus*, *Colleg. Nov.* unus *Venetus*, 250.

Item ab *Erasmo* versus, exstat ibidem.

55.

Εἰ πρεσβυτέρῳ πολιτευτέον.

An Seni reſpublica gerenda?

Codices ſcripti ii: *Pariſienſes*, B. E.

Latine verſus a *Gyberto Longolio*, exſtat in editione Stephaniana.

56.

Πολιτικὰ Παραγγέλματα.

Præcepta gerendæ reipublicæ.

Codices ſcripti v: *Pariſienſes*, A. B. E. duo *Britannici*, *Harl.* 5692, et 5578.

Liber Latine verſus a *Nicolao Saguntino*, et cum aliis Plutarcheis libellis Latine verſis, editus 1520 Moguntiæ, forma duodecima: repetitus in editionibus Latinis Baſileenſi et Stephaniana.

57.

Περὶ Μοναρχίας καὶ Δημοκρατίας καὶ Ὀλιγαρχίας.

De Singulari, Populari, et Paucorum, in rep. regimine.

Codices ſcripti iii: *Pariſienſes* duo, E. G. *Venetus* unus, 248.

Latine, *Gyberto Longolio* interprete, in editione Stephaniana.

58.

Περὶ τοῦ μὴ δεῖν δανείζεσθαι.

De Vitando ære alieno.

Codices ſcripti iv: *Pariſienſes* duo, B. E. *Venetus* unus, 511. *Britannicus* unus, *Harl.* 5612.

Latine, interprete *Bilibaldo Pirckheymero*, in editionibus Latinis Baſileenſi et Stephaniana.

59.

Βίοι τῶν δέκα Ῥητόρων.

Vitæ decem Oratorum.

Libellus a poſteriore quodam homine, partim e Plutarcheis ſcriptis, compilatus: oratio certe minime eſt Plutarchea.

Codex ſcriptus i: *Pariſienſis*, E. Codicis vicem ſupplet Photius, Cod. cclix.

Verſus libellus a *Roberto Britanno*, in editione Stephaniana.

Singulares vitæ, additæ editionibus ſingulorum Oratorum, verſæ et illuſtratæ multum habent momenti ad criticum uſum. De quo argumento dicemus in Animadverſionibus, et jam emendationes ab editoribus factas memoravimus in Annotatione Græco Plutarchi contextui ſubjecta.

60.

Ἐπιτομὴ τῆς Συγκρίσεως Ἀριστοφάνους καὶ Μενάνδρου.

Compendium Comparationis Ariſtophanis et Menandri.

Compendium perditi operis Plutarchei a poſteriore homine factum.

Videtur pars esse magnæ illius Epitomæ, nunc item perditæ, quæ nomina et argumenta omnium Plutarchi librorum complectebatur.

Codices scripti iii: duo *Parisienses*, B. E. unus *Venetus*, 248.

61.

Περὶ τῆς Ἡροδότου κακοηθείας.
De Herodoti malignitate.

Codices scripti ii: *Parisienses*, B. E.

62.

Περὶ τῶν ἀρεσκόντων τοῖς Φιλοσόφοις. Βιβ. ε'.
De Placitis Philosophorum. Libri V.

Spurium opus. Ratio et oratio prorsus abhorrent a Plutarchi ingenio: in materia si quid sit, de quo non statuo, Plutarchei; hoc e perditis quibusdam germanis libris compilatum sit.

Codices scripti vi: duo *Parisienses*, E. M. *Moscuensis* unus. *Britannicus* unus, *Colleg. Nov. Venetus* unus, 248. *Lugduno-Batavus* unus, *Voss.* Complurium instar codicum fuerunt *Galeni*, quæ fertur Historia Philosoph. *Eusebii* Præparatio Evang. *Stobæi* Eclogæ, earumque cum scriptis exemplis collationes: denique alii similes veteres libri, de quibus suo dicetur loco.

Latina interpretatio *Gulielmi Budæi*, in editionibus Latinis Basileensi et Stephaniana.

Editiones peculiares duæ: altera *Edvardi Corsini*, qui, ut in titulo exponitur, *Latine reddidit, recensuit, annotationibus, variantibus lectionibus, dissertationibus illustravit, Florentiæ*, 1750. 4. maj. Variæ lectiones non sunt nisi illæ ex Gr. Lat. editione repetitæ. Stobæum, Galenum, Eusebium diligenter contulit: ex scriptis libris aut conjecturæ sagacitate nil novæ emendationis attulit: ex rerum intelligentia nonnihil accendit lucis. Excellentis doctrinæ fuit vir Corsinus: eumque minus ex hoc quam ex aliis de Historia et Antiquitate scriptis ab eo libris censemus. In quibus ipsis adeo major futura erat præstantia, si major in ipso Corsino fuisset Grammaticæ rationis facultas, quæ plurimum valet ad sententiam Auctorum et recte percipiendam, et conjectura restituendam.

Ex illius editionis copiis, repetitis iisdem fontibus, adhibita collatione codicis Moscuensis, editionem minoris fecit molis, non sine quadam correctionis et interpretationis dote, editor Lipsiensis 1787, forma 8. minore, Chr. Dan. Beckius, vir multæ scientiæ et acerrimi studii.

63.

Αἰτίαι Φυσικαί.
Quæstiones Naturales.

Codices scripti iv: duo *Parisienses*, B. E. unus *Venetus*, 248. unus *Britannicus, Colleg. Nov.*

Latine redditus liber auctior quidem aliquot Quæstionibus quarum Græcum exemplum adhuc desideramus, a *Gyberto Longolio:* repetitus in editione Stephaniana.

64.

Περὶ τοῦ ἐμφαινομένου προσώπου τῷ κύκλῳ τῆς Σελήνης.

De Facie, quæ in orbe Lunæ apparet.

Codices scripti ii: *Parisienses*, B. E.

65.

Περὶ τοῦ πρώτου Ψυχροῦ.

De primo Frigido.

Codices scripti iii: duo *Parisienses*, B. E. unus *Venetus*, 511.

Latine *Adriano Turnebo* interprete: tres editiones, simul cum ejusdem Latina interpretatione, libri Περὶ τῆς ἐν Τιμαίῳ ψυχογονίας: Vide infra Numerum 72.

66.

Περὶ τοῦ, πότερον Ὕδωρ ἢ Πῦρ χρησιμώτερον;

Aquane an Ignis sit utilior?

Codices scripti vii: duo *Parisienses*, E. G. duo *Britannici*, *Harl.* 5612, et *Colleg. Nov. Moscuenses* duo; unus *Venetus*, 250.

67.

Πότερα τῶν Ζώων φρονιμώτερα, τὰ Χερσαῖα, ἢ τὰ Ἔνυδρα.

Terrestriane an Aquatilia Animalia sint callidiora?

Codices scripti iv: duo *Parisienses*, B. E. unus *Venetus*, 511. *Britannicus* unus, *Harl.* 5612.

Latinus, versus a *Simone Grynæo*, in editionibus Latinis Basileensi et Stephaniana.

68.

Περὶ τοῦ, τὰ Ἄλογα λόγῳ χρῆσθαι.

Bruta animalia ratione uti.

Codices scripti iv: duo *Parisienses*, B. E. unus *Venetus*, 511. *Britannicus* unus, *Harl.* 5612.

Peculiariter Latine versus a *Joanne Regio*, editus Moguntiæ, 1520. forma duodecima; cum aliis Plutarcheis opusculis. Vide supra Num. 15. *Acute Dicta Regum.*

69.

Περὶ Σαρκοφαγίας. Λόγος Α.

De Carnium Esu. Liber primus.

Codices scripti iv: duo *Parisienses*, E. G. *Venetus* unus, 250. *Britannicus* unus, *Colleg. Nov.*

Latine redditus et animadversionibus tractatus ab *H. Stephano* in appendice editionis Stephanianæ.

70.

Περὶ Σαρκοφαγίας. Λόγος Β.

De Carnium Esu. Liber secundus.

Codices scripti iidem modo memorati.
Eadem interpretatio Latina, modo memorata.

71.

Πλατωνικὰ Ζητήματα.

Platonicæ Quæstiones.

Codices scripti v: duo *Parisienses*, B. E. unus *Venetus*, 248. unus *Lugduno-Batavus*; unus, nec is integer, *Britannicus*, *Colleg. Nov.*

72.

Περὶ τῆς ἐν Τιμαίῳ Ψυχογονίας.

De Animæ Generatione in Platonis libro Timæo.

Codices scripti iv: duo *Parisienses*, B. E. *Britannicus* unus, *Oxoniensis C. C. C.* unus *Venetus* 248.

Latine. *Plutarchi Chæronei de Procreatione animi in Timæo Platonis, Adriano Turnebo interprete. Parisiis ex officina Adriani Turnebi, typographi Regis*, MDLII. *Cum privilegio Regis.* 4. Item, in Editione H. Steph. Plutarchi *Moralium* Operum Latina, Genev. 1572. 8. tom. iii. Item, in Operibus *A. Turnebi*, Argentorati. 1600. fol. t. ii.

73.

Ἐπιτομὴ τοῦ, Περὶ τῆς ἐν Τιμαίῳ Ψυχογονίας.

Compendium libri, De Animæ Generatione in Platonis libro Timæo.

Codices scripti ii: *Parisienses*, B. E.
Compendium ex eodem genere de quo diximus supra ad Num. 60.

74.

Περὶ Στωϊκῶν Ἐναντιωμάτων.

De Stoicorum Repugnantiis.

Codices scripti v: tres *Parisienses*, B. E. F. duo *Veneti*, 1. 2, id est, 248, 252.
Latine, *Jano Cornario* interprete, in editione Stephaniana.

75.

Σύνοψις τοῦ, Ὅτι παραδοξότερα οἱ Στωϊκοὶ τῶν Ποιητῶν λέγουσι.

Compendium libri, quo docetur Stoicos absurdiora dicere quam Poetas.

Compendium, forte ex eodem genere de quo diximus ad Num. 60 et 73.
Codices scripti ii: *Parisienses*, B. E.
Latine, interprete *Jano Cornario*, in editione Stephaniana.

76.

Περὶ τῶν Κοινῶν Ἐννοιῶν πρὸς τὸς Στωϊκούς.

De Communibus Notitiis, adverſus Stoicos.

Codices ſcripti ii: *Pariſienſes*, B. E.

77.

Ὅτι οὐδὲ ζῆν ἐστὶν ἡδέως κατ' Ἐπίκουρον.

Ne ſuaviter quidem vivi poſſe ſecundum Epicurum.

Codices ſcripti vi: tres *Pariſienſes*, A. B. E. duo *Veneti*, 1, ſeu 252; et 2, ſeu 248. *Britannicus* unus, *Harl.* 5692.

Latine, interprete *Arnoldo Ferrono*, in editione Stephaniana.

78.

Πρὸς Κολώτην.

Adverſus Colotem.

Codices ſcripti ii: *Pariſienſes*, B. E.

Latine, interprete *Arnoldo Ferrono*, in editione Stephaniana.

79.

Εἰ καλῶς εἴρηται τὸ Λάθε Βιώσας.

An recte dictum ſit, Latenter eſſe vivendum.

Codices ſcripti v: *Pariſienſes*, A. B. C. E. *Britannicus* unus, *Harl.* 5692.

Latine, *Eraſmo* interprete, in editionibus Latinis Baſileenſi et Stephaniana.

80.

Περὶ Μουσικῆς.

De Muſica.

Codices ſcripti iii: duo *Pariſienſes*, E. K. *Venetus*, Num. 250.

Græce cum Gallica verſione, a Buretto editus exſtat in Memoriis Academiæ Pariſienſis Inſcriptionum, t. x: eodem auctore Buretto eſt Examen hujus libri Plutarchei t. viii: porro animadverſiones t. xiii, xv, xvii, longæ illæ et multæ, utiles ad Græcæ Muſicæ cognitionem, qua Burettus præ cæteris hominibus doctis valebat; non item ex Grammatica ratione et Critico uſu fructuoſæ ad mendarum correctionem. Uſus eſt codicibus ſcriptis tribus Bibliothecæ Pariſienſis Regiæ: quorum duo videntur iidem eſſe qui E. K, quos ipſe contuli.

Latina interpretatio *Caroli Valgulii*, in editionibus Latinis Baſileenſi et Stephaniana.

81.

Λείψανα τῶν οὐ σωζομένων.

Fragmenta perditorum librorum.

82.

Περὶ Εὐγενείας.

De Nobilitate.

Dubia fide Plutarcho tribuitur.

83.

Περὶ Ποταμῶν.

De Fluminibus.

Manifeſto, ſpurius.

84.

Περὶ τῆς Ὁμήρου ποιήσεως.

De Homeri Poeſi.

Incerti auctoris; de quo unum eſt certum, eum non eſſe Plutarchum.

85.

Παροιμίαι.

Proverbia.

Spurius liber.

86.

Περὶ Μέτρων.

De Metris.

Spurius liber.

In his ſex poſtremis libris quæ nobis adfuerint ſubſidia, ſuis locis ſignificabitur.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΠΕΡΙ

ΠΑΙΔΩΝ ΑΓΩΓΗΣ.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΠΕΡΙ

ΠΑΙΔΩΝ ΑΓΩΓΗΣ.

PLUTARCHI

DE

LIBERIS EDUCANDIS.

A α'. Τί' τις ἂν ἔχοι εἰπεῖν περὶ τῆς τῶν ἐλευθέρων παίδων ἀγωγῆς, ἢ τίνι χρώμενοι, σπουδαῖοι ἂν τοῖς τρόποις ἀποβαίεν, φέρε σκεψώμεθα.

β'. Βέλτιον δ' ἴσως ἀπὸ τῆς γενέσεως ἄρξασθαι πρῶτον. Τοῖς τοίνυν ἐπιθυμοῦσιν ἐνδόξων τέκνων γενέσθαι
B πατρόσιν, ὑποθείμην ἂν ἔγωγε μὴ ταῖς τυχούσαις γυναιξὶ συνοικεῖν· λέγω δέ, οἷον ἑταίραις, ἢ παλλακαῖς.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ nolui tollere nomen in omnibus libris proditum, licet hunc libellum non a Plutarcho ſcriptum exiſtimem.

A. 3. τοῖς τρόποις] Ita libri, exceptis Rodolph. Vulcob. Mez. in quibus eſt τὰς τρόπους: utrumque bonum eſt.

I. QUID dici poſſit de ingenuorum puerorum inſtitutione, et quanam uſi ratione, bene morati evadere poſſint, age conſideremus.

II. Præſtat autem, initium ab ipſa ducere procreatione. Ergo qui parentes fieri cupiunt laude dignorum liberorum, iis ego quidem hoc conſulam, ne cum quibuſvis mulieribus rem habeant: veluti ſunt meretrices et pellices.

Τοῖς γὰρ μηλεύθεν ἢ παλεύθεν οὐκ εὖ γεγονόσιν, ἀνεξάλειπτα ἀκολουθεῖ τὰ τῆς δυσγενείας ὀνείδη παρὰ πάντα τὸν βίον, καὶ πρόχειρα τοῖς ἐλέγχειν καὶ λοιδορεῖσθαι βουλομένοις. Καὶ σοφὸς ἦν ἄρα ὁ ποιητὴς ὅς φησιν,

Ὅταν δὲ κρηπὶς μὴ καταβληθῇ γένους
Ὀρθῶς, ἀνάγκη δυστυχεῖν τὰς ἐκγόνους.

Καλὸς οὖν παῤῥησίας θησαυρὸς εὐγένεια, ἧς δὴ πλεῖον λόγον ποιητέον τοῖς νομίμως παιδοποιΐας γλιχομένοις. Καὶ μὲν δὴ καὶ τὰ φρονήματα τῶν ὑπόχαλκον καὶ χίβδηλον ἐχόντων τὸ γένος, σφάλλεσθαι καὶ ταπεινοῦσθαι πέφυκε· c
Καὶ μάλα ὀρθῶς ὁ λέγων ποιητής φησι,

Δουλοῖ γὰρ ἄνδρα, κἂν θρασύσπλαγχνός τις ᾖ,
Ὅταν συνειδῇ πατρὸς ἢ μητρὸς κακά.

Ὥσπερ ἀμέλει τοὐναντίον μεγαλαυχίας ἐμπίπλανται καὶ φρυάγματος οἱ γονέων λαμπρῶν. Διόφαντον

B. 3. οὐκ εὖ] Sententiæ congruit, ſed dubiam habet auctoritatem, quippe in ſolis eſt editis Aldino, Baſileenſi, et Xylandreo. Plane deeſt in C. Moſc. 1. et Harlei. Item deeſt, ſed poſito αἰσχίοις ad marginem, in A. E. Moſc. 2. Item deeſt, ejuſque loco in ipſo contextu eſt αἰσχίους, in Colleg. Nov. Florent. Aug. porro in Turn. Vulcob. Bong. Schott. Anon. Attamen Fabricius, qui ex Baſ. reddidit οὐκ εὖ, nil varietatis e ſuis codicibus prodidit. Αἰσχίοις, vitioſum ſine dubio, forte exſtitit ex meliori lectione perdita, αἰσχρῶς.

C. 6. Διόφαντον] Scribendum Κλεόφαντον ex hiſtoriarum conſenſu.

Quorum enim vel a patre, vel a matre aliquid vitii habent natales, eos per omnem vitam opprobria comitantur, quæ e-lui nullo modo poſſunt: ſuntque in promptu vitia iſta, ſi qui afficere eos ignominia volunt. Ac ſapienter dictum eſt a poëta,

Niſi fundamenta ſtirpis jacta ſint probe,
Miſeros neceſſe eſt eſſe deinceps poſteros.

Eſt itaque præclarus libertatis theſaurus ingenuitas, cujus plurimam ducere debent rationem qui legitimam liberorum conſectantur procreationem. Etenim eorum quibus genus eſt ſubditicium et adulterinum, animi ſpiritus ponere, humique repere ſolent. Rectiſſimeque hoc cecinit poëta,

Non duritate tanta eſt quiſquam pectoris,
Obnoxio qui non animo et ſervo fuat,
Culpæ patris matriſve conſcius ſibi.

Sicut contra arrogantia quadam animique exultatione implentur illuſtribus nati parentibus. Quo modo Cleophan-

γῦν τὸν Θεμιστοκλέες πολλάκις λέγεσι φάναι καὶ πρὸς πολλοὺς, ὡς ὅ, τι ἂν αὐτὸς βούληται, τοῦτο καὶ τῷ δήμῳ συνδοκεῖ τῷ τῶν Ἀθηναίων· ἃ μὲν γὰρ αὐτὸς ἐθέλει, καὶ ἡ
D μήτηρ· ἃ δ' ἂν ἡ μήτηρ, καὶ Θεμιστοκλῆς· ἃ δ' ἂν Θεμιστοκλῆς, καὶ πάντες Ἀθηναῖοι. Πάνυ δὲ ἄξιον ἐπαινεῖν καὶ Λακεδαιμονίους τῆς μεγαλοφροσύνης· οἵπινες Ἀρχίδαμον τὸν βασιλέα ἑαυτῶν ἐζημίωσαν χρήμασιν, ὅτι μικρὸν τὸ μέγεθος γυναῖκα γάμῳ λαβεῖν ὑπεμένευν, ὑποπτεύοντες, ὡς οὐ βασιλέας ἀλλὰ βασιλίσκους τρέφειν αὐτοῖς μέλλοι.

γ'. Ἐχόμενον δ' ἂν εἴη τούτων εἰπεῖν, ὅπερ οὐδὲ τοῖς πρὸ ἡμῶν παρεωράτο· ποῖον; ὅτι τὰς ἕνεκα παιδοποιΐας πλησιάζουσι ταῖς γυναιξίν, ἤτοι τοπαράπαν ἀοίνους, ἢ μετρίως

D. 6. βασιλίσκους] Hoc Stephanus, neſcio unde, invexit : equidem in uno inveni Anonymo, qui habet tres lectiones : βασιλιδεῖς, βασιλείδια, βασιλίσκους. Forte βασιλιδεῖς, licet a nullo codice confirmatum, verum eſt. Secundo loco eſt βασιλείδια, quod habet in ejuſdem rei narratione Plutarchus Ageſil. p. 597. A. ac Turn. Vulc. Bong. Ab hoc non niſi forma differt βασιλίδια, quod ex uno codice dedit Fabricius, eumque, ut videtur, ſecuti Junius et Xylander. Tertium eſt βασιλείδας, probatum a Turnebo De Jocis Cicer. t. i. Operum p 211, e codice ſcripto, et confirmatum a noſtris A. C. E. Turn. Vulc. Bong. et duobus Moſcuenſibus. A quo item, ſed minus illud probandum, forma differt βατιλίδας : quod eſt in Ald. Baſ. Xyl. Harlei. Colleg. Nov. Flor. Aug.

tum Themiſtoclis filium frequenter aiunt et ad multos dixiſſe, *quicquid ipſi placuiſſet, id populo quoque Athenienſi probari : ſuæ enim ſententiæ matrem ſuffragari : hujus, Themiſtoclem, cujus univerſi Athenienſes ratum habeant decretum.* Omnino autem laude digni ſunt Lacedæmonii ob altitudinem animi, qui Archidamum regem ſuum pecunia mulctaverunt, quod puſillam uxorem ducere non eſſet veritus : cauſa expoſita, quod is non reges, ſed regulos ipſis ſtatuiſſet generare.

III. His continuo ſubjungendum eſt, quod ne eos quidem fefellit qui ante nos hoc argumentum tractaverunt. Quid, inquies, illud ? Quod qui rem habere cum mulieribus prolis gignendæ cauſa volunt, aut omnino vini vacuos, aut certe mediocriter

γῶν οἰνωμένους ποιεῖσθαι προσήκει τὸ συνουσιασμόν. Φίλοινοι γὰρ καὶ μεθυστικοὶ γίνεσθαι φιλοῦσιν, ὧν ἂν τὴν ἀρχὴν καὶ ἀφορμὰς οἱ πατέρες ἐν μέθῃ ποιησάμενοι τύχωσιν. Ἡ καὶ Διογένης 2
μειρακιον ἐκφαῦλον ἰδὼν καὶ παραφρονοῦν, Νεανίσκε, ἔφησεν, ὁ πατήρ σε μεθύων ἔσπειρε. Καὶ περὶ μὲν τῆς γενέσεως τοσαῦτα εἰρήσθω μοι. Περὶ δὲ τῆς ἀγωγῆς καὶ δὴ λεκτέον.

Δ'. Καθόλου μὲν εἰπεῖν, ὁ κατὰ τοὺς τεχνῶν καὶ τοὺς ἐπιστημῶν λέγειν εἰώθαμεν, ταυτὸν καὶ κατὰ τῆς ἀρετῆς φατέον εἶναι· ὡς εἰς τὴν παντελῆ δικαιοπραγίαν τρία δεῖ συνδραμεῖν, φύσιν, καὶ λόγον, καὶ ἔθος. Καλῶ δὲ λόγον μὲν, τὴν μάθησιν· ἔθος δὲ, τὴν ἄσκησιν. Εἰσὶ δὲ αἱ μὲν ἀρχαὶ, τῆς μαθήσεως· αἱ δὲ χρήσεις, τῆς μελέτης· αἱ δ' ἀκρότητες, Β
πάντων. Καθ' ὃ δ' ἂν λειφθῇ τούτων, κατὰ τοῦτ' ἀνάγκη χωλὴν

A. 9. Εἰσὶ δὲ αἱ μὲν ἀρχαὶ, τῆς μαθήσεως] Amiotus ita vertit ac ſi legeret, Εἰσὶ δὲ αἱ μὲν ἀρχαὶ τῆς φύσεως, αἱ δὲ προκοπαὶ τῆς μαθήσεως: et ita ſententia auctoris plane poſtulare videtur. Atque ita eſt cum in Heuſingeriana editione ex priore quadam Germanica, unde illa expreſſa eſt: tum in Auguſtano codice, ut quidem teſtatur Schneiderus. Equidem religioni mihi duxi quidquam mutare atque hæc verba recipere, quum abſint ab omnibus omnino et editis et ſcriptis quibus utor libris, atque adeo a Fabricii et editione et codicibus. Vertendo tamen addidi.

B. 2. λειφθῇ τούτων] Sic dedi ex A.C. Moſc. 1. 2. Reliqui omnes λειφθῇ τι τούτων.

eo uſos, hoc convenit facere. Adſolent enim vinoſi et ebrioſi fieri quos patres ebrii ſeverunt. Quamobrem etiam Diogenes adoleſcentulum videns animo abalienatum, et mentis male compotem, dixit: *Adoleſcens, pater te ebrius genuit.* Atque hæc quidem de procreatione dicta ſunto. Nunc de inſtitutione dicendum.

IV. Ut igitur ſumma rem totam complectar, quod de artibus et ſcientiis ſolemus, idem et de virtute pronuntiandum eſt: ſcilicet ad ejus perfectionem tria oportere concurrere: naturam, rationem, et aſſuefactionem. Rationem vero intelligi volo doctrinam, et aſſuefactionis nomine exercitationem. Initia debentur naturæ, progreſſus diſciplinæ, uſus exercitationi, perfectio omnibus. Et ubi horum aliquid defecerit, ab ea parte mancam fieri vir-

γίνεσθαι τ' ἀρετήν. Ἡ μὲν γὰρ φύσις ἄνευ μαθήσεως, τυφλόν· ἡ δὲ μάθησις δίχα φύσεως, ἐλλιπές· ἡ δὲ ἄσκησις χωρὶς ἀμφοῖν, ἀτελές. Ὥσπερ δὲ ἐπὶ τ γεωργίας, πρῶτον μὲν ἀγαθὴν ὑπάρξαι δεῖ τ γῆν, εἶτα δὲ φυτευτόν, ὀπτήμονα, εἶτα τὰ σπέρματα σπουδαῖα· τ αὐτὸν τρόπον γῇ μὲν ἔοικεν ἡ φύσις, γεωργῷ δὲ ὁ παιδεύων, σπέρματι δὲ αἱ τῶν λόγων ὑποθῆκαι, ἃ τὰ ὠφελιμώτατα. Ταῦτα πάντα ἀφαιρεινάμενος εἴποιμι ὅτι συνῆλθε καὶ συνέπνευσεν
c εἰς τὰς τῶν παρ' ἅπασιν ἀνδρῶν ψυχὰς, Πυθαγόρου καὶ Σωκράτους καὶ Πλάτωνος, καὶ τῶν ὅσοι δόξης ἀειμνήστου τετυχήκασιν. Εὐδαίμων μὲν οὖν καὶ θεοφιλὴς εἴτω ταῦτα πάντα θεῶν τις ἀπέδωκεν. Εἰ δέ τις οἴεται τοὺς ἐκ εὖ πεφυκότας μαθήσεως καὶ μελέτης τυχόντας ὀρθῆς πρὸς ἀρετὴν, οὐκ ἂν τὴν τῆς φύσεως ἐλάττωσιν εἰς τοὐνδεχόμενον ἀναθραμεῖν, ἴσως πολλοῦ, μαλλον

C. 3. Εὐδαίμων μὲν οὖν καὶ θεοφιλὴς] Ita Stephanus, et ante eum Fabricius ex codicibus ſcriptis; quibuſcum conſentiunt A.C.E. Moſc. 1. Colleg. Nov. Jannot. Pol. Anonym. Nec tamen non elegans erat prior lectio, εὐδαιμον μὲν ἦν καὶ θεοφιλὲς, in qua conſentiunt Ald. Baſ. Xyl. Moſc. 2. Harlei. Flor. Aug.

C. 7. ἀναθραμεῖν] Legendum ἀναλαβεῖν· quamquam vulgatum in omnibus meis exſtat libris et ſcriptis et editis.

tutem neceſſe eſt. Natura quippe, ſine diſciplina ſi ſit, cœca eſt: diſciplina ſi a natura deſtituatur, mutila: exercitatio his duobus demptis imperfecta eſt. Et quemadmodum ad agriculturam primum requiritur bonum ſolum, deinde peritus colonus, denique ſemina proba: ita plane hic natura ſolo, agricolæ magiſter, ſemini præcepta atque inſtituta reſpondent. Hæc ego omnia contendere auſim conveniſſe atque conſpiraſſe in animas, omnium ore decantatorum hominum, Pythagoræ, Socratis, Platonis, atque aliorum qui nulla unquam oblivione defendam gloriam ſunt conſequuti. Sane beatus diiſque carus eſt ille, cui deus iſta omnia tribuit. Si tamen aliquis ita putat, eos qui ingenio non ſunt felici, ubi ad virtutem recte inſtituuntur atque exercentur, non poſſe naturæ defectum mediocriter exſarcire: ſcire debet in errore ſe non parvo, immo

δὲ ὃν παντὸς ἁμαρτάνων. Φύσεως μὲν γὰρ ἀρετὴν ἀμαθὴς ἀφθείρει ῥᾳθυμία, φαυλότητα δὲ ἐπανορθοῖ διδαχή· καὶ τὰ μὲν ῥᾴδια τοὺς ἀμελοῦντας φεύγει, τὰ δὲ χαλεπὰ ταῖς ἐπιμελείαις ἁλίσκεται. Καταμάθοις δ' ἂν ὡς ἀνύσιμον πρᾶγμα καὶ τελεσιουργὸν ἐπιμέλεια καὶ πόνος ἐστίν, ἐπὶ πολλὰ D τῶν γινομένων ἐπιβλέψας· Σταγόνες μὲν γὰρ ὕδατος, πέτρας κοιλαίνουσι· σίδηρος δὲ καὶ χαλκὸς ταῖς ἐπαφαῖς τῶν χειρῶν ἐκλιβόνται· οἱ δ' ἁρμάτειοι τροχοὶ πόνῳ καμφθέντες, οὐδ' ἂν, εἴ τι γένοιτο, τὸν ἐξ ἀρχῆς δύναιντο ἀναλαβεῖν εὐθυωρίαν· τάς γε μὴν καμπύλας τῶν ὑποκριτῶν βακτηρίας ἀπευθύνειν, ἀμήχανον· Ἀλλὰ ὃ παρὰ φύσιν τῷ πόνῳ τῶν κατὰ φύσιν ἐγένετο κρεῖττον. Καὶ μόνα ἆρα ταῦτα τὸν ἐπιμελείας ἰσχὺν ἀποδείκνυσιν; Οὐκ· ἀλλὰ καὶ μυρία ἐπὶ μυρίοις. Ἀγαθὴ γῆ πέφυκεν, ἀλλ' ἀμεληθεῖσα χερσεύεται, καὶ ὅσῳ τῇ φύσει E βελτίων ἐστὶ, τοσούτῳ μᾶλλον, ἐξαργηθεῖσα, δι' ἀμέλειαν

C. 11. ἐπιμελείαις] Hoc recte Stephanus recepit: est sane in Rodolph. nec dissentiunt A. E. Colleg. Nov. Flor. Vitiosum est ἐμμελείαις in Ald. Bas. Xyl. Fabr. C. Harl. Mosc. 1. 2. At in Aug. ἀμελείαις, superscripto ἐπιμελείαις.

D. 5. ἀναλαβεῖν] Res ipsa postulabat, quamquam unus habeat Turneb. quem sequitur Heusingerus. Vulgo, ἂν λαβεῖν.

autem summo, versari. Naturæ enim bonitatem socordia corrumpit: vitium doctrina corrigit: et quum facilia negligentes nos fugiunt, tum difficilia consequimur accuratione. Et vero multarum rerum contemplatione addiscere possis, quantum efficacitatis atque ad perficiendas res virium habeant industria atque labor. Nam et aquæ guttæ lapidem cavant: et ferrum atque æs manuum contrectatione atteruntur: et rotas curruum labore magno curvatas nullo possis conatu in pristinam restituere directionem: et incurvos histrionum lituos in rectum dirigere nulla vis queat. Adeo quod contra naturam est, labore efficitur, ipsa naturali facultate validius. Quid? an hæc duntaxat sunt, quibus diligentiæ vis demonstretur? Immo vero sunt innumera porro alia. Solum telluris bonum fuit: cultura cessante sterilescit: quantoque melius fuit natura, tanto deterius fit

ἐξαπόλλυται. Ἀλλ' ἔστί τις ἀπόκοπος καὶ τραχυτέρα τῆς δέουσης; ἀλλὰ γεωργηθεῖσα, παραυτίκα γενναίους καρποὺς ἐξήνεγκε. Ποῖα δὲ δένδρα οὐκ, ὀλιγωρηθέντα μὲν, σκολιὰ φύεται καὶ ἄκαρπα καθίσταται, τυχόντα δὲ ὀρθῆς παιδαγωγίας, ἔκαρπα γίνονται καὶ τελεσφόρα; Ποία δὲ σώματος ἰσχὺς οὐκ ἐξαμβλοῦται καὶ καταφθίνει, δι' ἀμέλειαν καὶ τρυφὴν καὶ καχεξίαν; τίς δ' ἀθενὴς φύσις οὐ τοῖς γυμνασαμένοις καὶ καταθλήσασι πλεῖστον εἰς ἰσχὺν ἐπέδωκε;
F Τίνες δ' ἵπποι καλῶς πωλοδαμνηθέντες, οὐκ εὐπειθεῖς ἐγένοντο τοῖς ἀναβάταις; τίνες δὲ ἀδάμαστοι μείναντες, οὐ σκληραύχενες καὶ θυμοειδεῖς ἀπέβησαν; Καὶ τί δεῖ τἄλλα θαυμάζειν, ὅπου γε τῶν θηρίων τῶν ἀγριωτάτων ὁρῶμεν πολλὰ καὶ πιθανευόμενα καὶ χειρήθη γιγνόμενα τοῖς πόνοις; Εὖ δὲ καὶ ὁ Θετταλὸς, ἐρωτηθεὶς τίνες εἰσὶν οἱ ἥπιώτατοι Θετταλῶν, ἔφη, Οἱ παυόμενοι πολεμεῖν. Καὶ τί δεῖ τὰ πολλὰ λέγειν; καὶ γὰρ τὸ ἦθος

F. 8. Καὶ γὰρ τὸ ἦθος ἐστι πολυχρόνιον] Corrigendum, Καὶ γὰρ τὸ ἦθος ἔθος ἐστι πολυχρόνιον, ut vidit ac vertit Xylander, a quo non longe abit Amiotus.

neglectu. Alia contra eſt tellus dura atque aſperior æquo, ea tamen culta præclaros illico edit fructus. Jam quæ arbores non tortuoſæ fiunt atque infrugiferæ, ſi per incuriam habeantur? quæ non frugiferæ fiunt atque fœcundæ, ſi recte educantur? Aut quorum corporum robur non hebeſcit atque diſſipatur ſocordia, luxu, pravaque habitudine? quis contra ita fuit invalida natura, ut non exercitationibus et certaminum ſtudio maxima fecerit ad robur incrementa? Qui vero equi a prima ætate recte domiti non parent ſeſſoribus? qui mature non ſubacti, duri cervices et feroces non extiterunt? Et quid attinet alia nos admirari, quando de beſtiis feriſſimis multas videmus cicures manſuetaſque labore redditas? Recte etiam Theſſalus ille, qui percontanti quinam Theſſalorum eſſent placidiſſimi, reſpondit, *Qui militandi finem feciſſent*. Cur vero inſiſtam pluribus recenſendis? quum mores ipſi Græco ſer-

ὄϛι πολυχρόνιον· καὶ τὰς ἠθικὰς ἀρετὰς ἐθικὰς ἄν τις 3
λέγῃ, οὐκ ἂν τι πλημμελεῖν δόξειεν. Ἐνὶ δὲ περὶ τούτων
ἔτι παραδείγματι χρησάμενος, ἀπαλλάξομαι τοῦ ἔτι περὶ
αὐτῶν μηκύνειν. Λυκοῦργος γὰρ ὁ τῶν Λακεδαιμονίων νο-
μοθέτης δύο σκύλακας τῶν αὐτῶν γονέων λαβὼν, οὐδὲν
ὁμοίως ἀλλήλοις ἤγαγεν· ἀλλὰ τὸν μὲν ἀπέφηνε λίχνον καὶ
σινάμορον, τὸν δὲ ἰχνεύειν καὶ θηρᾶν δυνατόν· εἶτα ποτὲ
τῶν Λακεδαιμονίων εἰς ταυτὸ συνειλεγμένων, Μεγάλη
τοι ῥοπὴ πρὸς ἀρετῆς κύησίν ἐστιν, ἄνδρες, ἔφησε, Λακε-
δαιμόνιοι, καὶ ἔθη, καὶ παιδεῖαι, καὶ διδασκαλίαι, καὶ βίων B
ἀγωγαὶ, καὶ ἐγὼ ταῦτα ὑμῖν αὐτίκα δὴ μάλα ποιήσω
φανερά· εἶτα παρεισαγαγὼν τοὺς δύο σκύλακας διαφῆκε,
καλαθεὶς εἰς μέσον λοπάδα καὶ λαγῶν καλοῦ τῶν σκυλάκων·
καὶ ὁ μὲν ἐπὶ τὸν λαγῶν ἤϊξεν· ὁ δὲ ἐπὶ τὴν λοπάδα ὥρμησε.
Τῶν δὲ Λακεδαιμονίων ἀδέπω συμβαλεῖν ἐχόντων τί ποτε

A. 1. ἐθικὰς] Sic recte Fabricius, ex eoque Xylander et Stephanus. At ἐσικυίας habent Ald. Baſ. E. Moſc. 1. 2. Reliqui aliter variant. Vide Animadverſiones.

A. 6. ὁμοίως] ὁμοίους Ald. Baſ. Moſc. 1. 2. Harl. Flor. Vulgatum primus recepit Fabricius e ſcriptis libris; hinc Xylander et Stephanus. Diſerte exſtat in Pol. Rodolph. Leonic. Jun. Anon. Nec reliqui libri mei diſſentiunt.

A. 9. κύησιν] Ita omnes libri. Auctor aut ſcripſit, aut ſcribere debuit, κλῆσιν.

mone nihil ſint quam aſſuefactio diuturna: neque abs re morales virtutes dixeris *virtutes conſuetudinis* eorum lingua. Uno adhuc hujus rei exemplo propoſito, deſinam pluribus verbis iſta declarare. Lycurgus, is qui Lacedæmoniis leges poſuit, duos catulos iiſdem prognatos canibus diverſa omnino ratione educavit: alterum, delicatum et luxurioſum: alterum indagini et venationibus aptum reddens. Quodam inde tempore quum frequentes in concionem Lacedæmonii coiviſſent: Magnum, inquit, Spartani, ad virtutem adipiſcendam momentum adferunt aſſuefactio, educatio, doctrina, atque vitæ ratio; quod ego vobis jam nunc commonſtrabo: ſimulque duos iſtos catulos productos, poſita in medio patina et lepore, dimiſit. Quorum quum alter illico leporem, alter patinam peteret, neque

ἀπ' τοῦτο δύναται, καὶ τί βουλόμενος τοὺς σκύλακας ἐπεδείκνυεν, Οὗτοι γονέων, ἔφη, τῶν αὐτῶν ἀμφότεροι, διαφόρως δὲ τυχόντες ἀγωγῆς, ὁ μὲν, λίχνος, ὁ δὲ θηρευτὴς ἀπέβησαν. Καὶ περὶ μὲν ἐθῶν καὶ βίων ἀρκείτω ταῦτα.

C ε'. Περὶ δὲ τροφῆς ἐχόμενον ἂν εἴη λέγειν. Δεῖ δὲ, ὡς ἐγὼ ἂν φαίην, αὐτὰς τὰς μητέρας τὰ τέκνα τρέφειν, καὶ τούτοις ὑπέχειν τοὺς μαστούς. Συμπαθέστερόν τε γὰρ θρέψουσι, καὶ διὰ πλείονος ἐπιμελείας, ὡς ἂν ἔνδοθεν, καὶ, τὸ δὴ λεγόμενον, ἐξ ὀνύχων ἀπαλῶν ἀγαπῶσαι τὰ τέκνα. Αἱ πτῆναι δὲ καὶ αἱ τροφοὶ τὴν εὔνοιαν ὑποβολιμαίαν καὶ παρέγραπτον ἔχουσιν, ἅτε μισθῷ φιλοῦσαι. Δηλοῖ δὲ καὶ ἡ φύσις ὅτι δεῖ τὰς μητέρας ἃ γεγεννήκασιν, αὐτὰς πιθεύειν καὶ τρέφειν. Διὰ γὰρ τοῦτο παντὶ ζώῳ τεκόντι τὴν ἐκ τοῦ γάλακτος τροφὴν ἐχορήγησεν. Σοφὸν δὲ ἄρα καὶ ἡ πρόνοια διττοὺς ἐνέθηκε ταῖς γυναιξὶ τοὺς μαστοὺς, ἵνα, καὶ εἰ δίδυμα τέκοιεν, D διττὰς ἔχοιεν τὰς τῆς τροφῆς πηγάς. Χωρὶς δὲ τούτων

C. 5. ἀπαλῶν] Abeſt in Ald. Baſ. A.C. Moſc. 1 2. Harl. Flor. Aug. Addidit primus Fabricius ex ſcriptis; poſt eum Xyl. Steph. Eſt item in Pol. Rodolph. Leonic. Anonym. et reliquis meis.

etiamnum aſſequerentur Lacedæmonii quid ſibi catulis illis oſtendendis vellet; *Hi*, inquit, *iiſdem nati parentibus, diverſa educati ratione, ventri alter deditus, alter venaticus evaſerunt*. Dictum ſatis de aſſuefactione et vitæ inſtitutione.

V. Conſequens eſt ut de nutritione diſſeramus. Mea quidem ſententia matres ipſæ nutrire infantes atque lactare debent. Majore enim cum affectu animi alent eos, majoreque ſtudio, utpote intime et a teneris, quod aiunt, unguiculis diligentes. Nutricum enim amor ſubditicius atque adſcitus eſt, utpote mercedis gratia diligentium. Sed et ipſa natura docet, ipſis matribus lactandam eſſe atque alendam ſuam prolem. Ideo enim cuivis animali parienti alimentum lactis ſuppeditavit. Ac plane ſapiens eſt providentia, quæ bina mulieribus ubera dedit, ut etiam ſi gemellos partu edidiſſet, uterque haberet alimenti ſui fontem. Quod etiam ſi non ita eſſet, tamen

εὐνάστεραι τοῖς τέκνοις γίγνοιντ' ἄν, καὶ φιλοπαιδότεραι. Καὶ μὰ Δί' οὐκ ἀπεικότως. Ἡ σωτηρία γὰρ ὥσπερ ὄφτόνιόν ἐστι τῆς εὐνοίας. Καὶ γὰρ τὰ θηρία τῶν σωτρεφομένων ἀποστώμενα, ταῦτα ποθοῦντα φαίνεται. Μάλιστα μὲν οὖν, ὥσπερ ἔφην, αὐταῖς στεργατέον τὰ τέκνα τρέφειν τὰς μητέρας· εἰ δ' ἄρ' ἀδυνάτως ἔχοιεν, ἢ διὰ σώματος ἀσθένειαν, γένοιτο γὰρ ἄν τι καὶ τοιοῦτον, ἢ στερὸς ἑτέρων τέκνων ἀπεύδουσαι γένεσιν· ἀλλὰ τάς γε πίτθας καὶ τροφὰς, ἃ τὰς τυχούσας, ἀλλ' ὡς ἔνι μάλιστα ἀστειαίας δοκιμαστέον ἐστί. Πρῶτον μὲν τοῖς ἤθεσιν Ἑλληνίδας. E
Ὥσπερ γὰρ τὰ μέλη τοῦ σώματος εὐθὺς ἀπὸ γενέσεως πλάττειν τῶν τέκνων ἀναγκαῖόν ἐστιν, ἵνα ταῦτα ὀρθὰ καὶ ἀστραβῆ φύηται· τὸ αὐτὸν τρόπον ἐξ ἀρχῆς τὰ τῶν τέκνων ἤθη ῥυθμίζειν στεφτέον. Εὔπλαστον γὰρ καὶ ὑγρὸν ἡ νεότης, καὶ ταῖς τύπων ψυχαῖς ἁπαλαῖς ἔπι τὰ μαθήματα ἐνίκελα·

D. 2. εὐνάστεραι] Secutus ſum Fabricium et Xylandrum. Εὔνους καὶ eſt in Ald. Baſ. Steph. Moſc. 1. Et reliqui variant. Vide Animadverſ.

E. 5. Εὔπλαστον——μαλάττεται] Exſtat hic locus ſine Plutarchi nomine in Sententiis Antonii et Maximi p. 704. Editionis Stobæi Wechel. ubi ἐντίκλεται eſt pro ἐντήκεται.

illo nutritionis modo matres liberis reddantur benevolentiores, amoremque erga eos majorem concipiant. Neque id injuria. Convictus enim, quaſi intentio quædam eſt benevolentiæ: quando etiam a beſtiis ademptas alias quarum uſæ erant convictu, deſiderari videmus. Maxime igitur, ut dixi, tentandum hoc eſt, ut ipſæ matres mammam ſuis præbeant infantibus. Sin id præſtare nequeant, vel ob corporis invaletudinem; uſu enim hoc venire poteſt: vel quia ad novæ ſobolis feſtinant procreationem; ſaltem nutrices non quaſvis, ſed quam fieri poteſt maxime probas deligamus. Primum in hac re ſit, ut moribus eæ ſint Græcanicis. Sicut enim membra corporis ſtatim ab ipſis natalibus infantis ſunt fingenda, ut recta adoleſcant, neque diſtorqueantur: ita et jam inde ab initio indoles ejus informanda eſt. Eſt namque pueritia ob mollitiem effictu facilis, animiſque puerorum teneris etiamnum facile inſidet quod diſcunt:

πᾶν δὲ τὸ σκληρὸν χαλεπῶς μαλάττεται. Καθάπερ γὰρ
F σφραγῖδες τοῖς ἁπαλοῖς ἐναπομάττονται κηροῖς· ὕτως αἱ μαθήσεις ταῖς τῶν ἔτι παιδίων ψυχαῖς ἐναπολυπαίνονται. Καί μοι δοκεῖ Πλάτων ὁ δαιμόνιος ἐμμελῶς παραινεῖν ταῖς τιτθαις μὴ τὰς τυχούσας μύθους τοῖς παιδίοις λέγειν, ἵνα μὴ τὰς τούτων ψυχὰς ἐξ ἀρχῆς, ἀνοίας καὶ διαφθορᾶς ἀναπίμπλασθαι συμβαίνῃ. Κινδυνεύει δὲ καὶ Φωκυλίδης ὁ ποιητὴς καλῶς παραινεῖν, λέγων,

Παῖδ' ἔτ' ἐόντα χρεὼν δὴ καλὰ διδασκέμεν ἔργα.

ς'. Οὐ τοίνυν οὐδὲ τοῦτο παραλιπεῖν ἄξιόν ἐστιν, ὅπ καὶ τὰ παιδία τὰ μέλλοντα τοῖς τροφίμοις ὑπηρετεῖν, καὶ τούτοις σύντροφα γίνεσθαι, ζητητέον, πρώτιστα μὲν, ὡσ-
4 δαῖα τοὺς τρόπους· ἔπι μέν τοι Ἑλληνικὰ καὶ περίτεχνα λαλεῖν, ἵνα μὴ, συναναχρωννύμενοι βαρβάροις καὶ τὸ ἦθος μοχθηροῖς, ἀποφέρωνταί τι τῶν ἐκείνων φαυλότητος. Καὶ οἱ παροιμιαζόμενοι δέ φασιν, οὐκ ἄπο τρόπου λέγοντες, ὅπι ἂν χωλῷ παρασκήσῃς, ὑποσκάζειν μαθήσῃ.

F. 3. Παῖδ' ἔτ' ἐόντα χρεὼν δὴ καλὰ διδασκέμεν ἔργα.] Ita Fabricius e ſcriptis libris: item Xyl. et Steph. At diſſentiunt Ald. Baſ. A. C. Harl. Coll. Nov Flor. Moſc. 2. qui habent Χρὴ παῖδ' ἔτ' ἐόντα καλὰ διδάσκειν ἔργα. Vid. Animadverſ.

ſicut contra quæ dura ſunt, ea difficulter molliuntur. Et ſicuti ſigilla mollibus imprimuntur ceris, ſic diſciplinæ puerilibus adhuc animis infiguntur. Ac mihi videtur divinus Plato nutricibus prudenter præcepiſſe ne quaſvis fabulas pueris recitent, ne horum animi a principio ſtoliditate ac pravitate occupentur. Sed et Phocylides videtur bene hortari hoc verſu,

Inſtituenda bonis eſt ipſa puerilia rebus.

VI. Cæterum ne id quidem prætermittendum eſt, debere pueros qui alumnis inſervient unaque alentur, quæri, primum qui bonis ſint moribus: deinde, Græco utantur, eoque plano, ſermone: ne cum barbaris et pravos habentibus mores ſi conſueſcant, inde aliquid vitii ducant. Proverbio enim ſententia minime abſurda jactatur, *Si cum claudo habites, fore ut ſubclaudicare diſcas.*

ζ'. Ἐπειδὰν τοίνυν ἡλικίαν λάβωσιν ὑπὸ παιδαγωγοῖς πλάχθαι, ἐνταῦθα δὴ πολλὴν ἐπιμέλειαν ἐκτέον ἐστὶ τῶν τοιούτων κολαζάσεως, ὡς μὴ λάθωσιν ἀνδραπόδοις ἢ βαρβάροις ἢ παλιμβόλοις τὰ τέκνα παραδόντες. Ἐπεὶ νῦν γε τὸ γινόμενον πολλοῖς, ὑπερκαταγέλαστόν ἐστι. Τῶν γὰρ δούλων τὸ πανδαιῶν τοὺς μὲν, γεωργοὺς ἀποδεικνύουσι, τοὺς δὲ, ναυκλήρους, B τοὺς δὲ, ἐμπόρους, τοὺς δὲ, οἰκονόμους, τοὺς δὲ, δανειστάς· ὅ, τι δ' ἂν εὕρωσιν ἀνδράποδον οἰνόληπτον καὶ λίχνον, πρὸς πᾶσαν πραγματείαν ἄχρηστον, τούτῳ φέροντες ὑποβάλλουσι τοὺς υἱούς. Δεῖ δὲ τὸ πανδαιῶν παιδαγωγὸν τοιοῦτον εἶναι τὴν φύσιν οἷόπερ ἦν ὁ Φοίνιξ ὁ τοῦ Ἀχιλλέως παιδαγωγός. Τὸ δὲ πάντων μέγιστον καὶ κυριώτατον τῶν εἰρημένων ἔρχομαι φράσων. Διδασκάλους γὰρ ζητητέον τοῖς τέκνοις, οἳ καὶ τοῖς βίοις εἰσὶν ἀδιάβλητοι, καὶ τοῖς τρόποις ἀνεπίληπτοι, καὶ ταῖς ἐμπειρίαις ἄριστοι. Πηγὴ γὰρ καὶ ῥίζα καλοκαγαθίας, τὸ νομίμως τυχεῖν C παιδείας. Καὶ καθάπερ τὰς χάρακας οἱ γεωργοὶ τοῖς φυτοῖς

A. 7. πολλὴν ἐπιμέλειαν] πολλὴν abeſt in Ald. Baſ. Fabric. Xyl. A.C. Moſc. 1. Habet Rodolph. Schott. Jannot. Jun. hinc etiam Stephanus, nec diſſentiunt reliqui noſtri libri.

B. 7. τῶν εἰρημένων] Abeſt ab A.C. Moſc. 1. recte, opinor.

VII. Poſtquam eo ætatis puer pervenit, ut jam ſit pædagogo ſubdendus, ibi tum adhibenda eſt accuratio, ne filios noſtros per imprudentiam mancipiis aut barbaris, aut levibus hominibus tradamus. Nam pluſquam deridiculum eſt quod hodie pleriſque uſuvenit, qui quum ſervorum quos habent probos, alios agriculturæ, alios rei nauticæ, alios mercaturæ, alios adminiſtrationi rei familiaris, alios uſuræ exercendæ adhibeant: ſi quod inveniunt mancipium ebrioſum ac gulæ deditum, et ad omnia inutile negotia, id liberis præficiunt. Oportet autem bonum pædagogum eo eſſe ingenio, quo fuit Phœnix Achillis pædagogus. Nunc, quod omnium eſt eorum, quæ hactenus dixi, maximum atque ſummum, dicere aggrediar. Quærendi ſunt liberis magiſtri quorum et inculpata ſit vita, et mores juſtæ reprehenſioni non obnoxii, et peritia minime vulgaris. Fons enim et radix virtutis atque honeſtatis vitæ, eſt inſtitutio proba. Utque agricolæ ſtirpibus pedamenta

ωδαπθέασιν, οὕπως οἱ νόμιμοι τῶν διδασκάλων, ὑπιμελεῖς τὰς ὑποθήκας καὶ ωδαινέσεις ωδαπιγνύσι τοῖς νέοις, ἵν' ὀρθὰ τούτων βλαστάνοι τὰ ἤθη. Νῦν δέ τις καὶ καταπύσειε τῶν πατέρων ἐνίων οἵ τινες ωρὶν δοκιμάσαι τὰς μέλλοντας διδάσκειν, δι' ἄγνοιαν, ἔθ' ὅτε μὲ δι' ἀπειρίαν, ἀνθρώποις ἀδοκίμοις καὶ ωδασήμοις ἐγχειρίζουσι τοὺς ωαῖδας. Καὶ οὔπω τοῦτό γε καταγέλαστον, εἰ καὶ δι' ἀπειρίαν αὐτὸ ωεφύκασιν· ἐκεῖνο δὲ ἐκ τῶν ἄτοπον· D τὸ ωοῖον; ὁπόταν γὰρ εἰδότες, αἰσθομένων μᾶλλον αὐτοῖς τοῦτο λεγόντων, τὴν ἐνίων τῶν ωαιδευτῶν ἀπειρίαν ἅμα καὶ μοχθηρίαν, ὅμως τούτοις ὑπτρέπωσι τοὺς ωαῖδας· οἱ μὲν ταῖς τῶν ἀρεσκομένων ἡδόμενοι κολακείαις· εἰσὶ δὲ οἱ δεομένοις χαριζόμενοι φίλοις· ωαγμοῖον ωοιοῦντες ὥωερ ἂν εἴ τις τῷ σώματι κάμνων, τὸν σὺν ὀπιμὴ δυνηθέντα ἂν σῶσαι, ωαλιπών, φίλῳ

D. 1. αἰσθομένων μᾶλλον] Ita Fabricius dedit, neſcio an ex ſcripto libro: item eſt in Rodolph. Leonic. Xyl. Vulcob. Heuſing. Vulgo male αἰσθομένοις μᾶλλον in Editis Ald. Baſ. et ſcriptis meis omnibus.

D. 2. ωαιδευτῶν] Sic Fabric. Rodolph. Jun. Steph. Παιδευόντων habent Ald. Baſ. Xyl. Male ωαιδευθέντων A. C. E. Moſc. 1. 2. Flor. in A. tamen ſuperſcriptum ωαιδευόντων. Ex Harl. Colleg. Nov. Aug. nil a vulgato diverſum notatum eſt.

D. 4. ἀρεσκομένων] Non male ἀρέσκευομένων habent Moſc. 2. Anonym. Turn. Vulc. Bong.

apponunt, ſic probi magiſtri accuratis præceptis admonitionibuſque adoleſcentes ſuffulciunt, ut mores recti inde germinent. Nunc vero etiam deſpuas in contumeliam quorundam parentum, qui prius quam futuri magiſtri ullum fecerint periculum, ignoratione aliquando aut etiam imperitia decepti, non ſpectatis adeoque etiam malæ notæ hominibus filios ſuos committunt. Quamquam non hoc eſt uſque adeo ridiculum, ſiquidem imprudentia peccatur. Illud extreme abſurdum, quod aliquando, monentibus qui id melius norunt, ſcientes quanta ſit magiſtrorum quorundam imperitia juxta atque pravitas, iis tamen ſuos mandant liberos, vel adulationibus blandientium victi, vel rogantibus eam amicis gratiam dantes: quod perinde eſt ac ſi quis ægrotans, omiſſo qui arte mederi poſſit medico, in amici

χαριζόμενος, τὸν δι' ἀπειρίαν ἀπολέσοντα ἂν αὐτὸν προέλοιτο· ἢ ναύκληρον τὸν ἄριστον ἀφεὶς, τὸν χείριστον δοκιμάσειε, φίλου δεηθέντος. Ζεῦ καὶ θεοὶ πάντες, πατήρ τις καλούμενος, πλείω λόγον ἢ τῶν δεομένων ποιεῖται χάριτος E ἢ τῶν τέκνων παιδεύσεως; Εἶτ' οὐκ εἰκότα πολλάκις ὁ Κράτης ἐκεῖνος ὁ παλαιὸς ἔλεγεν, ὅτι εἴπερ ἄρα δυνατὸν ἦν, ἀναβάντα ἐπὶ τὸ μετεωρότατον τῆς πόλεως ἀνακραγεῖν μέρος, Ὦ ἄνθρωποι, ποῖ φέρεσθε, οἵτινες χρημάτων μὲν κτήσεως περὶ πᾶσαν ποιεῖσθε σπουδήν, τῶν δ' υἱέων, οἷς ταῦτα καταλείψετε, μικρὰ φροντίζετε; Τούτοις δ' ἂν ἔγωγε προσθείην, ὅτι οἱ τοιοῦτοι πατέρες πολλαπλήσιον ποιοῦσιν οἷον εἴ τις τῶν μὲν ὑποδήματος φροντίζοι, τοῦ δὲ ποδὸς ὀλιγώρως ἔχοι. Πολλοὶ δὲ εἰς τοσοῦτον τῶν πατέρων προβαίνουσι φιλαργυρίας ἅμα καὶ μισολεκνίας, F ὥστ', ἵνα μὴ πλείονα μισθὸν τελέσειαν, ἀνθρώπους τοὺς μηδενὸς τιμίους αἱρεῖνται τοῖς τέκνοις παιδευτὰς, εὐωνον ἀμαθίαν

E. 3. ὁ Κράτης] Hoc omnes plane libros occupavit. Sive auctoris, sive librarii, sit error, scribendum erat Σωκράτης ex Platone Clitophonte p. 255. D. Et ita in versione certe correxi.

F. 3. παιδευτὰς] Abest ab A. C. E. Mosc. 1. 2. Harl. Colleg. Nov. Aug. Nec requiram.

gratiam deligat a quo ob ejus insciti am necetur: aut repudiato navis optimo rectore, amico petente pessimum deligat. Pro deum atque hominum fidem! patris nomen gerit aliquis, et majorem habet rationem gratiæ petentium, quam liberorum institutionis? Nonne consentaneum est quod antiquus ille Socrates dixit? se, si fieri posset, altissimo urbis loco conscenso proclamaturum, *Quo tenditis homines, qui rei faciundæ omne impenditis studium: filiis, quibus opes vestras relinquetis, curam perparvam?* Quibus ego adderem, tales patres perinde agere ac si quis de calceo sit solicitus, pedem nihil curet. Multi etiam parentes eo progrediuntur et avaritiæ et in liberos suos odii, ut, ne majorem opus habeant mercedem pendere, magistros filiis conducant homines nullius pretii: insciti am sectantes vilem. Quamobrem Aristippus patrem excordem neque in-

διάκονλες. Ἦ, ϗ Ἀρίστιππος ὐκ ἀκόμψως, ἀλλὰ ϗ πάνυ ἀστείως ἐπέσκωψε τῷ λόγῳ πατέρα νοῦ καὶ φρενῶν κενόν. Ἐρωτήσαντ@ γάρ πν@ αὐτὸν, τόσον αἰτοίη μισθὸν ὑπὲρ τῆς τοῦ τέκνου παιδεύσεως, Χιλίας ἔφη δραχμάς. Τοῦ δὲ, Ἡράκλεις, εἰπόντος, ὡς ὑπέρ πολυ τὸ αἴτημα· δύναμαι γὰρ ἀνδράποδον χιλίων πρίασθαι· Τοιγαρῦν (εἶπε) δύο ἕξεις ἀνδράποδα, ϗ τὸν υἱὸν, ϗ ὃν ἂν πρίῃ. Τὸ δ' ὅλον πῶς οὐκ ἄτοπον; τῇ μὲν δεξιᾷ σωεθίζειν τὰ παιδία δέχεσθαι τὰς τροφὰς, κἂν προτείνειε τὴν ἀριστερὰν, ὀπτιμᾶν· μηδεμίαν δὲ ποιεῖσθαι πρόνοιαν τοῦ λόγων ὀπιδεξίων ϗ νομίμων ἀκούειν. Τί ἂν συμβαίνει τοῖς θαυμαστοῖς παιδάσιν, ἐπιδὰν χαλεπῶς μὲν θρέψωσι, χαλεπῶς δὲ παιδεύσωσι τὰς υἱεῖς, ἐγὼ φράσω· ὅταν γὰρ εἰς ἄνδρας ἐγγεγραφέντες, τοῦ μὲν ὑγιαίνοντος ϗ τεταγμένε βίε καταφρονήσωσιν, ἐπὶ δὲ τὰς ἀτάκτας ϗ ἀνδραποδώδεις ἡδονὰς ἑαυτοὺς κρημνίσωσι, τότε δὴ μεταμέλονται τὴν τῶν τέκνων προδεδωκότες παιδείαν, ὅτε οὐδὲν ὄφελος, τοῖς ἐκείνων ἀδικήμασιν ἀδημονοῦντες. Οἱ μὲν γὰρ αὐτῷ,

elegante et perurbano ſermone pupugit: a quo interrogatus quantum mercedis pro filii ſui inſtitutione poſceret, Mille denarios, reſpondit, eoque exclamante, Hercules, ut valde nimium exigis, quum poſſim mille denariis ſervum emere! *Proinde*, dixit, *duo habebis mancipia*, filium ſcilicet tuum, et id quod emeris. Denique qui non ſit abſurdum, quum aſſuefacias puerum ut alimentum dextra ſumat manu, increpeſque ſi lævam porrigat; nullam interim te curam adhibere ut dextros proboſque is ſermones audiat? Jam quid eveniat mirificis iſtis parentibus, poſtquam liberos male enutritos male inſtituerunt, audi. Poſtquam hi ſumta jam virili toga, contempta ſana et compoſita vitæ ratione, in incompoſitas atque ſerviles voluptates ſeſe præcipitaverunt; tum demum eos pœnitet neglectæ liberorum inſtitutionis, mœrorem ex eorum ſceleribus percipientes, quem nulla ſubſequitur utilitas. Alii enim adulatores ſibi

κόλακας καὶ παράσιτους ἀναλαμβάνουσιν, ἀνθρώπους ἀσήμους καὶ καταράτους, καὶ τῆς νεότητος ἀνατροπέας καὶ λυμεῶνας· οἱ δὲ τινες ἑταίρας καὶ χαμαιτύπας μισθοῦνται, σοβαρὰς καὶ πολυτελεῖς· οἱ δὲ κατοφαγοῦσιν· οἱ δὲ εἰς κύβους καὶ κώμους ἐξοκέλλουσιν· ἤδη δέ τινες καὶ τῶν νεανικωτέρων ἁπλοῦν κακῶν, μοιχεύοντες καὶ κιτροφορεῖν, καὶ μίαν ἡδονὴν θανάτου τιμώμενοι. Φιλοσόφῳ δὲ ὁμιλήσαντες ἔστι, δι' ὧν ἴσοις πράγμασιν ἐοικὸς ἂν καλαπειθεῖς παρέσχοντο· καὶ τόγε c παράγγελμα ἔμαθον ἂν, ὃς φορτικῶς μὲν τοῖς ῥήμασιν, ἀληθῶς δὲ τοῖς πράγμασι παραινεῖ, καί φησιν, Εἴσελθε εἰς πορνεῖόν ποτε, ἵνα μάθῃς ὅτι τῶν ἀναξίων τὰ τίμια οὐδὲν διαφέρει.

η'. Συνελὼν τοίνυν ἐγώ φημι, καὶ χρησμολογεῖν μᾶλλον ἢ παραινεῖν δόξαιμ' ἂν εἰκότως, ὅτι ἓν πρῶτον καὶ μέσον καὶ τελευταῖον ἐν τούτοις κεφάλαιον, ἀγωγὴ σωφρονικὴ καὶ παιδεία

B. 6. μισθοῦνται] Ita Steph. Anonym. et Flor. in margine. At λυτροῦνται Ald. Baſ. Fabr. Xyl. A. C. E. Moſc. 1. 2. Flor. Harl. Colleg. Nov. Mez.

B. 9. κιτροφορεῖν] Forte legendum κοιλοφθορεῖν: quod in Aug. eſſe perhibet Schneiderus: conſentit Amiotus. Κιστοφορεῖν habent codices Fabricii, Pol. Vulc. Bong. Reliqui omnes vulgatum tenent.

adjungunt ac paraſitos, hominum genus pravum et execrabile, perniciem, peſtemque juventutis: alii ſcorta et meretrices redimunt, protervas atque ſumptuoſas: alii abliguriunt ſua: alii in aleam et comeſſationes a recto vitæ curſu efferuntur: ſunt qui et majora audent flagitia, adulterantes, orgia Bacchi obeuntes, et vel unam voluptatem morte redimendam putantes. Qui ſi verſati cum philoſopho aliquo fuiſſent, numquam profecto talibus ſeſe emancipaſſent rebus: ſed Diogenis ſaltem præceptum didiciſſent: qui verbis quidem inſolentibus, vere tamen, quod ad res ipſas attinet, monuit, *Ingredere lupanar aliquando, ut diſcas nihil res honeſtas ab indignis differre.*

VIII. Ut autem una ſumma rem totam explicem, etſi haud injuria vaticinari potius quam præcipere videri poſſum, ita pronuntio: unum eſſe primum, idemque et medium et ultimum in hac re caput, educationem rectam, legiti-

νόμιμός ἐστι· καὶ ταῦτα φορὰ καὶ συνεργὰ πρὸς ἀρετὴν καὶ πρὸς εὐδαιμονίαν φημί. Καὶ τἀ μὲν ἄλλα τῶν ἀγαθῶν,
D ἀνθρώπινα καὶ μικρά, καὶ οὐκ ἀξιοσπούδαστα καθέστηκεν. Εὐγένεια καλὸν μέν, ἀλλὰ πρόγονων ἀγαθόν. Πλοῦτος δὲ τίμιον μέν, ἀλλὰ τύχης κτῆμα· ἐπεισδὴ τῶν μὲν ἐχόντων πολλάκις ἀφείλετο, τοῖς δ' οὐκ ἐλπίσασι φέρουσα πρόσηνεγκε· καὶ ὁ πολὺς πλοῦτος, σκοπὸς ἔκκειται τοῖς βουλομένοις βαλλάντια τοξεύειν, κακούργοις οἰκέταις καὶ συκοφάνταις· καὶ τὸ μέγιστον, ὅτι καὶ τοῖς πονηροτάτοις μέτεστι. Δόξα γε μὴν, σεμνὸν, ἀλλ' ἀβέβαιον. Κάλλος δὲ πρόσκαιρον μέν, ἀλλ' ὀλιγοχρόνιον. Ὑγίεια δὲ, τίμιον μέν, ἀλλ' εὐμετάστατον. Ἰσχὺς δὲ ζηλωτὸν μέν, ἀλλὰ νόσῳ εὐάλωτον καὶ γήρᾳ. Τὸ δὲ ὅλον, εἴ τις ἐπὶ
E τῇ τοῦ σώματος ῥώμῃ φρονεῖ, μαθέτω γνώμης ἁμαρτάνων. Πόσον γάρ ἐστιν ἰσχὺς ἀνθρωπίνη τῆς τῶν ἄλ-

D. 3. τίμιον μὲν] μὲν excidit ex Stephani editione, et omiserunt item quæ eam secutæ sunt Editiones Græco-Latinæ. Omnes alii libri habent.

E. 2. Πόστον] Πόσον Ald. Bas. Mosc. 2. Harl. Coll. Nov. Vulgatum vero habent Fabricii codices duo, Xyl. Pol. Rodolph. Leonic. A. C. E. Aug. Flor. Mosc. 1.

mamque institutionem: atque hæc ego conducere et adjumentum ad parandam virtutem afferre aio, adque felicitatem. Nam reliqua quidem bona, humana sunt, exigua neque digna in quæ operam impendas. Natalium splendor res est præclara sane: sed bonum a majoribus profectum. Divitiæ in pretio sunt: verum earum possessio a fortuna pendet: quæ eas sæpenumero ademit habentibus, et non sperantibus obtulit: magnæ opes tanquam scopus propositæ sunt iis qui cupiunt loculos exhaurire, servis maleficis, ac calumniatoribus: et, quod maximum est, etiam pessimis adsunt divitiæ. Gloria res est ut venerabilis, ita instabilis. Pulchritudo optabilis, sed parvo durans tempore. Sanitas pretiosa res est, eademque facile mutatur. Robur digna res laude ac voto, sed morbo ac senectute facile aboletur. Quanquam, ut uno verbo dicam, qui ob vires corporis sibi plaudit, scire debet se a vero aberrare. Quantum enim est

λων ζώων δυνάμεως; λέγω δὲ, οἷον ἐλεφάντων καὶ ταύρων καὶ λεόντων. Παιδεία δὲ τῶν ἐν ἡμῖν μόνον ἐστὶν ἀθάνατον καὶ θεῖον. Καὶ δύο τὰ πάντων ἐπὶ κυριώτατα ἐν ἀνθρωπίνῃ φύσει, νοῦς καὶ λόγος. Καὶ ὁ μὲν νοῦς, ἀρχικός ἐστι τοῦ λόγου· ὁ δὲ λόγος, ὑπηρετικὸς τοῦ νοῦ· τύχῃ μὲν ἀνάλωτος, συκοφαντίᾳ δὲ ἀναφαίρετος, νόσῳ δ' ἀδιάφθορος, γήρᾳ δ' ἀλύμαντος. Μόνος γὰρ ὁ νοῦς παλαιούμενος ἀνηβᾷ· καὶ ὁ χρόνος τἄλλα πάντ' ἀφαιρῶν, τῷ γήρᾳ προσίθησι τὴν ἐπιστήμην. F
Ὁ γε μὴν πόλεμος χειμάρρου δίκην πάντα σύρων καὶ πάντα παραφέρων, μόνην οὐ δύναται παιδείαν παρελέσθαι. Καὶ μοι δοκεῖ Στίλπων ὁ Μεγαρεὺς φιλόσοφος ἀξιομνημόνευτον ποιῆσαι ἀπόκρισιν, ὅτε Δημήτριος ἐξανδραποδισάμενος τὴν πόλιν, εἰς ἔδαφος κατέβαλε, καὶ τὸν Στίλπωνα ἤρετο μή τι ἀπολωλεκὼς εἴη· καὶ ὃς, Οὐ δῆτα, εἶπε, πόλεμος γὰρ ἀρετὴν. Σύμφωνος δὲ 6
καὶ συνῳδὸς καὶ ἡ Σωκράτους ἀπόκρισις ταύτῃ φαίνεται.

hominis robur cum aliorum animalium robore comparatum? elephantorum, puta, taurorum, leonum. Doctrina omnium quæ nobis adsunt bonorum sola immortalis est et divina. Sunt enim duo in hominis natura principatum facile obtinentia, Mens et Ratio: quorum Mens rationi præest, Ratio Mentis imperia exequitur: hæc fortunæ non obnoxia, nulla calumnia auferri, nullo morbo corrumpi, senectute lædi non possunt. Sola enim mens senescens juvenescit, et tempus, quum adimat alia, senectuti apponit scientiam. Et bellum quum torrentis in morem omnia proruat, solam doctrinam auferre nequit. Ac mihi quidem videtur dignum memoratu Stilponis Megarensis philosophi dictum: qui a Demetrio, quo is tempore Megaram civibus in servitutem abductis solo æquavit, interrogatus ecquid suarum rerum amisisset? *Nihil se amisisse*, respondit: *neque enim bellum virtutem inter spolia capere.* Cui concinit atque consonat Socratis illud; qui Gorgiæ, nisi fallor, quæ-

Καὶ γὰρ οὗτος, ἐρωτήσαντος αὐτόν, μοι δοκεῖ, Γοργίᾳ, ἣν ἔχει περὶ τῶν μεγάλων βασιλέως ὑπόληψιν, καὶ εἰ νομίζοι τοῦτον εὐδαίμονα εἶναι, Οὐκ οἶδα, ἔφησε, ὦ Σώκρατες καὶ παιδείας ἔχῃ· ὡς τῆς εὐδαιμονίας ἐν τούτοις οὐκ ἐν τοῖς τυχηροῖς ἀγαθοῖς κειμένης.

Θ'. Ὥσπερ δὲ παραινῶ τῆς παιδείας τῶν τέκνων μηδὲν ποιεῖσθαι πρεσβύτερον, οὕτως αὖ πάλιν φημὶ δεῖν τὰ ἀληθοῦς καὶ ὑγιαινούσης ἔχεσθαι· τὰ δὲ πανηγυρικῶν
B λήρων ὡς πορρωτάτω τοὺς υἱεῖς ἀπάγειν. Τὸ γὰρ τοῖς πολλοῖς ἀρέσκειν, τοῖς σοφοῖς ὄντι ἀπαρέσκειν. Μαρτυρεῖ δέ μου τῷ λόγῳ καὶ Εὐριπίδης, λέγων,

Ἐγὼ δ' ἄκομψος εἰς ὄχλον δοῦναι λόγον,
Εἰς ἥλικας δὲ κἀλίγους σοφώτερος.
——————— Οἱ δ' ἐν σοφοῖς
Φαῦλοι, παρ' ὄχλῳ μᾶσσον ἱκανώτεροι λέγειν.

Ὁρῶ δ' ἔγωγε τοὺς τοῖς συρφετώδεσιν ὄχλοις ἀρεσκῶς καὶ κεχαρισμένως ἐπιτηδεύοντας λέγειν, καὶ τὸν βίον ὡς τὰ πολλὰ ἀσώτους καὶ φιληδόνους ἀποβαίνοντας. Καὶ νὴ Δί'

renti quid de Perſarum rege ſentiret, et an eum felicem eſſe putaret, *Ignoro*, reſpondit, *quippe neſcio virtute et doctrina præditus ſit, necne*: ſcilicet in his felicitatem, non in fortunæ obnoxiis bonis, ponebat Socrates.

IX. Porro quemadmodum hortor, ut inſtitutione liberorum nihil habeamus antiquius: ita rurſum moneo, ſectandam eſſe eam, quæ corruptelarum vacua et ſana ſit, rationem: et a nugis iſtis ad populares cœtus comparatis quam longiſſime abducendum filios. Vulgo enim placere, ſapientibus eſt diſplicere. Teſtimonium mihi perhibet Euripides his verbis,

Ad turbam ego verba facere ſum imperitior,
Inter ſed æquales paucoſque doctior.
Habet hoc locum: nam qui inter doctos nil valent,
Gratior apud vulgum eſt eorum oratio.

Equidem animadverti, qui in eo ſtudium ſuum ponunt, ut dicendo placere promiſcuis turbis hominum, eorumque reportare poſſint gratiam, eorum vitam fere intemperantem voluptatibuſque deditam exiſtere. Idque optimo, me Her-

εἰκότως. Εἰ γὰρ ἄλλοις ἡδονὰς παρασκευάζοντες, ἀμελῶσι τοῦ καλοῦ, φολῆ γ' ἂν τῆς ἰδίας ἡδυπαθείας καὶ τρυφῆς ὑπεράνω τὸ ὀρθὸν καὶ ὑγιὲς ποιήσαιντο, ἢ τὸ σῶφρον ἀντὶ C τοῦ τερπνοῦ διώξαιεν. Πρὸς δὲ τούτοις, τί ἂν τοὺς παῖδας χρηστὸν ἕτερον διδάξαιμεν, καὶ τίσιν ἀγαθοῖς ἐπιφύεσθαι προαινέσαιμεν; καλὸν γάρ τοι, μηδὲν εἰκῇ μήτε λέγειν μήτε πράττειν, καὶ κατὰ τὴν παροιμίαν, Χαλεπὰ τὰ καλά. Οἱ δ' αὐτοχέδιοι τῶν λόγων, πολλῆς εὐχερείας καὶ ῥᾳδιουργίας εἰσὶ πλήρεις, οὔθ' ὅθεν ἀρκτέον, οὔθ' ὅποι παυσέον ἐστὶν, εἰδότων. Χωρὶς δὲ τῶν ἄλλων πλημμελημάτων, οἱ ἂν ἐκ τοῦ παραχρῆμα λέγωσιν, εἰς ἀμετρίαν δεινὴν ἐμπίπτουσι καὶ πολυλογίαν. Σκέψις δ' ἐκ ἐᾷ τῆς ἐννεμένης συμμετρίας τὸν λόγον ἐμπίπλειν. Ὁ Περικλῆς, ὡς ἡμῖν ἀκοὴν παραδέδοται, καλούμενος ὑπὸ τοῦ δήμου, πολλάκις οὐκ ὑπήκουσε, λέγων D ἀσύντακτος εἶναι. Ὡσαύτως δὲ καὶ Δημοσθένης ζηλωτὴς

C. 2. Πρὸς δὲ τούτοις—προαινέσαιμεν] Ineptum ſane dictum; cujus loco habent lacunam A. C. E. Moſc. 1. 2. Harl. In margine tamen habet A.
C. 10. ἐμπίπτουσι] ἐκπίπτουσι Harl. Flor. Aug.
C. 11. ἐμπίπλειν] ἐκπίπλειν Ald. Baſ. Fabr. Xyl. Moſc. 1. 2. a correctore. Flor.

cle, jure. Qui enim ita ſe comparant, ut hominibus nullam honeſtatis rationem ducentibus voluptates concilient, multum abeſt ii ut propriæ oblectationi atque luxuriæ prælaturi ſint ea quæ recta ſunt atque ſana, aut pro dulcibus moderata ſectaturi. Ad hæc, quid pueros utile docebimus aliud, aut quibus eos bonis inhærere jubebimus? Pulchrum eſt profecto nihil fruſtra neque dici, neque agi: et in proverbio eſt, *Difficilia eſſe ea quæ ſint pulchra.* Verum orationes ex tempore habitæ, plenæ ſunt multæ levitatis atque vanitatis, neque initium habentes aptum neque finem. Ac præter alia delicta, qui ſubito dicunt, in periculoſam incidunt verborum redundantiam atque loquacitatem; quum meditatio non ſinat orationem modi proportionem fineſque tranſilire. Narrant, Periclem ſæpenumero vocatum a populo, non obtemperaſſe, quod *ſe negaret eſſe præmeditatum.* Eodemque modo Demoſthenes, æmulus ejus in

τῆς τότε πολιτείας γενόμενον, καλούντων αὐτὸν τῶν Ἀθηναίων σύμβουλον, ἀντέβαινεν, Οὐ συντέταγμαι, λέγων. Καὶ ταῦτα μὲν ἴσως ἀδέσποτός ἐστι καὶ πεπλασμένη πρόδοσις. Ἐν δὲ τῷ κατὰ Μειδίου τὴν τῆς σκέψεως ὠφέλειαν ἐναργῶς παρίστησι. Φησὶ γάρ, Ἐγὼ δ' ἐσκέφθαι μέν, ὦ Ἀθηναῖοι, φημί, καὶ ἂν ἀρνηθείην καταμεμελετηκέναι γε ὡς ἐνῆν μάλιστα ἐμοί· καὶ γὰρ ἂν ἄθλιος ἦν, εἰ τοιαῦτα παθὼν καὶ πάσχων, ἠμέλουν ὧν περὶ τούτων ἐρεῖν ἔμελλον. Τὸ δὲ δὴ παντάπασιν ἀποδοκιμάζειν τῶν λόγων τὴν ἑτοιμότητα, ἢ πάλιν αὖ ταύτην ἐκ ἐπ' ἀξίοις ἀσκεῖν, ὃ φαίην ἂν ἔγωγε· ἀλλ' ὡς ἐν φαρμάκου μοίρᾳ τοῦτο ποιητέον ἐστί. Μέχρι δὲ τῆς τῶν ἀνδρῶν ἡλικίας, ὃ δὴν ἐκ τοῦ προτυχόντος ἀξιῶ λέγειν· ἀλλ' ὅταν τις ῥιζώσῃ τὴν δύναμιν, τότε τῶν καιρῶν καλούντων, ἐλευθεριάζειν τοῖς λόγοις προσῆκον. Ὥσπερ

D. 9. καταμεμελετηκέναι] Verius in Demosthenis exstat exemplis καὶ μεμελετηκέναι.

E. 2. ἐπ' ἀξίοις] Ita recte Fabric. Mez. Reliqui male ἐπαξίοις.

republica gerenda rationis, quum ab Athenienſibus ad conſilium dandum vocaretur, recuſavit, *Se non eſſe commentatum ſecum rem*, inquiens. Verum hæc fortaſſis nullo auctore tradita ſunt, et conficta. In oratione quidem Midiana evidenter commendat meditationis utilitatem. Sunt enim hæc ejus verba. *Ego vero, Athenienſes, meditatum me eſſe profiteor : neque inficiabor, me, quantum omnino in me fuit, ſtudioſe commentatum eſſe orationem ; profecto enim miſer eſſem, ſi talia perpeſſus, atque etiamnum ſuſtinens, ea neglexiſſem quæ in mea mihi cauſa erant dicenda.* Interim ego ſubitam orationem neque improbandam prorſus, neque rebus non dignis adhibendam aio : ſed inſtar medicamenti uſurpandam cenſeo. Tamen ante virilem ætatem non permitto ad ſubito oblatum argumentum orare. Ubi facultas differendi radices egerit, tunc invitante occaſione libere uti oratione licebit. Nam, quemadmodum qui diu

δὲ οἱ πολὺν χρόνον δεδέκλες, κἂν λυθεῖεν ὕστερον, ὑπὸ τῆς πολυχρονίου τῶν δεσμῶν συνηθείας οὐ δυνάμενοι βαδίζειν, ὑποσκελίζονται· τὸν αὐτὸν τρόπον οἱ πολλῷ χρόνῳ τὸν λόγον σφίγξαντες, κἂν εἴ ποτε ἐκ τοῦ παραχρῆμα δέησειεν εἰπεῖν, ὅμως ἥττον τὸν αὐτὸν τῆς ἑρμηνείας χαρακτῆρα φυλάσσουσι. Τὸ δὲ ἔτι παῖδας ὄντας ἐᾷν ἐπὶ καιροῦ λέγειν, ματαιολογίας τῆς ἐσχάτης αἴτιον καθίσταται. Ζωγράφῳ, φασίν, ἄθλιῳ Ἀπελλῆ δείξας εἰκόνα, Ταύτῃ, ἔφη, νῦν γέγραφα· ὁ δέ, Καὶ ἢν μὴ λέγῃς, εἶπεν, οἶδα ὅτι ταχὺ γέγραπται· θαυμάζω δὲ πῶς οὐχὶ τοιαύτας πλείους γέγραφας. Ὥσπερ τοίνυν, (ἐπανάγω γὰρ πρὸς τὴν ἐξ ἀρχῆς τοῦ λόγου ὑπόθεσιν) τὴν θεατρικὴν καὶ παρατράγῳδον, οὕτως αὖ πάλιν καὶ τὴν σμικρολογίαν τῆς λέξεως καὶ ταπείνωσιν παραινῶ διβυλαβεῖσθαι καὶ φεύγειν· ἡ μὲ γὰρ ὑπέρογκος, ἀπολίτευτός ἐστιν· ἡ δὲ ἰσχνὴ, λίαν ἀνέκπληκτος. Καθάπερ δὲ τὸ σῶμα οὐ μόνον ὑγιεινὸν, ἀλλὰ καὶ εὐεκτικὸν εἶναι χρή· καὶ

fuerunt vincti, poſtmodo ſoluti, ob diuturnam vinculorum conſuetudinem ambulare neſcientes, titubant: ita qui orationem multo a tempore conſtructam tenuerunt, ii etiamſi aliquando oporteat ſubito dicere, nihilominus eandem tamen interpretationis formam retinent. Adhuc pueritiam agentibus vero permittere ut ex tempore dicant, cauſam præbet extremæ vaniloquentiæ. Ferunt, quendam ineptum pictorem Apelli imaginem oſtendiſſe, quam ſubito a ſe pictam diceret: tuliſſeque id ab Apelle reſponſi, *Video vel te tacente eam eſſe feſtinanter pictam, ſed id miror, quod non plures tales eo ſpatio temporis pinxeris.* Sicut igitur (redeo enim ad inſtitutum) orationis formam theatralem nimiſque tragicam juſſi, ita rurſum jubeo nimiam dictionis humilitatem atque exilitatem attente vitare atque fugere; nam et nimio turgens faſtu, ad res civiles inepta eſt: et nimis gracilis, nihil habet ad percellendum roboris. Ac ſicuti corpus non ſanum modo, ſed et firmo habitu eſſe: ſic

Β τ λόγον ὡσαύτως οὐκ ἄνοσον μόνον, ἀλλὰ καὶ εὔρωστον εἶναι δεῖ. Τὸ μὲν γὰρ ἀσφαλὲς ἐπαινεῖται μόνον, τὸ δὲ ὑπικίνδυνον, καὶ θαυμάζεται. Τὴν δὲ τυγχάνω γνώμην ἔχων, καὶ περὶ τῆς ἐν τῇ ψυχῇ ἀγωγῆς· ὅτε γὰρ θρασὺν, ὅτ' ἄπολμον καὶ καταπλῆγα προσῆκεν εἶναι· τὸ μὲν γὰρ εἰς ἀναισχυντίαν, τὸ δὲ εἰς ἀνδραποδωδίαν περιίσταται· ἔντεχνον δὲ, τὸ τ μέσον ἐν ἅπασι τέμνειν ἐμμελέστατα. Βούλομαι δ' ἕως ἔτι μέμνημαι τῆς παιδείας, ὡς ἔχω δόξης περὶ αὐτῆς εἰπεῖν, ὅτι τὸν μονόκωλον λόγον, πρῶτον μὲν ἀμουσίας οὐ μικρὸν ποιοῦμαι τεκμήριον· ἔπειτα δὲ καὶ πρὸς τὴν ἄσκησιν ἀφίλοτον, καὶ πάντη ἀνεπίμονον εἰ) νομίζω. Μονῳδία γὰρ ἐν ἅπασίν
C ὀλίγοις πλήσμιόν τε καὶ πρόσαντες· ἡ δὲ ποικιλία, τερπνόν· καθάπερ κἂν τοῖς ἄλλοις ἅπασιν, οἷον ἀκούσμασιν ἢ θεάμασιν.

ί. Δεῖ τοίνυν τὸν παῖδα τὸν ἐλεύθερον μηδενὸς

B. 3. Τὴν δε] Forte legendum ἦν δὴ.
B. 7. ἐμμελέσατα[Præstat ἐμμελές τε, ut habent C. E. Flor. Xyl. Leonic. Rodolph. Vulc. Bong.

oratio non morbo tantum carere, ſed et vires habere debet. Tuta enim laudantur duntaxat: quæ etiam cum periculo ſunt conjuncta, porro et in admiratione ſunt. Eademque eſt mea de animi affectione ſententia: quem neque ferocem, neque inaudacem dejectumque eſſe convenit; quorum illud impudentiæ, hoc ſervili cuidam ſubmiſſioni mentis anſam præbet; artificioſum vero eſt, atque accuratum, in omnibus medium tenere. Ac dum adhuc inſtitutionis hujus memini, volo meam de oratione ſententiam exponere. Orationem ego prorſus uniformem primum pro ſigno inelegantis ingenii non parvo reputo: deinde eam et in exercitatione ſtatuo faſtidium gignere, et plane non poſſe diu placere. Ubique enim unius tenoris cantilena ſatietatem affert, et offendit: varietas delectat et hic et ubique, ut in auditionibus et ſpectaculis.

X. Oportet ergo puerum ingenuum ne eas quidem diſ-

μηδὲ τῶν ἄλλων τῶν καλουμένων ἐγκυκλίων παιδευμάτων μήτε ἀνήκοον μήτε ἀθέατον ἔᾳν εἶναι, ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὐκ ἐπιδρομῆς μαθεῖν, ὥσπερεὶ γεύματος ἕνεκεν, (ἐν ἅπασι γὰρ τὸ τέλειον ἀδύνατον) τὴν δὲ φιλοσοφίαν σπουδεύειν. Ἔχω δὲ δι' εἰκόνος πρᾶσῆσαι τὴν ἐμαυτοῦ γνώμην· ὥσπερ γὰρ πλεῖν πλεῦσαι μὲν πολλὰς πόλεις καλὸν, ἐνοικῆσαι δὲ τῇ κρατίστῃ χρήσιμον. Ἀσείως δὲ καὶ Βίων ἔλεγεν ὁ φιλόσοφος, ὅτι ὥσπερ οἱ μνηστῆρες τῇ Πηνελόπῃ πλησιάζειν μὴ δυνάμενοι, ταῖς ταύτης ἐμίγνυντο θεραπαίναις· οὕτω καὶ οἱ φιλοσοφίας μὴ δυ- D νάμενοι καταστυχεῖν, ἐν τοῖς ἄλλοις παιδεύμασι τοῖς σθένος ἀξίοις, ἑαυτοὺς καταστελεπεύουσι. Διὸ δεῖ τῆς ἄλλης παιδείας ὥσπερ κεφάλαιον ποιεῖν τὴν φιλοσοφίαν. Περὶ μὲν γὰρ τὴν τοῦ σώματος ἐπιμέλειαν δυοῖν εὗρον ἐπιστήμας οἱ ἄνθρωποι, τήν τε ἰατρικὴν, καὶ γυμναστικήν· ὧν ἡ μὲν

C. 7. παραδρομῆς] Recepi ex A. Harl. Leonic. Rodolph. Vulc. quibuſcum conſentit Aug. quem ſecutus eſt Schneiderus: et ſic jam correxerat Stephanus Theſ. et G. t. iii. p. 1664.

C. 10. ὥσπερ γὰρ περιπλεῦσαι μὲν] Malim περιπλεῦσαι μὲν γὰρ: ita nil deſiderabitur ad ſententiæ abſolutionem.

ciplinas, quæ ob vulgarem uſum Encyclia dicuntur, inauditas incognitaſque præterire: verum eas in tranſcurſu, veluti guſtus percipiendi gratia, diſcere: (nam in omnibus perfectionem conſequi nemo poteſt) philoſophiam vero ſerio colere. Poſſum meam ſententiam hac ſimilitudine exponere; nam pulchrum quidem eſt circa multas urbes navigare, utile autem præſtantiſſimam inhabitare. Urbanum eſt etiam Bionis philoſophi dictum, qui aiebat, *ſicut Penelopes proci, quum non poſſent cum Penelopa concumbere, rem cum ejus ancillis habuiſſent: ita qui philoſophiam nequeunt apprehendere, eos in aliis nullius pretii diſciplinis ſeſe conterere.* Itaque reliquorum ſtudiorum quaſi caput et ſumma conſtituenda eſt philoſophia. Etenim ad corporis curationem duæ inventæ ſunt ab hominibus ſcientiæ, Medicina et Gymnaſtice: quarum altera ſanitatem, altera firmam ſani

τὴν ὑγείαν, ἡ δὲ τὴν εὐεξίαν ἐντίθησι. Τῶν δὲ τῆς ψυχῆς ἀῤῥωστημάτων καὶ παθῶν ἡ φιλοσοφία μόνη φάρμακόν ἐστι. Διὰ ἣν ταύτην ἔστι καὶ μὴ ταύτης γνῶναι τί τὸ καλὸν, τί τὸ αἰσχρόν· τί τὸ δίκαιον, τί τὸ ἄδικον· τί τὸ συλλήβδην αἱρετὸν, τί φευκτόν· πῶς θεοῖς,
E πῶς γονεῦσι, πῶς πρεσβυτέροις, πῶς νόμοις, πῶς ἀλλοτρίοις, πῶς ἄρχουσι, πῶς φίλοις, πῶς γυναιξὶ, πῶς τέκνοις, πῶς οἰκέταις χρηστέον ἐστὶ· ὅτι δεῖ θεοὺς μὲ σέβεσθαι, γονέας δὲ τιμᾶν, πρεσβυτέρους αἰδεῖσθαι, νόμοις πειθαρχεῖν, ἄρχουσιν ὑπείκειν, φίλους ἀγαπᾶν, πρὸς γυναῖκας σωφρονεῖν, τέκνων στοργικοὺς εἶναι, δούλους μὴ προϋβρίζειν· τὸ δὲ μέγιστον, μήτε ἐν ταῖς εὐπραγίαις πρόχαρεῖς, μήτε ἐν ταῖς συμφοραῖς πρόλυπους ὑπάρχειν, μήτε ἐν ταῖς ἡδοναῖς ἐκλύτους εἶναι, μήτε ἐν ταῖς ὀργαῖς ἐκπαθεῖς καὶ θηριώδεις. Ἅπερ
F ἐγὼ πάντων τῶν ἐκ φιλοσοφίας προσιγνομένων ἀγαθῶν

D. 11. τί φευκτόν·] Sic A. E. Harl. Mosc. 1. 2. Vulgo ἢ φευκτόν.
E. 9. ἐκλύτους] Sententiæ accommodatius est, quam ἐκδότους, quod habent plures libri, A. C. E. Mosc. 1. 2. Harl. Colleg. Nov. Flor. Aug. Anon. Tur. Vulc. Bong.

corporis constitutionem conciliet. Animi autem ægritudinibus atque motibus sola medetur philosophia. Hac duce et comite cognoscere datur quid honestum sit, quid turpe, quid justum, quid injustum, quid ad summam expetendum, quid fugiendum, quomodo nos erga deos, erga parentes, seniores, leges, alienos, magistratus, amicos, uxores, liberos, servos, gerere debeamus: scilicet ut veneremur deos, parentes honore afficiamus, seniores revereamur, legibus obtemperemus, amicos diligamus, uxores caste amemus, liberos animi interno quodam amore complectamur, servos injuriose non tractemus: et, quod summum est, neque rebus secundis efferamur gaudio, neque adversis nimio luctu dejiciamur: ac neque voluptatibus diffluamus, neque ira ad sævitiam nos abripi sinamus. Quæ ego omnium nobis a philosophia obtingentium bonorum antiquis-

πρεσβύταις κρίνω. Τὸ μὲν γὰρ εὐγενῶς εὐτυχεῖν, ἀνδρός· τὸ δ' ἀνεπιφθόνως, εὐλυίου ἀνθρώπου· τὸ δὲ τοῖς λογισμοῖς θηρεύειν τὰς ἡδονάς, σοφοῦ· τὸ δὲ ὀργῆς κρατεῖν, ἀνδρὸς οὐ τοῦ τυχόντος ἐστί. Τελείους δὲ ἀνθρώπους ἡγοῦμαι τοὺς δυναμένους τὴν πολιτικὴν δύναμιν μίξαι καὶ κεράσαι τῇ φιλοσοφίᾳ· καὶ δυοῖν ὄντοιν 8
μεγίστοιν ἀγαθοῖν ἐπιβόλους ὑπάρχειν ὑπολαμβάνω, τοῦ τε κοινωφελοῦς βίου, πολιτευομένους, τοῦ τε ἀκύμονος καὶ γαληνοῦ, μετεχομένους τῆς φιλοσοφίαν. Τριῶν γὰρ ὄντων βίων, ὧν ὁ μέν ἐστι πρακτικός, ὁ δὲ θεωρητικός, ὁ δὲ ἀπολαυστικός· ὁ μὲν ἔκλυτος καὶ δοῦλος τῶν ἡδονῶν, ζωώδης καὶ μικροπρεπής ἐστιν· ὁ δὲ θεωρητικὸς τοῦ πρακτικοῦ διαμαρτάνων, ἀνωφελής· ὁ δὲ πρακτικὸς ἀμοιρήσας φιλοσοφίας, ἄμουσος καὶ πλημμελής. Πειρατέον οὖν εἰς δύναμιν καὶ τὰ κοινὰ πράττειν, καὶ τῆς φιλοσοφίας ἀντιλαμβάνεσθαι κατὰ τὸ παρεῖκον τῶν καιρῶν. Οὕτως 8

A. 6. ἔκλυτος] Forte præstat ἔκδυτος quod est in A. C. E. Mosc. 1. 2. Harl. Colleg. Nov. Flor. Aug. Turn. Vulc. Bong.

sima judico. Fortuna enim prospera ingenue uti, viri est officium: citra invidiam, hominis moderati: ratione vincere voluptates, sapientis: iram compescere, non vulgaris viri. Perfectos autem viros ego eos censeo, qui norunt facultatem civilem permiscere et temperare cum philosophia: duoque illos summa bona existimo adipisci, ut et in republica versando communis vitæ usum augeant, et philosophiam tractando vita fruantur tranquilla ac sedata. Quum enim tria sint vivendi genera, unum in agendo, alterum in contemplando, tertium in perfruendis voluptatibus occupatum: qui tertium hoc sequitur, dissolutus et voluptatum servus, belluarum similis abjectusque est: contemplator, si actionibus abstineat, inutilis: rebus gerendis deditus, philosophiæ ignarus, rudis est et facile erat. Pro viribus igitur enitendum est, ut et publica tractemus, et quantum ratio temporis finit, philosophiæ nos demus. Sic in republica ver-

ἐπολιτεύσατο Περικλῆς, ὅτως Ἀρχύτας ὁ Ταραντῖνος, ὅτως Δίων ὁ Συρακούσιος, ὅτως Ἐπαμινώνδας ὁ Θηβαῖος· ὧν ἑκάτερος Πλάτωνος ἐγένετο συνουσιαστής. Καὶ περὶ μὲν παιδείας οὐκ οἶδ' ὅπι δεῖ πλείονα λέγοντα διατρίβειν. Πρὸς δὲ τοῖς εἰρημένοις χρήσιμον, μᾶλλον δὲ ἀναγκαῖόν ἐστι, μηδὲ τῆς τῶν παλαιῶν συγγραμμάτων κτήσεως ὀλιγώρως ἔχειν, ἀλλὰ καὶ τούτων ποιεῖσθαι συλλογὴν εἰς τὸ γεωργοῦντες· τὸν γὰρ αὐτὸν τρόπον ὄργανον τῆς παιδείας, ἡ χρῆσις τῶν βιβλίων ἐστί, καὶ ἀπὸ πηγῆς τὴν ἐπιστήμην τηρεῖν συμβέβηκεν.

c ια'. Οὐ τοίνυν ἄξιον οὐδὲ τὴν τῶν σωμάτων ἀγωνίαν παρορᾶν, ἀλλὰ πέμποντας, ἐς παιδοτρίβου τοὺς παῖδας ἱκανῶς ταῦτα διαπονεῖν, ἅμα μὲν τῆς τῶν σωμάτων εὐρυθμίας ἕνεκεν, ἅμα δὲ καὶ πρὸς ῥώμην. Καλοῦ γὰρ γήρως θεμέλιον ἐν παισὶν ἡ τῶν σωμάτων

B. 4. ἑκάτερος] Error eſt aut librarii, aut auctoris: ſcribendum erat ἄτερος, aut ſimile, quod ad ſolum referatur *Dionem*. Minus etiam verum eſt ἕκαστος in Moſc. 2. Flor. Colleg. Nov. Anonym. Turn. Vulc. Bong.

B. 5. Καὶ περὶ μὲν παιδείας—διατρίβειν] Inepta hoc loco ſententia, forte in finem hujus capitis reponenda.

B. 9. γεωργοῦντες—τηρεῖν συμβέβηκεν.] Locus eſt vitioſus, et forte mutilus: de quo plura in Animadverſionibus dicemus.

ſati ſunt Pericles, Archytas Tarentinus, Dio Syracuſanus, et Epaminondas Thebanus: de quibus poſteriores duo Platonis fuerunt familiares. Neque jam puto verboſius immorandum diſputationi de recta eruditione. Præter autem ea quæ diximus, utile eſt etiam, aut neceſſarium potius, vetuſtorum commentariorum coemptionem non negligere, ſed et iſta colligere ſecundum agriculturæ rationem: eodem modo inſtrumentum doctrinæ eſt uſus librorum, et a fontibus conſervare ſcientiam uſu venit.

XI. Verum ne corporum quidem exercitatio eſt prætermittenda, ſed mittendi in ludum ejus rei pueri, ut in eo genere quantum eſt ſatis elaborent, cum propter corporis concinnam conformationem, tum roboris gratia. Nam bonæ ſenectuti fundamentum in pueritia jacitur, firma nimi-

εὐεξία. Καθάπερ οὖν ἐν εὐδίᾳ τὰ πρὸς τὸν χειμῶνα προσκευάζειν, οὕτως ἐν νεότητι τὴν εὐταξίαν καὶ τὴν σωφροσύνην, ἐφόδιον εἰς τὸ γῆρας ἀποτίθεσθαι. Οὕτω δὲ δεῖ ταμιεύεσθαι τὸν τοῦ σώματος πόνον, ὡς μὴ καταξήρους γινομένους, πρὸς τὴν τῆς παιδείας ἐπιμέ- D λειαν ἀπαγορεύειν. Κατὰ γὰρ Πλάτωνα, ὕπνοι καὶ κόποι μαθήμασι πολέμιοι. Καὶ τί ταῦτα; ἀλλ' ὁ πάντων ἐμοὶ κυριώτατον τῶν εἰρημένων, μεύδω λέγειν. Πρὸς γὰρ τοὺς γεμπωπικοὺς ἀγῶνας τοὺς παῖδας ἀσκητέον, ἐν ἀκονισμοῖς αὐτοὺς καθιδντας, καὶ τοξείαις καὶ θήρεσι. Τὰ γὰρ τῶν ἡττωμένων ἐν ταῖς μάχαις ἀγαθὰ, τοῖς νικῶσιν ἆθλα προκεῖται· πόλεμος δὲ ἐσκιατραφημένην σωμάτων ἕξιν ὐ δέχεται· ἰσχνὸς δὲ γεμπώτης πολεμικῶν ἀγώνων ἐμὶς, ἀθλητῶν καὶ πολεμίων φάλαγγας διωθεῖ. Τί ἂν ἄν τις εἴποι; σὺ δὲ δὴ περὶ τῆς τ E

C. 9. Οὕτω δὲ δεῖ] Recepi ex A. Flor. Harl. Leonic. Rodolph. Mez. Οὕτω δεῖ est in Ald. Baſ. Xyl. C. Moſc. 1. 2. Οὕτω δὲ, ſine δεῖ, habet Steph. et reliqui.

D. 10. ἀθλητῶν καὶ πολεμίων φάλαγγας] Tranſponendum ἀθλητῶν πολεμίων καὶ φάλαγγας: quod vertendo expreſſi.

E. 1. περὶ τῆς τῶν ἐλ—] Reſtitui ex A. C. Harl. Colleg. Nov. Moſc. 1. 2. Flor. Aug. Rodolph. Anon. Mez. Vulcob. Vulgo τῆς περὶ τῶν ἐλ—.

rum corporis ad ſanitatem conſtitutio. Quemadmodum igitur tranquillo cœlo adornanda ſunt quæ adverſus tempeſtates faciunt: ita in adoleſcentia moderationem et temperantiam ad viaticum ſenectuti parandum adhiberi par eſt. Sic autem labori moderandum eſt, ne eo exſiccati ad litterarum ſtudia animum deſpondeant. Nam ut ait Plato, *Somni et defatigationes, diſciplinarum ſunt hoſtes.* Sed quorſum hæc? quin id propero dicere potius quod præcipuam dictorum jam vim continet. Exercendi ſunt adoleſcentes ad militaria opera, jaculorum et ſagittarum miſſionibus, ac venationibus. Eorum enim qui in præliis ſuccumbunt bona, præmia victoribus ſunt propoſita: bello vero corporis habitus in umbra educati non convenit: gracilis autem miles bellicis adſuetus certaminibus, athletarum hoſtium vel phalanges disjicit. Enimvero objiciat aliquis, me, qui de inge-

ἐλευθέρων παίδων ἀγωγῆς ὑποσχόμενος παραγέλματα δώσειν, ἔπειτα φαίνῃ τῆς μὲν τῶν πενήτων καὶ δημοτικῶν παραμελῶν ἀγωγῆς, μόνοις δὲ τοῖς πλουσίοις ὁμονοεῖς τὰς ὑποθήκας διδόναι. Πρὸς ὃν ὁ χαλεπὸν ἀπαντῆσαι. Ἐγὼ γὰρ μάλιστα ἂν βουλοίμην πᾶσι κοινὴ χρήσιμον εἶναι τὴν ἀγωγήν· εἰ δέ τινες ἐνδεῶς τοῖς ἰδίοις πράττοντες, ἀδυνατήσουσι τοῖς ἐμοῖς χρήσασθαι παραγγέλμασι, τὴν τύχην αἰτιάσθωσαν, ὁ τὸν ταῦτα συμβουλεύοντα. Πειρατέον μὲν οὖν εἰς δύναμιν, τὴν κρατίστην ἀγωγὴν ποιεῖσθαι τῶν παίδων, καὶ τοῖς πένησιν· εἰ δὲ μή, τῇ γε δυνατῇ
F χρηστέον. Καὶ ταῦτα μὲν δὴ τῷ λόγῳ παρεφορτισάμην, ἵν' ἐφεξῆς καὶ τἆλλα τὰ φέροντα πρὸς τὴν ὀρθὴν τῶν νέων ἀγωγὴν συνάψω.

ιβ'. Κἀκεῖνό φημι, δεῖν τοὺς παῖδας ἐπὶ τὰ καλὰ τῶν ἐπιτηδευμάτων, ἄγειν παραινέσεσι καὶ λόγοις, μὴ μὰ

E. 2. παραγγέλματα] Unice verum habet unus Harl. Reliqui conſentiunt in vulgato παραδείγματα.
E. 4. παραμελῶν] Ita omnes libri: ratio tamen poſtulat παραμελεῖν.
E. 4. ὁμονοεῖς] Vitioſum hoc, ſine dubio. Ὁμολογεῖς habent Leonic. Rodolph. Mez. Vulc. et libri a Fabricio memorati: unde forte corrigendum ὁμολόγως.

nuorum puerorum educatione præcepta daturum promiſerim, pauperum et plebeiorum præterita inſtitutione, ſolis profiteri divitibus me rationem præſcribere. Cui reſpondere non eſt difficile. Nihil enim ego mallem, quam meam doctrinam omnibus in univerſum eſſe utilem: quod ſi tamen quidam ob ſuam inopiam uti meis præceptis non poterunt, fortunam ii cúlpent, non me talia præcipientem. Verun-

tamen pro virili etiam pauperibus annitendum, ut quam optime ſuos educent liberos: ſin id non datur, ea utantur qua datur ratione. Atque hæc ego orationis curſui inſerui, ut deinceps reliqua etiam ad rectam adoleſcentum inſtitutionem conducentia attexere poſſim.

XII. Sic itaque dico, ad liberalia ſtudia adducendos eſſe pueros verbis adhortationibuſque, non mehercle verberi-

Διὰ πληγαῖς μηδ' αἰκισμοῖς. Δοκεῖ γάρ πως ταῦτα τοῖς δούλοις μᾶλλον ἢ τοῖς ἐλευθέροις πρέπειν· ἀπονάρκωσι γὰρ καὶ φρίτιωσι περὶ τὰς πόνους, τὰ μὲν διὰ τὰς ἀλγηδόνας τῶν πληγῶν, τὰ δὲ καὶ διὰ τὰς ὕβρεις. Ἔπαινοι δὲ καὶ ψόγοι, πάσης εἰσὶν αἰκίας ὠφελιμώτεροι τοῖς ἐλευθέροις, οἱ μὲν ἐπὶ τὰ καλὰ παρορμῶντες, οἱ δὲ 9
ἀπὸ τῶν αἰσχρῶν ἀνείργοντες. Δεῖ δὲ ἐναλλὰξ καὶ ποικίλως χρῆσθαι ταῖς ὀνείδεσι καὶ τοῖς ἐπαίνοις· καὶ παιδάν ποτε εὐφραινῶντας, ταῖς ὀνείδεσιν ἐν αἰσχύνῃ ποιεῖσθαι· καὶ πάλιν ἀναπαλεῖσθαι τοῖς ἐπαίνοις· καὶ μιμεῖσθαι τὰς τιτθάς, αἵ τινες ἐπειδὰν τὰ παιδία κλαυθμυρίσωσιν, εἰς παραμυθίαν πάλιν τὸν μαστὸν ὑπέχουσι. Δεῖ δὲ αὐτὸς μηδὲ τοῖς ἐγκωμίοις ἐπαίρειν καὶ φυσᾶν· χαυνῶνται γὰρ ταῖς ὑπερβολαῖς τῶν ἐπαίνων καὶ θρύπτονται.

ιγ'. Ἤδη δέ τινας ἐγὼ εἶδον πατέρας οἷς τὸ λίαν B
φιλεῖν τὸ μὴ φιλεῖν αἴτιον κατέστη. Τί δ' ἔστιν ὁ

A. 4. εὐφραινῶνται, ταῖς ἐπιπλήξεσιν ἐν αἰσχύνῃ ποιεῖσθαι] In libris multum eſt varietatis, nil ſanitatis. Forte legendum ἀφραίνωσι: quale quid vertendo voluit Xylander.

bus, aut contumelioſa tractatione. Hæc enim ſervis magis quam liberis convenire videntur: torpentque et abhorrent ſic tractati a laboribus, partim ob dolores plagarum, partim ob contumelias. Laudationes autem et vituperationes quavis contumelioſa tractatione plus valent apud ingenuos: illæ, ad pulchra incitantes; hæ, a turpibus arcentes. Alternis porro vicibus increpationes et collaudationes ſunt adhibendæ; ut et quum exultant animi, reprehenſionibus ad pudorem redigantur: et quum dejecti ſunt, rurſus laudibus erigantur: imitandæque in hoc genere nutrices, quæ infantes quum ad fletum provocarunt, rurſum ut conſolentur mammam præbent. Eſt vero ex uſu, eos non inflare et ad ſuperbiam extollere nimiis laudibus; nam harum exceſſum vanitas quædam et luxuria animorum comitari ſolet.

XIII. Ac vidi ipſe patres quibus nimius amor cauſa fuit ne amarent vere. Utque in-

βούλομαι λέγειν, ἵνα τῷ παραδείγματι φωτεινότερον
ποιήσω τὸν λόγον. Σπεύδοντες γὰρ τὰς παίδας ἐν
πᾶσι τάχιον πρωτεῦσαι, πόνους αὐτοῖς ὑπερμέτρους ἐπι-
βάλλουσιν, οἷς ἀπαυδῶντες ἐκπίπτουσι, καὶ ἄλλως βαρυ-
νόμενοι ταῖς κακοπαθείαις, οὐ δέχονται τὴν μάθησιν εὐηνίως.
Ὥσπερ γὰρ τὰ φυτὰ τοῖς μὲν μετρίοις ὕδασι τρέφεται,
τοῖς δὲ πολλοῖς πνίγεται, τὸν αὐτὸν τρόπον ψυχὴ τοῖς
μὲν συμμέτροις αὔξεται πόνοις, τοῖς δ' ὑπερβάλλουσι
c βαπτίζεται. Δοτέον οὖν τοῖς παισὶν ἀναπνοὴν τῶν συ-
νεχῶν πόνων, ἐνθυμουμένους ὅτι πᾶς ὁ βίος ἡμῶν εἰς
ἄνεσιν καὶ ἀσουδὴν διήρηται· καὶ διὰ τοῦτο οὐ μόνον ἐγρή-
γορσις, ἀλλὰ καὶ ὕπνος εὑρέθη· οὐδὲ πόλεμος, ἀλλὰ
καὶ εἰρήνη· οὐδὲ χειμών, ἀλλὰ καὶ εὐδία· οὐδὲ ἐνεργοὶ
πράξεις, ἀλλὰ καὶ ἑορταί. Συνελόντι δὲ εἰπεῖν, ἡ ἀνά-
παυσις, τῶν πόνων ἄρτυμά ἐστι. Καὶ οὐκ ἐπὶ τῶν ζώων
μόνων τοῦτο ἴδοι τις γινόμενον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν ἀψύχων· καὶ

B. 6. ἐκπίπτουσι] Ita Codex Fabricianus, Vulc. Xyl. Reliqui omnes perperam ἐμπίπτουσι.

telligi poſſit quod dico, exemplo rem faciam dilucidiorem. Dum feſtinant eo ut filii ipſorum primas in omnibus rebus ferant, immodicos eis imponunt labores: ad quos ii animo elangueſcente deficiunt, ærumniſque alioquin oppreſſi, doctrinam æqua mente non admittunt. Quo enim modo ſtirpes mediocribus aquis aluntur, abundantibus ſuffocantur: eodem animus etiam moderatis creſcit laboribus, nimiis obruitur. Danda eſt ergo pueris a continentibus laboribus reſpiratio: idque in animo habendum, totam noſtram vitam in remiſſionem eſſe ſeriumque ſtudium diviſam: quam ob cauſam non vigilia modo, ſed et ſomnus inventus eſt: neque bellum duntaxat, ſed et pax: neque tempeſtas, ſed et tranquillitas: neque ſeria negotia tantum, ſed et feriæ. Utque unam in ſummam contrahamus, Requies laborum eſt condimentum. Neque in animalibus ſolis, ſed et rebus anima carentibus, id deprehendas: nam

γὰρ τὰ τόξα καὶ τὰς λύρας ἀνιέμεν, ἵνα ἐπιτείνωμεν δυνηθῶμεν. Καθόλου δὲ σώζεται, σῶμα μὲν, ἐνδείᾳ καὶ πληρώσει· ψυχὴ δὲ, ἀνέσει καὶ πόνῳ. Ἄξιον δ' ἐπιμεῖναι τοῖς πατέρων ἐνίοις, οἵ τινες παιδαγωγοῖς καὶ διδασκάλοις ἐπιτρέψαντες τοὺς υἱεῖς, αὐτοὶ τῆς τούτων D μαθήσεως οὔτε αὐτόπται γίνονται τοπαράπαν, ὅτε αὐτήκοοι· πλεῖστον τοῦ δέοντος ἁμαρτάνοντες. Αὐτοὺς γὰρ ὠφ' ὀλίγας ἡμέρας δεῖ δοκιμασίαν λαμβάνειν τοῦ παίδων, ἀλλὰ μὴ τὰς ἐλπίδας ἔχειν ἐν μισθωτοῦ ἀφανεῖ· καὶ γὰρ ἐκεῖνοι πλείονα ποιήσονται τὴν ἐπιμέλειαν τοῦ παίδων, μέλλοντες ἑκάστοτε διδόναι τὰς εὐθύνας. Καὶ ταῦτα δὴ τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ ἱπποκόμου, χάριεν, ὡς οὐδὲν οὕτω παίνει τὸν ἵππον ὡς βασιλέως ὀφθαλμός. Πάντων δὲ μάλιστα τὴν μνήμην τοῦ παίδων ἀσκεῖν καὶ σωφρονίζειν· αὕτη γὰρ ὥσπερ τῆς παιδείας E ἐστὶ ταμεῖον· καὶ διὰ τοῦτο μητέρα τῶν Μουσῶν ἐμυθολόγησαν

D. 10. Πάντων δὲ μάλιστα] Πάντων δέ μοι μάλιστα A. C. E. Moſc. 1. 2. Harl. Aug. Turn. Vulc. Bong. plenius et exquiſitius vulgato.

et arcus et lyras remittimus, ut intendere poſſimus. Atque in univerſum ſervatur corpus impletione atque vacuatione, animus autem remiſſione et labore. Culpandi autem ſunt parentes nonnulli, qui poſtquam filios ſuos pædagogis magiſtriſque commendaverunt, ipſi quid diſcatur neque inſpiciunt unquam, neque inaudiunt: magno ſane cum errore. Oportebat enim ipſos intervallo paucorum dierum ſubinde explorare puerorum profectus, neque in mercenarii voluntate omnem ſpem collocare: qui et ipſe majorem diligentiam pueris inſtituendis erat impenſurus, ſi identidem ſui ſibi muneris rationem reddendam fore ſentiret. Atque huic loco eleganter convenit equiſonis illius dictum, qui aiebat, *Nihil eſſe quod perinde ſaginaret equum, atque oculus regis.* In primis porro puerorum memoria eſt exercenda atque adſuefactione roboranda: ea enim eſt veluti penus eruditionis: eamque ob cauſam mnemoſynem, hoc eſt *me-*

εἶναι τὴν Μνημοσύνιν, αἰνιττόμενοι καὶ παραδηλοῦντες ὅτι οὕτως οὐδὲν γεννᾷν καὶ τρέφειν ὡς ἡ μνήμη πέφυκε. Καὶ τοίνυν ταύτῃ κατ' ἀμφοτέρα ἀσκητέον, εἴτε ἐκ φύσεως μνήμονες εἶεν οἱ παῖδες, εἴτε καὶ τἀναντίον ὀπλήσμονες. Τὴν γὰρ πλεονεξίαν τῆς φύσεως ὑπερῤῥώσομεν, τὴν δ' ἔλλειψιν ἀναπληρώσομεν· καὶ οἱ μέν, τῶν ἄλλων ἔσονται βελτίους· οἱ δ', ἑαυτῶν. Τὸ γὰρ Ἡσιόδειον καλῶς εἴρηται,

Εἰ γάρ κεν καὶ σμικρὸν ἐπὶ σμικρῷ καταθείῃς,
F Καὶ θαμὰ τεῦθ' ἕρδοις, τάχα κεν μέγα κῆ τὸ γένοιτο.

Μὴ λανθανέτω τοίνιν μηδὲ τοῦτο τοὺς πατέρας, ὅτι τὸ μνημονικὸν τῆς μαθήσεως μέρος, οὐ μόνον πρὸς τὴν παιδείαν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰς τοῦ βίου πράξεις οὐκ ἐλαχίστην συμβάλλεται μοῖραν. Ἡ γὰρ τῶν γεγενημένων πράξεων μνήμη τῆς περὶ τῶν μελλόντων εὐβουλίας γίνεται παράδειγμα.

ιδ'. Καὶ μέντοι καὶ τῆς αἰσχρολογίας ἀπαιρέον τοὺς

E. 4. ὅτι οὕτως οὐδὲν] Recepi ὅτι ex A. C. Mosc. 1. 2. Harl. Colleg. Nov. Flor. Aug. Fabric. Leonic. Pol. Anon. Mez. Vulc.

E. 4. γεννᾷν καὶ τρέφειν] Ita omnes libri. Excidit forte παιδείαν: aut corrigendum γνῶσιν ἐκτρέφειν.

moriam, fabulati ſunt eſſe Muſarum matrem, ſignificantes, nihil ita et gignere et alere eruditionem ut facit memoria. Quapropter utroque modo exercenda ea eſt, ſive naturæ beneficio valeant memoria pueri, ſive oblivioſi ſint. Sic enim et copiam naturalem confirmabimus, et quod ei deeſt implebimus: atque ut illi alios, ita hi ſeipſos vincent. Eſt enim præclare ab Heſiodo dictum,

Nam ſi vel parvum pergas ſuperaddere parvo,
Et crebro id facias, ingens exiſtet acervus.

Ne id quidem ignorent parentes, memoriæ vim in diſcendo exercitatam non ad eruditionem modo conducere, ſed et ad civiles actiones non modicum adferre adjumentum. Nam præteritarum actionum memoria exemplar præbet bene conſultaturo de futuris.

XIV. Præterea abducendi ſunt filii a turpitudine ſermo-

υἱεῖς. Λόγος γὰρ, ἔργου σκιὰ, κατὰ Δημόκριτον. Εἶτα γεμὴν ἀντιβολητικὸς αὐτὸς ἑαυτῷ παρασκευαστέον καὶ φιλοπροσηγόρους· οὐδὲν γὰρ ὡς τὰ ἀνέντευκτα τῶν ἠθῶν ἐστὶν ὕπως ἀξιομίσητον. Ἐπὶ τοίνυν οἱ παῖδες ἀμισεῖς γίγνοιντ' ἂν τοῖς συνοῦσι, μὴ παντελῶς ἐν ταῖς ζητήσεσιν ἀπαραχώρητοι γιγνόμενοι. Οὐ γὰρ τὸ νικᾶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ ἡττᾶσθαι ἐπίσασθαι, καλὸν, ἐν οἷς τὸ νικᾶν, βλαβερόν· ἔστι γὰρ ὡς ἀληθῶς καὶ νίκη Καδμεία. Ἔχω δὲ μάρτυρα τούτων Εὐριπίδην τὸν σοφὸν ἐπαγαγέσθαι, λέγοντα,

Δυοῖν λεγόντοιν, θατέρου θυμουμένου,
Ὁ μὴ ἀντιτείνων τοῖς λόγοις, σοφώτερος. B

Ἃ τοίνυν τῶν εἰρημένων οὐδενὸς ἧττόν ἐστιν, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ὑπομνευτέα τοῖς νέοις, καὶ δὴ λεκτέον. Ταῦτα δέ ἐστι, τὸν βίον ἀτρύφητον ἀσκεῖν, τὸ τὴν γλῶτταν κατέχειν, τὸ τῆς ὀργῆς ὑφάνω γίγνεσθαι, τὸ τὼ χεῖρῶν κρατεῖν. Τούτων ἕκαστον ἡλίκον ἐστὶ σκεπτέον·

nis. Nam, auctore Democrito, *Sermo actionis eſt umbra.* Deinde opera eſt danda ut affabiles fiant, inque colloquio comes: nihil enim ita dignum eſt odio, ut eorum mores qui compellantibus ſe difficiles præbent. Jam in colloquiis pueri inviſi aliis non fient, ſi non omnino in diſputationibus victoriam ſemper obtinere laborent. Non enim tantum egregium eſt ſcire vincere, ſed etiam poſſe vinci pulchrum eſt, ubi victoria eſt damnoſa; quum ſit revera etiam Cadmea quædam victoria. Poſſumque hujus ſententiæ teſtem laudare Euripidem illum ſapientem, cujus hæc ſunt verba,

Dicentibus duobus, irato altero,
Qui non repugnat dictis, eſt ſapientior.

Addamus his ea ad quæ non minore quam dicta hactenus, immo et majore ſtudio eſt contendendum. Sunt autem hæc. Vita degenda eſt ſine luxu, lingua coercenda, ira ſuperanda, manus continendæ. Quæ quanti ſint momenti, ſingula exemplis propoſitis me-

ἔσαι δὲ ἐπὶ τῶν παραδειγμάτων γνωριμώτερα. Οἷον, ἵνα ἀπὸ τοῦ τελευταίου τοῦτον ἄρξωμαι, τὰς χεῖρας τινὲς ὑποτόντες λήμμασιν ἀδίκοις, τὴν δόξαν τῶν τοιουτευομένων ἐξέχεαν· ὡς Γύλιππος ὁ Λακεδαιμόνιος, τὰ σακκία τῶν χρημάτων παραλύσας, φυγὰς ἀπηλάθη τῆς Σπάρτης. Τὸ γε μὴν ἀόργητον, ἀνδρὸς ἦν σοφοῦ. Σωκράτης μὲν γὰρ, λακτίσαντος αὐτὸν νεανίσκου θρασέος μάλα καὶ βδελυροῦ, τοὺς ἀμφ' αὐτὸν ὁρῶν ἀγανακτοῦντας καὶ σφαδάζοντας, ὡς καὶ διώκειν αὐτὸν ἐθέλειν· Ἄρα, ἔφησε, καὶ εἴ με ὄνος ἐλάκτισεν, ἀντιλακτίσαι τοῦτον ἠξιώσατε ἄν; Οὐ μὴν ἐκεῖνός γε παντελῶς κατετοιήξατο· πάντων δὲ αὐτὸν ὀνειδιζόντων καὶ λακτισμὸν ἐπικαλούντων, ἀπήγξατο· Ἀριστοφάνους δὲ, ὅτε τὰς νεφέλας ἐξέφερε, παντοίως πᾶσαν ὕβριν αὐτοῦ κατασκεδαννύντος, καὶ πάντων τῶν παρόντων, τὰ τοιαῦτα

B. 7. ἔσαι δὲ] Sic A. C. E. Moſc. 1. 2. Harl. Colleg. Nov. Flor. Turn. Vulc. Bong. Reliqui libri ἔσαι γάρ.

C. 7. κατεπροίξατο] Unice verum hoc in paucis eſt libris his, Vulc. Mez et cum correctionis nota in Leonic. et Coll. Muret. Reliqui vulgo κατεπράξατο. Aug. κατεπρέξατο.

lius innoteſcet. Utque a poſtremo ordiamur, nonnulli dum injuſtis pecuniæ capturis manus adjiciunt, omnem actæ vitæ gloriam fecerunt irritam: ut Gylippus Spartanus, qui nummorum publicorum ſaculos quum aperuiſſet, actus eſt in exilium. Ira autem ſuperiorem eſſe, ſapientis eſt. Socrates calce impetitus ab adoleſcentulo admodum feroce et impuro, quum ſuos videret indigne id ferre, ac fremere, adeo ut illum in jus quoque trahere cogitarent: *Quid ergo*, inquit, *an ſi me aſinus calce feriiſſet, juſſuri eratis ut contra calcem ei impingerem?* Neque tamen inultum plane id adoleſcens tulit, ſed omnibus ei facinus hoc exprobantibus, calcitronemque appellantibus, ſuſpendio vita ſeſe exuit. Idem Socrates, quando Nebulis fabula edita Ariſtophanes in ipſum omnis generis convicia jaciebat, iiſque in ſcena reci-

ἀνακωμῳδοῦντος, Οὐκ ἀγανακτεῖς, εἰπόντος, ὦ Σώκρατες; Μὰ Δί οὐκ ἔγωγε, ἔφησεν, ὡς γὰρ ἐν συμποσίῳ μεγάλῳ τῷ θεάτρῳ σκώπτομαι. Ἀδελφὰ τούτοις D καὶ σύζυγα φανήσονται πεποιηκότες Ἀρχύτας ὁ Ταραντῖνος καὶ Πλάτων. Ὁ μὲν γὰρ ἐπανελθὼν ἀπὸ τοῦ πολέμου (στρατηγῶν δὲ ἐτύγχανε) γῆν καταλαβὼν κεχερσωμένην, τὸν ἐπίτροπον καλέσας αὐτῆς, Ὠμωξας ἄν, ἔφησεν, εἰ μὴ λίαν ὠργιζόμην. Πλάτων δὲ δούλῳ λίχνῳ καὶ βδελυρῷ θυμωθεὶς, τὸν δ' ἀδελφῆς υἱὸν Σπεύσιππον καλέσας, Τοῦτον, ἔφησεν, ἀπελθὼν κόλασον· ἐγὼ γὰρ πάνυ θυμοῦμαι. Χαλεπὰ δὲ ταῦτα καὶ δυσμίμητα, φαίη τις ἄν. Οἶδα κἀγώ. Πειρατέον οὖν εἰς ὅσον οἷόν τε ἦι, τούτοις παραδείγμασι χρωμένους, τὸ E πολὺ τῆς ἀκρατοῦς καὶ μαινομένης ὑφαιρεῖν ὀργῆς. Οὐδὲ γὰρ ἐς τἆλλα ἐξόμοιοι ταῖς ἐκείνων ἐσμὲν ἔτ' ἐμπρίαις, ὅτε καλοκαγαθίαις· ἀλλ' οὐδὲν ἧττον ἐκείνων,

C. 11. ἀνακωμῳδοῦντος] Ita omnes libri. Forte legendum ἅμα κωμῳδοῦντος ſubintellecto Ἀριſτοφάνους: quale quid Fabricius, Amiotus, et Xylander vertendo ſecuti ſunt. Senſus eſt, *eo ipſo tempore quum hæc in ſcena agitabat Ariſtophanes.*

tatis amicorum quidam dicebat, Non iſta moleſte fers, Socrates? *Nequaquam vero*, inquit, *nam in theatro veluti in magno convivio verbis vexor.* Horum germana ſunt atque iis conjuncta Archytæ Tarentini et Platonis facta. Ille quum a bello, in quo exercitum duxerat, reverſus, agrum offendiſſet ob incuriam vitium contraxiſſe, arceſſito colono, *Male*, inquit, *tecum ageretur niſi ego admodum ira exarſiſſem.* Plato ſervo guloſo et impuro iratus, vocato filio ſororis ſuæ Speuſippo, *Hunc tu*, inquit, *verbera: ego enim animo ſum valde commotus.* Diceres, difficilia ſunt hæc, neque ad imitandum proclivia. Fateor. Sed tamen his exemplis utendum eſt, ſummiſque conandum viribus ut abundantiam intemperatæ inſanientiſque iræ aboleamus. Nam neque aliis in rebus eorum æquamus vel peritiam vel virtutem: nihilominus veluti deorum quorundam ſacerdotes

ὥσπερ θεῶν ἱεροφάνῃ καὶ δαδοῦχοι τῆς σοφίας ὄντες, ὅσα πέρ ἐστιν ἐν δυνατῷ, ταῦτα μιμεῖσθαι καὶ ἐπεικνίζειν ἐπιχειρεῖμεν. Τὸ τοίνυν τῆς γλώττης κρατεῖν· ἐπὶ τούτῳ γὰρ, ὥσπερ ἐπεθέμεν, εἰπεῖν λοιπόν· εἴ τις μικρὸν καὶ φαῦλον ἐπείληφε, πλεῖστον ἁμαρτάνει τὸ δέοντος. Σοφὸν γὰρ εὐκαιρος σιγὴ, καὶ παντὸς λόγου
F κρείττων. Καὶ διὰ τοῦτο, μοὶ δοκεῖ, τὰς μυστηριώδεις τελετὰς οἱ παλαιοὶ κατέδειξαν, ἵνα ἐν ταύταις σιωπᾶν ἐθισθέντες, ἐπὶ τὴν τῶν ἀνθρωπίνων μυστηρίων πίστιν τὸν ἀπὸ τῶν θεῶν μεταφέρωμεν φόβον. Καὶ γὰρ αὖ, σιωπήσας μὲν οὐδεὶς μετενόησε· λαλήσαντες δὲ, παμπληθεῖς. Καὶ τὸ μὲν σιγηθὲν ἐξειπεῖν ῥᾴδιον, τὸ δὲ ῥηθὲν ἀναλαβεῖν ἀδύνατον. Μυρίους δ' ἔγωγε οἶδα ἀκούσας ταῖς μεγίσταις συμφοραῖς περιπεσόντας διὰ τὴν τῆς γλώττης
11 ἀκρασίαν. Ὧν τοὺς ἄλλους παραλιπὼν, ἑνὸς ἢ δυοῖν, τύπου ἕνεκεν, ὑπομνησθήσομαι. Τῷ γὰρ Φιλαδέλφῳ γήμαντος τὴν ἀδελφὴν Ἀρσινόην, Σωτάδης εἰπὼν,

E. 6. περιχνίζειν] Forte ἀπεικονίζειν. Mosc. 2. a correctore habet περιεικονίζειν. Mez. παριχνεύειν: quæ saltem probabilior est quam Xylandri παρεχνίζειν.

ac facigeri sapientiæ, facta eorum, ubi fieri potest, imitari sectarique nitimur. De frænanda lingua restat ut dicamus: quam rem qui exigui momenti aut vilem putat, plurimum a vero aberrat. Tempestivum enim silentium res est sapiens, ac quavis oratione potior. Eaque, opinor, de causa prisci mystica sacra instituerunt, ut in his taciturnitati adsuescentes, ad fidem humanorum arcanorum metum deorum transferremus. Et quidem tacuisse neminem pœnituit, dixisse permultos. Ac quod tacitum fuit, facile datur eloqui: quod dictum est, indictum fieri nullo pacto potest. Sexcenta auditu me percepisse memini exempla eorum, qui ob linguæ licentiam in gravissimas inciderunt calamitates. Quorum reliquis omissis unum duntaxat atque alterum pro specimine adducam. Quum Ptolemæus Philadelphus sororem suam Arsinoen in matrimonium duxisset, Sotades, quod ei dixisset:

Εἰς οὐχ ὁσίην τρυμαλιὴν τὸ κέντρον ὠθεῖς,

ἐν δεσμωτηρίῳ πολλοὺς κατεσάπη χρόνους, καὶ τῆς ἀκαίρου λαλιᾶς οὐ μεμπτὴν ἔδωκε δίκην· ἵνα δὲ γέλωτα πρόσχῃ τοῖς ἄλλοις, αὐτὸς πολὺν χρόνον ἔκλαυσεν. Ἐνάμιλλα δὲ τούτοις καὶ σύζυγα καὶ Θεόκριτος ὁ σοφιστὴς εἶπέ τε καὶ ἔπαθε, καὶ πολὺ δεινότερα. Ἀλεξάνδρου γὰρ πορφυρᾶς ἐσθῆτας κελεύσαντος κατασκευάζειν τοὺς Ἕλληνας, ἵνα ἐπανελθὼν, τὰ ὀπίνικια τῶ πολέμω δ' κ' τ' βαρβάρων θύσειε, κ' τ' ἐθνῶν κ' κεφαλὴν εἰσφερόντων ἄργυρον. Πέπτεσν μὴ, ἔφησεν, ἡμφισβήτουν, νῦν δὲ πεπεισμαι σαφῶς ὅτι ὁ πορφύρεος Ὁμήρου θάνατος οὗτός ἐστιν. Ἐξ ὧν ἐχθρὸν ἐκτήσατο τὸν Ἀλέξανδρον. Ἀντίγονον δὲ τὸν βασιλέα τῶν Μακεδόνων ἑτερόφθαλμον ὄντα, τὴν πήρωσιν ὀνειδίζων, εἰς ὀργὴν μετρίαν κατέστησε. Τὸν δ' ἀρχιμάγειρον Εὐτρόπιωνα γεγενημένον B

B. 8. Τὸν γὰρ ἀρχιμάγειρον—λαβεῖν.] Xylandri verſionem correxi ad ſententiam forte veram; certe, meliorem quam etiam expreſſit Amiotus. Locus nec perſpicuus, nec ſatis certus eſt. Ἐκπέμψας abeſt ab omnibus fere libris Ald. Baſ. Xyl. Fabric. A.C.D. Moſc. 1. 2. Harl. Colleg. Nov. Flor. Aug. Primus recepit Stephanus ex Leonico. Polus habet ἐπιπέμψας. Rodolph. πέμψας.

In nequaquam licitum foramen intrudis aculeum,

in carcere per longum tempus contabuit: pœnamque dedit importunæ loquacitatis non indignam, qui ut aliis riſum moveret, multum ipſe flevit temporis. His æqualia et conſentanea, immo graviora multo paſſus eſt Theocritus ſophiſta. Quum enim Alexander Græcis mandaret ut purpureas ſibi veſtes pararent, quippe domum reverſus e bello, ſacrificium de parta e barbaris victoria peracturus, eoque nomine gentes pecuniam viritim contribuerent: aiebat Theocritus, *ſe aliquando dubitaſſe, nunc autem liquido ſentire, hoc ipſum eſſe Purpuream, quam Homerus dixiſſet, mortem.* Qua voce Alexandrum ſibi inimicum reddidit. Idem Antigonum Macedoniæ regem altero carentem oculo, quum vitium hoc ei exprobraſſet, ad iram non mediocrem provocavit. Jubebat is per Eutropionem coquorum principem,

ἐν τάξει ἐκπέμψας, παραγενέσθαι πρὸς αὐτὸν ἠξίου, καὶ λόγον δοῦναι καὶ λαβεῖν· ταῦτα δὲ ἀπαγγελλόντ-
C ος ἐκείνου πρὸς αὐτὸν, καὶ πολλάκις προσιόντος, Εὖ οἶδα, ἔφησεν, ὅτι ὠμόν με θέλεις τῷ Κύκλωπι παραθεῖναι· ὀνειδίζων, τῷ μὲν, ὅτι πικρὸς, τῷ δὲ, ὅτι μάγειρος ἦν· κἀκεῖνος, Τοιγαροῦν, εἶπεν, τὴν κεφαλὴν οὐχ ἕξεις, ἀλλὰ τῆς ἀθυροστομίας ταύτης καὶ μανίας δώσεις δίκην· ἀπήγγειλε τὰ εἰρημένα τῷ βασιλεῖ· καὶ ὁ μὲν πέμψας ἀνεῖλε τὸν Θεόκριτον. Περὶ πάντα δὲ ταῦτα, ὅπερ ἐστὶν ἱεροπρεπέστατον, συνεθιστέον τοὺς παῖδας τἀληθῆ λέγειν· τὸ γὰρ ψεύδεσθαι, δουλοπρεπές, καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις μισεῖσθαι ἄξιον, καὶ οὐδὲ μετρίοις δούλοις συγγνωστόν.

D ιε'. Ταῦτα μὲν οὖν οὐκ ἐνδοιάσας οὐδὲ μελλήσας, περὶ τῆς τῶν παίδων εὐκοσμίας καὶ σωφροσύνης διείλεγμαι· περὶ δὲ οὗ ῥηθήσεσθαι μέλλοντος ἀμφίδοξός εἰμι καὶ διχογνώμων, καὶ τῇδε κἀκεῖσε κλίνων ὡς ἐπὶ πλάστιγγος, πρὸς ὁπότερον ῥέψαι δύναμαι· πολὺς δ' ὄκνος ἔχει με

C. 2. παραθεῖναι] Sic A. C. D. Mosc. 1. 2. Harl. Colleg. Nov. Flor. Aug. Anon. Turn. Vulc. Bong. Vulgo et reliqui παραθέσθαι.

qui munus aliquod gesserat, ad se venire Theocritum ac rationes secum conferre: quod quum hic ei renuntiaret, ac sæpius accederet, *Scio*, inquit Theocritus, *te hoc agere, ut me crudum Cyclopi apponas:* huic, quod coquus: illi, quod unoculus esset exprobrans: et Eutropio, Ergo, ait, tu capite mulctaberis, easque dabis loquacitatis istius tuæ atque insaniæ pœnas: ac regi rem renuntiavit, qui et misit qui Theocritum interficerent. Præter hæc omnia, adsuefaciendi sunt pueri ut vera dicant: qua in re summa est sanctimonia. Mentiri enim servile est, dignumque apud omnes homines odio, ac ne mediocribus quidem servis ignoscendum.

XV. Atque hæc quidem de pueris decore et ad modestiam instituendis hactenus nihil dubitans aut ambigens differui. Quod restat dicendum, dubium me tenet, ancipitemque in deliberando adfert curam: ac, quasi in trutina positus, in utranque partem momentis impellor, neutris insistere valeo;

καὶ τῆς εἰσηγήσεως καὶ τῆς ἀποτροπῆς τοῦ πράγματος. Ἀποτολμητέον οὖν ὅμως εἰπεῖν αὐτό. Τί οὖν τοῦτό ἐστι; πότερα δεῖ τοὺς ἐρῶντας τῶν παίδων, ἐὰν τούτοις συνεῖναι καὶ συνδιατρίβειν, ἢ τοὐναντίον εἴργειν αὐτοὺς καὶ ἀποσοβεῖν τῶν περὶ τούτους ὁμιλίας προσῆκεν. Ὅταν μὲν γὰρ E ἀποβλέψω πρὸς τοὺς πατέρας αὐθεκάστους καὶ τὸν τρόπον ὀμφακίας καὶ τραχεῖς, οἳ διὰ τὴν τῶν τέκνων ὕβριν οὐκ ἀνεκτὴν νομίζουσι τὴν τῶν ἐρώντων ὁμιλίαν, εὐλαβοῦμαι ταύτης εἰσηγητὴς γενέσθαι καὶ σύμβουλος. Ὅταν δ' αὖ πάλιν ἐνθυμηθῶ τὸν Σωκράτη, τὸν Πλάτωνα, τὸν Ξενοφῶντα, τὸν Αἰσχίνην, τὸν Κέβητα, τοὺς πάντα χορὸν ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν οἳ τοὺς ἄρρενας ἐδοκίμασαν ἐρᾶσθαι, καὶ τὰ μειράκια προήγαγον ἐπί τε παιδείαν καὶ δημαγωγίαν καὶ τὴν ἀρετὴν τῶν τρόπων, πάλιν ἕτερος γίνομαι, καὶ κάμπτομαι πρὸς τὸν ἐκείνων τοῦ ἀνδρῶν ζῆλον. Μαρτυρεῖ δὲ τούτοις Εὐριπίδης οὕτω λέγων, F

Ἀλλ' ἔστι δή τις ἄλλος ἐν βροτοῖς ἔρως,
Ψυχῆς δικαίας σώφρονός τε κἀγαθῆς.

valdeque cunctor rei hujus vel auctor fieri, vel diſſuaſor. Audendum tamen eſt, et eloquenda res. Eſt autem hæc quæſtio, an amatores puerorum ſinere debeamus uti eorum conſuetudine, an vero potius ab iis arcere ac depellere. Quum enim intueor in patres ſuo ſenſu omnia metientes, moribuſque crudos et auſteros, qui conſuetudinem amatorum ob contumeliam liberorum intolerabilem putant: vereor ejus auctor eſſe atque ſuaſor. Rurſus quum in mentem venit Socratis, Platonis, Xenophontis, Æſchinis, Cebetis, totiuſque chori iſtorum virorum qui maſculos approbaverunt amores, adoleſcentuloſque produxerunt ad doctrinam, reipublicæ adminiſtrationem, morumque honeſtatem, ſententiam muto, flectorque admiratione et æmulatione iſtorum virorum. Atque his quidem etiam Euripides teſtimonio hoc favet,

Sed eſt et alter inter mortales amor,
Juſtique caſtique animi ſcilicet, ac probi.

Τὸ δὴ τοῦ Πλάτωνος σπουδῇ καὶ χαριεντισμῷ μεμιγμένον, οὐ παραλειπτέον· ἐξεῖναι γάρ, φησι, δεῖν τοῖς ἀριστεύσασιν, ὃν ἂν βούλωνται τῶν καλῶν φιλῆσαι. Τοὺς μὲν οὖν τῆς ὥρας ἐπιθυμοῦντας ἀπελαύνειν παραινεῖ· τοὺς δὲ τῆς ψυχῆς ἐράσας ἐγκρίνειν καὶ τὸ σύνολον. Καὶ τοὺς μὲν Θήβησι καὶ τοὺς Ἤλιδι φευκτέον ἔρωτας, καὶ
12 τὸν ἐκ Κρήτης καλούμενον ἁρπαγμόν· τοὺς δὲ Ἀθήνησι καὶ τοὺς ἐν Λακεδαίμονι ζηλωτέον, καὶ τοῖς παίδων μιμητέον.

ις'. Περὶ μὲν οὖν τούτων, ὅπως ἕκαστος αὐτὸς ἑαυτὸν πέπεικεν, οὕτως ὑπολαμβανέτω· ἐγὼ δέ, ἐπειδὴ περὶ τῆς τῶν παίδων εὐταξίας εἴρηκα καὶ κοσμιότητος, καὶ ἐπὶ τὴν τῶν μειρακίων ἡλικίαν ἤδη μεταβήσομαι, μικρὰ παντάπασιν εἰπών. Πολλάκις γὰρ κατεμεμψάμην τοὺς μοχθηρῶν ἐθῶν γενομένους εἰσηγητάς, οἵτινες τοῖς μὲν παισὶ παιδαγωγοὺς καὶ διδασκάλους ἐπέστησαν, τὴν δὲ

F. 6. οὓς ἂν βούλωνται] Recepi οὓς ex C. D. E. Moſc. 1. Harl. Fabricii codicibus Leonic. Pol. Vulc. Bong. Vulgo et reliqui ὧν.

A. 1. ἐκ Κρήτης] Exquiſitius, ſed ejuſdem ſignificationis, atque ἐν Κρήτῃ quod habent E. Pol. Leonic. Vulc. Itaque nil mutandum.

A. 2. καὶ τῶν παίδων μιμητέον] Hæc in aliquot codicibus abeſſe notat Vulc. et iiſdem verbis Pol. et Jannot. Amiotus item et Heuſingerus omittunt. Forte corrigendum ἐρᾶσας τῶν παίδων καὶ μιμητέον. Ita quidem ſententiæ ratio poſtulat.

Non tamen omittenda eſt Platonis ſententia, quæ ſeriæ rei admixtam habet urbanitatem: ait enim, *permiſſum debere eſſe iis qui rem præclare geſſerint, ut quemcunque velint oſculentur*. Etenim arcendi ſunt qui pulchritudinem corporis ſpectant: animæ autem amatores omnino deligendi. Et amores quidem, quales Thebis ſunt et Elide, et quæ in Creta vocatur raptio, fugiendi: æmulandi autem qui Athenis ſunt et Spartæ.

XVI. Sed hac de re quiſque ſuam ſequatur ſententiam. Ego de puerorum moderatione et decoro hactenus loquutus, de adoleſcentia porro pauca omnino ſubjiciam. Sæpenumero enim vituperavi malarum conſuetudinum introductores, qui quum pueris pædagogos et magiſtros præfeciſſent, adoleſcentum impetus paſſi ſunt

τῶν μειρακίων ὁρμὴν ἄνετον εἶασαν νέμεσθαι· δέον αὖ τοὐναντίον πλέω ποιεῖσθαι τούτων εὐλάβειαν καὶ φυλακὴν B
ἢ τῶν παίδων. Τίς γὰρ οὐκ οἶδεν ὅτι τὰ μὲν τῶν παίδων πλημμελήματα, μικρὰ καὶ παντελῶς εἰσὶν ἰάσιμα, παιδαγωγῶν ἴσως ὀλιγωρία, καὶ διδασκάλων παρ' ἀγωγὴν ἀνηκουσία· τὰ δὲ τῶν ἤδη νεανισκευομένων ἀδικήματα πολλάκις ὑβρεῖς γίνεται καὶ ὀλέτλια, ἀμελρία γαστρὸς, καὶ κλοπαὶ πατρῴων χρημάτων, καὶ κῦβοι, καὶ κῶμοι, καὶ πότοι, καὶ παρθένων ἔρωτες, καὶ γυναικῶν οἰκοφθορίαι γαμετῶν. Οὐκοῦν τὰς τούτων ὁρμὰς ταῖς ἐπιμελείαις δεσμεύειν καὶ κατέχειν προσῆκεν. Ἀταμίευτον γὰρ τὸ ἡδονῶν ἡ ἀκμή, καὶ σκιρτητικὸν, καὶ χαλινοῦ δεόμενον· ὧν οἱ μὴ τὴν ἡλικίας ταύτης ἐῤῥωμένως ἀντιλαμβα- C
νόμενοι, τῇ δὴ ἀνοίᾳ διδόντες ἐξουσίαν ἐπὶ τὰ ἀδικήματα

A. 10. ἄνετον] Accommodatius huic loco videtur esse ἄφετον quod habent plerique libri: A. C. D. E. Mosc. 1. 2. Harl. Colleg. Nov. Flor. Schott. Mez.

B. 4. παρ' ἀγωγὴν] Recepi librorum auctoritate A. C. E. Mosc. 1. 2. Fabric. Rodolph. Xyl. non quod verum, sed quod melius judicarem vulgato παραγωγῆς. Levi discrimine παραγωγὴν exhibent Harl. Aug. Flor. Turn. Vulc. Bong. At παρισαγωγὴν Pol. Anon. Jannot. Vulc. Denique probatissimus codex D. παραγωγὴ καὶ ἀνηκουσία. Puto legendum παρακοὴ καὶ ἀνηκουσία.

C. 2. δὴ ἀνοίᾳ] Non dubitavi recipere ex solis Pol. et Jannot. Res adeo est manifesta. Ἀνοίᾳ correxit jam Muret. V. L. XIV, 1. Vulgo omnes libri habent διανοίᾳ.

libere ferri: quum contra hi majore quam pueri cura atque custodia fuerint regendi. Quis enim nescit puerorum peccata exigua, planeque emendabilia esse? profecta scilicet a pædagogorum contemptu, aut quod magistrorum institutioni aliquando non obtemperarent: at adolescentium peccata sæpenumero ingentia esse et atrocia: ingluviem ventris, furta pecuniæ paternæ, aleam, comessationes, potationes, virginum amores, adulteria. Quapropter juveniles impetus accuratis rationibus vinciri ac compesci convenit. Est enim vigor illius ætatis incontinens voluptatum, lascivitque, et fræno opus habet: et qui ætatem istam non magno opere regendam suscipiunt, imprudentes animo licentiam qua

λανθάνωσι. Δεῖ τοίνυν τὰς ἐμφρονας πατέρας πρὸ τοῦτον μάλιστα τὸν καιρὸν φυλάττειν, ἐγρηγορέναι, σωφρονίζειν τὰς μειρακίσκους, διδάσκοντας, ἀπειλοῦντας, δεομένους, συμβουλεύοντας, ὑποιχνουμένους, ὑποδείγματα δεικνύντας, τῶν μὲν, διὰ φιληδονίαν συμφορᾶις περιπεσόντων, διὰ δὲ καρτερίαν, ἔπαινον καὶ δόξαν ἀγαθὴν περιποιησαμένων. Δύο γὰρ ταῦτα, ὥσπερεὶ στοιχεῖα τῆς ἀρετῆς εἰσιν, ἐλπὶς τε τιμῆς, καὶ φόβος τιμωρίας· ἡ μὲν γὰρ, ὁρμητικωτέρους πρὸς τὰ κάλλιστα τῶν ἐπιτηδευμάτων· ἡ δὲ, ὀκνηροὺς πρὸς τὰ φαῦλα τῶν ἔργων ἀπεργάζεται.

ιζ'. Καὶ καθόλου δὲ ἀπείργειν προσήκει τοὺς παῖδας τῆς πρὸς τοὺς πονηροὺς ἀνθρώπους συνουσίας. Ἀποφέρουσι γάρ τι τῆς τούτων κακίας. Τοῦτο δὲ παρήγγελλε καὶ Πυθαγόρας αἰνίγμασιν, ἅπερ ἐγὼ προσθεὶς, ἐξηγήσομαι· καὶ γὰρ ταῦτα πρὸς ἀρετῆς κτῆσιν συμβάλλεται ῥοπὴν οὐκ ἐλαχίστην· οἷον, Μὴ γεύεσθαι μελανούρων· τουτέστι, μὴ συνδιατρίβειν μέλασιν ἀνθρώποις διὰ κακοήθειαν.

ad flagitia feratur concedunt. Ergo cordatis parentibus ſub id temporis maxime vigilandum eſt ut cuſtodiant adoleſcentes, et intra modeſtiæ fines contineant, docendo, minando, rogando, conſulendo, pollicendo, exempla demonſtrando, cum eorum quos voluptatum ſtudium in miſeriam conjecit, tum qui abſtinentia laudem ſibi gloriamque paraverunt. Hæc enim duo quaſi elementa ſunt virtutis, Spes honoris, et Metus pœnæ: quorum illa incitatiores ad pulcherrima ſtudia, hic ſegniores ad vitia reddit.

XVII. In univerſum vero malorum conſuetudine hominum prohibendi ſunt pueri. Nam affricatur illis aliquid inde vitii. Atque hoc etiam Pythagoras ſuis monuit præceptorum involucris: quæ ego adducam atque evolvam; momentum enim ad virtutem conferunt non minimum. Tale eſt, *Non guſta quibus nigra eſt cauda:* ſignificat enim non conſuescendum cum hominibus ob malitiam nigris.

Μηδὲ ζυγὸν ὑπερβαίνειν· ὅτι δεῖ τ̃ δικαιοσύνης πλεῖον ποιεῖσθαι λόγον, κ̀ μὴ ταύτ̃ ὑπερβαίνειν. Μηδὲ ἐπὶ E
χοίνικα καθίσαι· φεύγειν ἀργίαν, κ̀ προνοεῖν ὅπως τὴν ἀναγκαίαν παρασκευάσωμθ τροφήν. Μὴ παντὶ ἐμ-
βάλλειν δεξιάν· ἀντὶ τ̃, προχείρως ὰ δεῖ σωαλλάσσειν.
Μὴ φορεῖν γενὸν δακτύλιον· ὅτι δεῖ τὸν βίον ὑπιτηδεύειν,
κ̀ μὴ δεῖν δεσμῷ προσάπτειν αὐτόν. Πῦρ σιδήρῳ μὴ
σκαλεύειν· ἀντὶ τ̃, μὴ ἐρεθίζειν θυμούμθνον, ὰ χ̀ προσ-
ῆκεν, ἀλλ' ὑπείκειν τοῖς ὀργιζομένοις. Μὴ ἐαθίφ
καρδίαν· μὴ βλάπτειν τὴν ψυχὴν, ταῖς φρονήσεσιν αὐτὴν
καταιχρύνοντα. Κυάμων ἀπέχεσθαι· ὅτι ὰ δεῖ πολι-
τεύεσθαι· κυαμευταὶ χ̀ ἦσαν ἔμπροσθεν αἱ ψηφοφο- F
ρίαι, δι' ὧν πέρας ἐπεπίθεσαν ταῖς ἀρχαῖς. Σιτίον εἰς
ἀμίδα μὴ ἐμβάλλειν· ὑποσημαίνει γὰρ ὅτι εἰς πονηρὰν
ψυχὴν ἀξεῖον λόγον ἐμβάλλειν οὐ προσῆκεν· ὁ μὲν χ̀
λόγ, προφὴ ἀφροσύνης ἐσί· τοῦτον δὲ ἀκάθαρτον ἡ

E. 5. τὸν βίον ἐπιλησδεύειν] Non explet ſententiam. Itaque magis probo lectionem quamvis pauciorum librorum, Rodolph. Leonic. Anon. Mez. Vulc. Fabric. quem ſequitur Xylander, τὸν βίον ἐλεύθερον ἐπιτηδεύειν.

F. 2. δι' ὧν πέρας ἐπετίθεσαν ταῖς ἀρχαῖς.] Ita omnes libri: nullo ſenſu. Legendum quidem γίρας pro πέρας; nec tamen ſenſus expletur.

Stateram ne tranſgrediaris: ſummam docet habendam eſſe rationem juſtitiæ, neque ejus fines exeundum. *Chœnici non inſide:* fugere jubet ignaviam, ac proſpicere de neceſſario victu. *Non cuivis injice dextram:* hoc vult, non temere eſſe cum quoquam contrahendum. *Anguſtum annulum non geſta:* id eſt, vitæ genus liberum ſectare, nec vinculo temetipſum obſtringe. *Ignem gladio non ſcrutare:* hoc dicit, iratos non eſſe irritandos, (eſt enim hoc indecorum) ſed iis concedendum. *Cor ne edas:* vult animam curis non eſſe affligendam. *Fabis abſtine:* hoc eſt, reipublicæ adminiſtrationem vita; nam olim magiſtratus per ſuffragia fabis lata creabantur. *Cibum in matulam non injice:* præcipit pravo animo non eſſe elegantem orationem committendam; eſt enim oratio cibus animi, quem cibum immundum humana

πονηρία ποιεῖ τῶν ἀνθρώπων. Μὴ ὑπερέφεσθαι ἐπὶ τοὺς ὅρους ἐλθόντας· τουτέστι, μέλλοντας ἀποθνήσκειν, καὶ τὸν ὅρον τοῦ βίου πλησίον ὄντα ὁρῶντας, φέρειν εὐκόλως καὶ μὴ ἀθυμεῖν. Ἀνακάμψω δὲ ἐπὶ τὴν ἐξ ἀρχῆς τοῦ λόγου τροπήν. ἁπάντων μὲν γὰρ, ὅπερ ἔφην, τῶν πονηρῶν ἀνθρώπων ἀπάγειν δεῖ τοὺς παῖδας, μάλιστα δὲ τῶν κολάκων. Ὅπερ γὰρ πολλάκις καὶ πρὸς πολλοὺς
13 τῶν πατέρων διατελῶ λέγων, καὶ νῦν ἂν εἴποιμι· γένος οὐδὲν ὄφιν ἐξωλέστερον, οὐδὲ μᾶλλον καὶ θᾶττον ἐκτραχηλίζον τὴν νεότητα, ὡς τῶν κολάκων, οἱ καὶ τοὺς πατέρας καὶ τοὺς παῖδας προρρίζους ἐκτρίβουσι, τῶν μὲν τὸ γῆρας ἐπίλυπον, τῶν δὲ τὴν νεότητα ποιοῦντες, τῶν δὲ συμβουλευμάτων δέλεαρ ἀφύλακτον προτείνοντες τῇ ἡδονῇ. Τοῖς παισὶ τοῖς πλουσίοις οἱ πατέρες νήφειν προτρέπουσιν, οἱ δὲ μεθύειν· σωφρονεῖν, οἱ δὲ ἀσελγαίνειν·

A. 1. διατελῶ λέγων] Ita dedi et jubente grammatica ratione et auctoritate librorum. C. D. Harl. Colleg. Nov. Flor. Aug. Mez. Vulgo διατελῶν λέγω.

A. 5. τῶν δὲ τὴν νεότητα] Aut excidit adjectivum, ut ſuſpicatus eſt etiam Schneid. forte ἐπονείδιζον, aut ſimile: aut ἐπίλυπον reponendum poſt νεότητα.

reddit perverſitas. *Ad fines ubi perveneris, non revertito:* monet, quum moriendum eſt, et finem vitæ inſtare videmus, æquo id animo eſſe ferendum, ac citra mœrorem. Sed eo unde digreſſa fuit noſtra ſe referat oratio. Sunt itaque pueri ab omnibus, ut dixi, malis hominibus abſtinendi: maxime autem ab adulatoribus. Quod enim identidem et multis dicere parentibus conſuevi, nunc quoque affirmo. Genus hominum adulatoribus peſtilentius nullum eſt, neque quod magis ac celerius juvenes in perniciem præcipitet. Illi enim et parentes et natos radicitus perdunt, et conſiliorum eſcam inevitabilem objicientes, parentum ſenectutem juxta et filiorum juventutem dolorum plenam reddunt. Divitibus liberis parentes ſobrietatem commendant, adulatores ebrietatem: illi continentiam, hi libidinem: illi parſimoniam,

φυλάττειν, οἱ δὲ δαπανᾶν· φιλεργεῖν, οἱ δὲ ῥᾳθυμεῖν. Σπυμὴ χρόνου πᾶς ὁ βίος ἐστί· λέγοντες· ζῆν καὶ B
οὐ διαζῆν πρέπει· τί δὲ φροντιστέον ὑμῖν τῶν τοῦ πατρὸς ἀπειλῶν; χρονόληρος καὶ σοροδαίμων ἐστί· καὶ μετέωρον αὐτὸν ἀράμενοι, τὴν ταχίστην ἐξοισόμεθα. Καθῆκε δέ τις καὶ χαμαιτύπην, καὶ προηγώγευσε γαμετὴν, καὶ τὰ τῶν πατέρων ἐφόδια τοῦ γήρως, προεκέχυται καὶ σεσύληκε. Μιαρὸν τὸ φῦλον, ὑποκριταὶ φιλίας, ἄγευστοι παῤῥησίας, πλουσίων μὲ κόλακες, πενήτων δὲ ὑπερόπται, ὡς ἐκ λυρικῆς τέχνης ἐπὶ τοὺς νέους ἀγόμενοι, σεσηρότες ὅθ' οἱ τρέφοντες γελῶσι, καὶ ψυχῆς ὑποβολιμαῖα καὶ νόθα μέρη βίου· πρὸς δὲ τὸ τῶν πλουσίων νεῦμα ζῶντες, τῇ τύχῃ μὲν ἐλεύθεροι, τῇ C
προαιρέσει δὲ δοῦλοι· ὅταν δὲ μὴ ὑορίζωνται, τότε ὑορίζεσθαι δοκοῦντες, ὅτι μάτην προσέφονται.

B. 9. ὡς ἐκ λυρικῆς τέχνης ἐπὶ τοὺς νέους ἀγόμενοι] Lego ὡς ἐκ λογικῆς τέχνης. Cætera ſana ſunt, nec opus mutare cum Mez. in ἐπαγόμενοι τοὺς νέους. Libri nil variant: niſi quod Harl. addit τῷ κολακεύειν poſt τέχνης.

B. 10. ψυχῆς ὑποβολ.] Legendum τύχης: *cum fortunæ tum vitæ partes ſane ſpuriæ ac ſuppoſititiæ.* Xyl. reddiderat: *animæ nothi, ac ſpuriæ vitæ partes.*

C. 3. ὅτι μάτην] Vulgo ὅτι μὴ μάτην. Forte verum erat ὅτι δὴ μάτην. Nunc μὴ delevi, jubentibus et ſententia et libris C. D. E. Moſc. 1. 2. Harl. Colleg. Nov. Flor. Aug. Vulc. Bong.

hi profuſionem: induſtriam illi, hi ignaviam. Punctum (aiunt adſentatores) temporis eſt tota noſtra vita: frui ea, non abuti ad alias res convenit: quid attinet nos minas patris curare? delirus eſt, capularis, ſilicernius, mox illum ſublimem arreptum efferemus. Non deſunt ex iis qui et ſcorta ſubmittant, et nuptas proſtituant: et, quæ parentibus erant ſenii viatica, intervertant atque rapiant. Impuri ſunt iſti homines, amicitiæ ſimulatores, libertatis imperiti, divitum adulatores, pauperum contemptores, veluti rationali quadam arte ad adoleſcentes decipiendos inſtructi, ad riſum eorum qui ipſos alunt labia in riſum diducentes, ſubditiæ fortunæ, ac ſpuriæ vitæ partes: ad nutum divitum viventes, conditione liberi, ſua voluntate ſervi, ſe contumelia affici putantes ſi non tractentur contumelioſe, ſed fruſtra alantur.

Ὥστε εἴ τῳ μέλει τῶν πατέρων τῆς τῶν τέκνων εὐαγωγίας, ἐκδιωκτέον τὰ μυσαρὰ ταῦτα θρέμματα. Ἐκδιωκτέον δὲ καὶ τὰς τῶν συμφοιτητῶν μοχθηρίας. Καὶ γὰρ ἔστι τὰς ὑπηκεστάτας φύσεις ἱκανοὶ διαφθείρειν εἰσί.

ιη'. Ταῦτα μὲν οὖν καλὰ καὶ συμφέροντα· ἃ δὲ μέλλω λέγειν, ἀνθρώπινα. Οὐδὲ γὰρ αὖ πάλιν τὰς πατέρας ἐγὼ ἀξιῶ τελέως σκληρὰς καὶ τραχεῖς εἶ-
D τὴν φύσιν, ἀλλὰ πολλαχῆ καὶ συγχωρῆσαί τινα τῷ νεωτέρῳ τῶν ἁμαρτημάτων, καὶ ἑαυτὰς ἀναμιμνήσκειν ὅτι ἐγένοντο νέοι. Καὶ καθάπερ ἰατροὶ τὰ πικρὰ τῶν φαρμάκων τοῖς γλυκέσι χυμοῖς καταμιγνύντες, τὴν τέρψιν ἐπὶ τὸ συμφέρον πάροδον εὗρον, οὕτω δεῖ τὰς πατέρας τὴν τῶν ὑπομνημάτων ἀποτομίαν τῇ πραότητι μιγνύναι· καὶ τοτὲ μὲν ταῖς ὑπηθυμίαις τῶν παίδων ἀφιέναι καὶ χαλάσαι τὰς ἡνίας, τοτὲ δ' αὖ πάλιν ἀντιτεῖναι· καὶ μάλιστα μέν, εὐκόλως φέρειν τὰς ἁμαρτίας·
E εἰ δὲ μή γε, προσοργισθέντας, ταχέως ἀποφλεγμῆναι.

D. 5. ὕτω δεῖ τὰς πατέρας] ὕτω δὴ τ. π. Ald. Bas. Xyl. Mosc. 2. At δεῖ Fabric. Pol. Rodolph. unde habuit Stephanus. Et sic reliqui nostri.

E. 1. προσοργισθέντας] D. codex quamvis bonus πρὸς καιρὸν ὀργισθέντας: quod tamen haud scio an sit interpretamentum vulgatæ.

Quare si quis est pater sollicitus de bene educandis liberis, fœdum hoc pecus domo ejiciat. Amoliatur etiam condiscipulorum pravos mores, qui satis habent virium ad corrumpendum vel optima ingenia.

XVIII. Atque hæc quidem præclara sunt, et utilia: quæ subdam, humana sunt. Nam et parentes vicissim ego nolim usquequaque duro esse et aspero ingenio, sed sæpenumero quorundam peccatorum gratiam facere adolescentibus, sibique ipsis suam adolescentiam revocare in memoriam. Ac quemadmodum medici amara medicamenta dulcibus succis permiscentes, oblectatione ad utilitatem sibi aditum aperiunt: ita convenit parentes reprehensionum severitatem lenitate temperare: et interdum habenas cupiditatibus filiorum laxare, interdum adstringere: et maxime quidem peccata æquo animo ferre: sin minus, at certe obiratos sta-

Μᾶλλον γὰρ ὀξύθυμον εἶ) δεῖ τὸν πατέρα ἢ βαρύθυμον· ὡς τό γε δυσμενὲς καὶ δυσκατάλλακτον, μισοτεκνίας ἐστὶν μικρὸν τεκμήριον ὄφελ. Καλὸν δὲ ἔνια τῶν ἁμαρτημάτων μηδὲ εἰδέναι δοκεῖν, ἀλλὰ τὸ τοῦ γήρως ἀμβλυῶτον καὶ δύσκωφον ἐπὶ τὰ γιγνόμενα μεταφέρειν, ὡς ἔνια τῶν ὁρωμένων ὁρᾶν μὴ ὁρᾶν, καὶ μὴ ἀκούειν ἀκούοντας. Φίλων ἁμαρτήματα φέρομεν· τί θαυμαστὸν εἰ τέκνων; δήλων πολλάκις κραιπαλώντων μέθην ὑπεξελέγξαμεν· ἐφείσω ποτέ, ἀλλὰ καὶ χρήσιμον· ἠγανάκτησάς ποτε, ἀλλὰ καὶ σύγνωθι· ἐβεκόλησέ ποτε δι' οἰκέτου, τὴν ὀργὴν κατάσχες· ἐξ ἀγροῦ ποτε ζεῦγος ἀφείλετο, ἦλθέ ποτε χθιζῆς μέθης ἀποπνέων, ἀγνόησον· μύρων ἀπόζων, F σίγησον· ὕπω σκιρτῶσα νεότης πωλοδαμνεῖται.

ιθ'. Πειρατέον δὲ τὰς τῶν ἡδονῶν ἅψεις καὶ πρὸς τὰς ὀπτικὰς δυσκόλους, γάμῳ καταζεύξαι· δεσμὸς γὰρ ἕτερος τῆς νεότητος ἀσφαλέστατος. Ἐγγυᾶσθαι δὲ δεῖ τοῖς υἱοῖς γυναῖκας μήτε εὐγενεστέρας πολλῷ, μήτε

tim deferveſcere. Præſtat enim patris iras ſubitas eſſe, quam graves; quia infenſus et implacabilis animus patris, non leve eſt argumentum odii erga liberos. Nec dedecet, nonnulla peccata liberorum ſimulare parentes ſe non animadvertere: quumque ſub ſenectutem viſus ſoleat audituſque hebeſcere, eo iſtam ſenſuum imbecillitatem tranſferre, ut videntes quædam quæ aguntur, non videant, audienteſque non audiant. Amicorum delicta toleramus: quid mirum ſi etiam filiorum? quando etiam ſervorum crapulam ebrietatemque ſæpe non reprehendimus. Parcus aliquando fuiſti, fac etiam impenſas: indignatus es aliquando, ignoſce viciſſim: deluſit te aliquando ſervi uſus opera, iram cohibe: par boum ex agro abduxit, venit aliquando heſternam olens crapulam, diſſimula: unguentum redolet, tace: ſic laſciviens domatur adoleſcentia.

XIX. Danda porro eſt opera ut qui voluptatibus nimis dediti ſunt, et reprehenſionibus minus obtemperantes, matrimonio devinciantur: quod eſt tutiſſimum juventutis vinculum. Uxores autem filiis collocari decet quæ neque no-

πλησιωτέρας· τὸ γὰρ, Τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλα, σοφόν· ὡς οἵγε μακρῷ κρείττους ἑαυτῶν λαμβάνοντες, οὐ τῶν
14 γυναικῶν ἄνδρες, τῶν δὲ προικῶν δοῦλοι λανθάνουσι γινόμενοι.

κ'. Βραχέα δὲ προσθεὶς αὐτοῖς, περιγράψω τὰς ὑποθήκας. Πρὸ πάντων γὰρ δεῖ τοὺς πατέρας τῷ μηδὲν ἁμαρτάνειν, ἀλλὰ πάντα ἃ δεῖ πράττειν, ἐναργεῖς ἑαυτοὺς παράδειγμα τοῖς τέκνοις παρέχειν, ἵνα πρὸς τὸν τούτων βίον ὥσπερ κάτοπτρον ἀποβλέποντες, ἀποτρέπωνται τῶν αἰσχρῶν ἔργων καὶ λόγων. Ὡς οἵ τινες τοῖς ἁμαρτάνουσιν υἱοῖς ὀπτιμῶντες, τοῖς αὐτοῖς ἁμαρτήμασι περιπίπτουσιν, ἐπὶ τῷ ἐκείνων ὀνόματι λανθάνουσιν ἑαυτῶν κατήγοροι γιγνόμενοι. Οἱ δ' ὅλως φαύλως ζῶντες, οὐδὲ τοῖς δούλοις παῤῥησίαν ἄγουσιν ὀπτιμᾶν,
B μήτοι γε δὴ τοῖς υἱοῖς. Χωρὶς δὲ τούτων, γένοιντο ἂν αὐτοῖς τῶν ἀδικημάτων σύμβουλοι καὶ διδάσκαλοι· ὅπου

F. 7. ἔλα] ἐλεῖν Ald. Baſ. Harl. At Fabricii codices, Schott. Jannot. Anon. Pol. Rodolph. ἔλα: hinc Stephanus ſumpſit: reliqui noſtri conſentiunt.
B. 1. μήτοι] Ita Stephanus ex Fabric. Et eſt aliquanto magis congruum cum hoc loco quam μήτι, quod habent Ald. Baſ. Xyl. C. D. Harl. Colleg. Nov. Moſc. 2. Flor.

bilitate generis, neque divitiis multum eos ſuperent: ſapienter enim dictum eſt, *Tibi parem age:* et qui multo ſe præſtantiores ducunt uxores, non mariti earum, ſed dotis ſervi ſua imprudentia fiunt.

XX. His pauca quædam ſi adjecero, finem præceptis imponam. Ante omnia debent parentes nihil peccando, omniaque pro officii rationibus agendo, clarum ſeſe liberis exemplum præbere: ut in iſtorum ii vitam tanquam in ſpeculum intuentes, a turpibus dictis factiſque avertantur. Etenim qui peccata filiorum increpantes, ipſi in eadem prolabuntur vitia, ii ſe non ſentiunt ſub illorum nomine ſemetipſos accuſare. Quorum vero tota vita turpis eſt, ii ne ſervos quidem objurgandi libertatem ſibi relinquunt, nedum filios. Quo accedit, quod tales patres ſcelerum conſultores ac doctores ſuis ſunt filiis: ubi

γὰρ γέροντές εἰσιν ἀναίσχυντοι, ἐνταῦθ' ἀνάγκη καὶ νέους ἀναιδεστάτους εἶναι. Πειρατέον οὖν εἰς τὸν τῶν τέκνων σωφρονισμὸν πάνθ' ὅσα προσῆκεν ὑπηρετεῖν, ζηλώσαντας τὴν Εὐρυδίκην, ἥτις Ἰλλυρὶς οὖσα καὶ τελέαρβαρος, ὅμως ἐπὶ τῇ μαθήσει τῶν τέκνων, ὀψὲ τῆς ἡλικίας ἥψατο παιδείας· ἱκανῶς δὲ αὐτῆς τὴν φιλοτεχνίαν σημαίνει τὸ πίνακιον ὅπερ ἀνέθηκε ταῖς μούσαις,

Εὐρυδίκη Ἱεραπολιῆτις τόνδ' ἀνέθηκε
Μούσαις, εὖισον ψυχῇ ἑλοῦσα πόθον. C
Γράμματα γὰρ, μνημεῖα λόγων, μήτηρ γεγαῶτα
Παίδων ἡβώντων, ἐξεπόνησε μαθεῖν.

Τὸ μὲν οὖν πάσας τὰς προειρημένας συμβουλεύειν προθυμήσεσθαι, εὐχῆς ἴσως ἔργον ἐστί· τὸ δὲ τὰς πλείους ζηλοῦσαι, καὶ αὐτὸ μὲν εὐμοιρίας δεόμενόν ἐστι, καὶ πολλῆς ἐπιμελείας· ἀνυστὸν δ' οὖν ἀνθρωπίνῃ φύσει κατέσκευεν.

C. 5. παραινέσεις, εὐχῆς ἴσως] Hoc item a Stephano receptum ex Jannotio, ut puto, in quo diſerte ita exſtat. Atque conſentiunt C. E: quippe ex quibus nil varietatis in ſchedis meis notatum reperio. Sane multo melius eſt quam εὐχῆς ἴσως ἡ παραινέσεως; quod reliqui omnes habent Ald. Baſ. Xyl. Fabr. A. D. Moſc. 1. 2. Harl. Coll. Nov. Flor. Aug.

enim ſenes ſunt impudentes, neceſſe eſt ibi adoleſcentes quoque inverecundiſſimos eſſe. Ergo ad decoram liberorum educationem quæcumque conducere poſſunt, in iis elaborandum eſt: æmulatione Eurydices: quæ quum Illyrica eſſet et plus quam barbara mulier, tamen ut filios docere poſſet, provecta jam ætate diſciplinis animum ſtudiumque applicuit. Cujus quantus fuerit erga liberos ſuos amor, ſatis declarat hæc inſcriptio ab ea Muſis conſecrata:

Eurydice, Muſis, Hierapolietis, amorem
Pectore quem fovit teſtificata, dicat,
Sermonum monimenta, parens ætatis adultæ
Gnatos, quas didicit, literulas docuit.

Enimvero omnia quæ præcepimus, ut conſequi liceat, optabile fortaſſe ſit. Pleraque vero ſequi et imitari quamquam felicitatis eſt, multæque diligentiæ: poteſt tamen ab humana præſtari natura.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΠΩΣ ΔΕΙ

ΤΟΝ ΝΕΟΝ ΠΟΙΗΜΑΤΩΝ

ΑΚΟΥΕΙΝ.

D

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΠΩΣ ΔΕΙ

ΤΟΝ ΝΕΟΝ ΠΟΙΗΜΑΤΩΝ

ΑΚΟΥΕΙΝ.

PLUTARCHI

QUOMODO

ADOLESCENS POETAS

AUDIRE DEBEAT.

α'. Εἰ μέν, ὡς Φιλόξενος ὁ ποιητὴς ἔλεγεν, ὦ Μάρκε Σήδατε, τῶν χρεῶν τὰ μὴ κρέα ἥδιστά ἐστι, καὶ
E τῶν ἰχθύων οἱ μὴ ἰχθύες, ἐκείνοις ἀποφαίνεσθαι παρῶμεν οἷς ὁ Κάτων ἔφη τῆς καρδίας τὴν ὑπερῴαν εὐαισθητοτέραν ὑπάρχειν. Ὅτι δὲ τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ λεγομένων οἱ σφόδρα νέοι τοῖς μὴ δοκοῦσι φιλοσόφως μηδὲ ἀπὸ

D. 9. Εἰ μὲν] Stephani eſt hæc lectio, ſumpta ex Jannot. Schott. Pol. Anon. Nec ex aliis meis varietatem habeo. Ald. Baſ. Xyl. Ὅτι μὲν· male. Cauſa varietatis eſt in abſentia aut ambiguitate literarum initialium.

D. 10. Σήδατε] Non dubitavi ſequi Baſ. Xyl. Grot. Mez. Reliqui omnes Σήδαπε.

I. QUOD Philoxenus poeta dixit, M. Sedate, eas carnes ſuaviſſimas eſſe quæ carnes non ſint, itemque piſces qui piſces non ſint: de eo pronuntiare ſinemus iſtos quos palato plus ſapere, quam corde, Cato aiebat. De hoc autem nobis conſtat, adoleſcentulos magis gaudere, libentiuſque obſequi, ac manſuetiores ſe præbere iis Philoſophiæ præ-

ασουδῆς λέγεσθαι, χαίρουσι μᾶλλον ἢ παρέχουσιν ὑπηκόους ἑαυτοὺς καὶ χειροήθεις, δῆλόν ἐστιν ἡμῖν. Οὐ γὰρ μόνον τὰ Αἰσώπεια μυθάρια καὶ τὰς ποιητικὰς ὑποθέσεις, καὶ τὸν Ἄβαριν τὸν Ἡρακλείδου, καὶ τὸν Λύκωνα τὸν Ἀρίστωνος διερχόμενοι, ἀλλὰ καὶ τὰ περὶ τῆς ψυχῆς δόγματα μεμιγμένα μυθολογίᾳ μεθ' ἡδονῆς ἐνθουσιῶσι. Διὸ δεῖ μὴ μόνον ἐν ταῖς περὶ ἐδωδὴν καὶ πόσιν ἡδοναῖς P
ἀφυλάκτους εὐχήμονας αὐτοὺς, ἔτι δὲ μᾶλλον ἐν ταῖς ἀκροάσεσιν καὶ ἀναγνώσεσιν ἐθίζειν, ὥσπερ ὄψῳ χρωμένους μετρίως τῷ τέρποντι, τὸ χρήσιμον ἀπ' αὐτῆς καὶ τὸ σωτήριον διώκειν. Οὔτε γὰρ πόλιν αἱ κεκλεισμέναι πύλαι τηροῦσιν ἀνάλωτον, ἂν διὰ μιᾶς παραδέξηται τοὺς πολεμίους· οὔτε νέον αἱ περὶ τὰς ἄλλας ἡδονὰς ἐγκράτειαι σώζουσιν, ἄν γε δι' ἀκοῆς λάθῃ παρέμπων αὐτόν· ἀλλ' 15

E. 5. λέγεσθαι] Recepi ex A. E. Jannot. Pol. Rodolph. Turn. Vulc. Bong. Mez. Omnes reliqui habent ἄγεσθαι.

E. 8. καὶ τὸν Ἄβαριν——ἀλλὰ καὶ τὰ περὶ τῶν ψυχῶν δ.] Hoc Steph. ſumpſit ex Jannot. et Pol. Contra, ἀλλὰ καὶ τὸν Ἄβαριν——τὰ περὶ τῶν ψυχῶν δ. habent Ald. Baſ. Xyl. Amiot. At reliqui etiam ἀλλὰ καὶ omittunt A. C. E. G. Moſc. 1. 2. Harl. Colleg. Nov. perperam.

A. 1. ἄν γε] Sic Steph. ex Pol. cum quibus alii conſentiunt: exceptis Ald. Baſ. Xyl. Moſc. 1. 2. Harl. qui habent ἄν τι. Colleg. Nov. ſimpliciter ἄν.

ceptis quæ philoſophice et ſerio dicta non videntur. Non enim Æſopicas tantum fabellas, et poetica argumenta, ſed et Heraclidis Abarin, et Ariſtonis Lyconem, ſed et ſententias de anima fabulis permixtas legentes, quaſi cæleſti quodam inſtinctu non ſine voluptate excitantur. Quare non id modo curandum eſt, ut in voluptatibus quæ ex cibo et potu percipiuntur, modeſtiam ſervent: ſed magis etiam ad hoc ſunt adſuefaciendi, ut in lectionibus et auditionibus delectatione tanquam opſonio modice fruantur, utiliaque et ſalubria ex iis captent. Nam neque urbi, portæ cæteræ clauſæ id præſtabunt ut non capiatur, ſi per unam aliquam hoſtes recipiantur: neque adoleſcentem continentia adverſus reliquas voluptates adhibita conſervabit, ſicubi imprudens per auditum ſe illis capiendum dederit: quinimo

ὅσον μᾶλλον αὐτὴ δ' φρονεῖν καὶ λογίζεσθαι πεφυκότ@ ἅπεται, τοσοῦτον μᾶλλον ἀμεληθεῖσα βλάπει καὶ διαφθείρ{ τὸν συγκλεξάμενον. Ἐπεὶ τοίνυν ὅτε ἴσως δυνατόν ἐστιν, ὅτε ὠφέλιμον, ποιημάτων ἀπείργειν τὸν τηλικοῦτον ἡλίκος σύμός τε νῦν Σώκλαρός ἐστι καὶ ὁ σὸς Κλέανδρ@, εὖ μάλα συμφυλάττωμεν αὐτούς, ὡς ἐν ταῖς ἀναγνώσεσι μᾶλλον ἢ ταῖς ὁδοῖς παιδαγωγίας δεομένους. Ἅπερ οὖν ἐμοὶ περὶ ποιημάτων εἰπεῖν προὔφθη ἐπῆλθε, νῦν πρός σε γεγραμμένα πέμψαι
B διανοήθην. Καὶ λαβὼν ταῦτα δίελθε· κἂν δοκῇ σοι μηδὲν εἶναι φαυλότερα τῶν ἀμεθύστων καλουμένων, ἅ τινες ἐν τοῖς πότοις προβάλλονται καὶ προλαμβάνουσι, μεταδίδου τῷ Κλεάνδρῳ, καὶ προκαταλάμβανε τὴν φύσιν αὐτοῦ διὰ τὸ μηδαμοῦ νωθρὸν, ἀλλὰ παντάχοῦ σφο-

A. 9. Ἅπερ ἂν ἐμοὶ—· κἂν δοκῇ σοι] Est Stephani lectio ex Jannotio sumpta: vereor ut vera sit. Ald. Bas. certe perperam: Ἀλλ' ἂν ἐμοὶ περὶ ποιημάτων εἰπόντι πρώην, ἐπῆλθε νῦν πρός σε γεγραμμένα διελθεῖν· κἂν δοκῇ σοι. Magna, nec hic enumeranda, est varietas librorum. Probanda est ut lectio, nisi vera, certe legitima, ea in qua consentiunt duo boni et antiqui codices A. et E. Ἃ δ' ἂν ἐμοὶ, περὶ ποιημάτων εἰπόντι πρώην, ἐπῆλθε νῦν πρός σε γεγραμμένα πέμψαι, δίελθε· κἂν δοκῇ σοι.

B. 3. ποτοῖς] Sic A. C. E. Harl. T. V. Bong. Leonic. Jannot. Rodolph. Pol. Mez. Xyl. atque adeo Ed. Paris. Græco-Lat. anni 1624. At male πόνοις Ald. Bas. Steph. et Græco-Lat. duæ anni 1599 et 1620. Item reliqui codices.

auditus quo mentem ac rationem propius attingit, eo plus damni ac corruptelæ affert ei homini qui per negligentiam admiserit illecebram. Quoniam itaque neque fortassis licet, neque etiam expedit, a poematibus arceri eo natu adolescentem quo Soclarus meus est et tuus Cleander: peraccurate hi nobis observandi sunt, quippe qui in legendo magis quam in ambulando custodis egeant. Proinde quem nuper de poetis sermonem habui, eum mihi subiit in præsentia conscriptum ad te mittere. Quem ubi perlegeris; si quidem tibi videbitur non minorem vim iis habere medicamentis quæ nonnulli ad convivia, ebrietatis arcendæ causa appensa gestant, adhibentque anteaquam potent; Cleandro imperti, iisque ingenium ipsius, quod ob vigorem et ala-

δεὸν καὶ δεδορκὸς, εὐαγωγοτέραν ἂν ἀπὸ τῶν τοιούτων ἴσαν.

Πεπλύποδος κεφαλῇ ἔνι μὲν κακὸν, ἔνι δὲ καὶ ἐσθλόν·

Ὅτι τῷ βρωθῆναι μέν ἐστιν ἥδιστος, δυσόνειρον δὲ ὕπνον ποιεῖ, φαντασίας ταραχώδεις καὶ ἀλλοκότους δεχόμενον, ὡς λέγουσιν. Οὕτω δὴ καὶ ποιητικὴ πολὺ μέν τὸ ἡδὺ καὶ πρόφιμον νέοις ψυχῆς ἔνεστιν, οὐκ ἔλαττον δὲ τὸ ταραχτικὸν καὶ πλάφον, ἂν μὴ τυγχάνῃ παιδαγωγίας ὀρθῆς ἡ ἀκρόασις. Οὐ γὰρ μόνον, ὡς ἔοικε, περὶ τῆς τῶν Αἰγυπτίων χώρας, ἀλλὰ καὶ περὶ τῆς ποιητικῆς ἐστιν εἰπεῖν, ὅτι

Φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρὰ

τοῖς χρωμένοις ἀναδίδωσιν.

Ἐνθ' ἔνι μὲν φιλότης, ἐν δ' ἵμερος, ἐν δ' ὀαριστὺς,
Πάρφασις ἥτ' ἔκλεψε νόον πύκα περ φρονεόντων.

Οὐ γὰρ ἅπεται τὸ ἀπατηλὸν αὐτῆς ἀβελτέρων κομιδῇ

B. 9. τῷ βρωθῆναι] τῷ unus omittit C. Nec tamen delere ausim.
C. 7. τοῖς χρωμένοις] Secutus sum A. E. Mosc. 1. Harl. Rodolph. In Mosc. 2. additum αὐτοῖς a correctore. In G. est αὖ τοῖς. Vulgo αὐτοῖς χρωμένοις.

critatem acumenque facile ducatur, præmuni.

Polypodis capiti perhibent bonum ineſſe malumque.

Nam ſuaviſſimum eſu quum ſit, inſomnioſum ſomnum facere, ac turbulenta et abſurda viſa excitare creditur. Eodem ſane modo poeſis quoque multa jucunda et adoleſcentium animis alendis accommoda in ſe habet: non pauciora vero quæ conturbent eum, et de ſanitate mentis dimoveant, ubi lectioni recta inſtitutio defuerit. Neque enim de Ægypto tantum, ſed de poetica etiam licet dicere,

Illam noxia multa, et multa ſalubria ferre

ipſa utentibus medicamenta. Etenim

Hic amor, hic deſiderium latet, hic quoque blandum
Alloquium, quamvis ſapientem fallere ſolers.

Quippe illecebræ ejus fatuos plane et ſtupidos non attin-

καὶ ἀνοήτων. Διὸ καὶ Σιμωνίδης μὲν ἀπεκρίνατο πρὸς
D τὸν εἰπόντα, Τί δὴ μόνους οὐκ ἐξαπατᾷς Θετταλούς, Ἀμαθέστεροι γάρ εἰσιν ἢ ὡς ὑπ' ἐμοῦ ἐξαπατᾶσθαι. Γοργίας δὲ τὴν τραγῳδίαν εἶπεν ἀπάτην, ἣν ὁ, τε ἀπατήσας, δικαιότερος ὁ μὴ ἀπατήσαντος, καὶ ὁ ἀπατηθεὶς, σοφώτερος ὁ μὴ ἀπατηθέντος. Πότερον οὖν τὸν νέων, ὥσπερ τὸν Ἰθακησίων, κηρῷ τινι τὰ ὦτα ἀτέκτῳ καταπλάττοντες ἀναγκάζωμεν αὐτοὺς τὸ Ἐπικούρειον ἀκόπον ἀραμένους, ποιητικὴν φεύγειν καὶ παρεξελαύνειν; ἢ μᾶλλον ὀρθῷ τινι λογισμῷ περιστάντες καὶ καταδέοντες τὴν κρίσιν, ὅπως μὴ παραφέρηται τῷ τέρποντι πρὸς τὸ βλάπτον, ἀποδύνωμεν καὶ παραφυλάττωμεν;

E Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ Δρύαντος υἱὸς κρατερὸς Λυκόοργος

ὑγιαίνοντα νῦν εἶχεν, ὅτι πολλῶν μεθυσκομένων καὶ παροινούντων, τὰς ἀμπέλους περιὼν ἐξέκοπεν, ἀντὶ δὲ τὰς κρήνας ἐγγυτέρω προσαγαγεῖν, καὶ μαινόμενον θεὸν, ὥς φησιν ὁ Πλάτων, ἑτέρῳ θεῷ νήφοντι κολαζόμενον σωφρο-

gunt. Quare Simonides quoque interrogatus cur ſolos Theſſalos non deciperet: *rudiores eſſe* reſpondit, *quam qui ab ipſo decipi poſſent*. Et Gorgias, *tragœdiam*, dixit, *eſſe impoſturam, quam et qui adhiberet, non adhibente juſtior, et qui paſſus eſſet, non paſſo eſſet ſapientior*. Utrum igitur adoleſcentum, ut ille Ithacenſium, aures velut cera ſolida obthurantes, cogemus lintre Epicurea poeſin prætervehi atque fugere? an vero recta potius quadam ratione judicium circumdantes atque vincientes ita dirigemus, ut ne delectatione ad noxia deferantur?

Nam neque atrox, natus genitore Dryante, Lycurgus

ſana eſt uſus mente, quod multis vino captis ac per temulentiam peccantibus, vites paſſim excidit: quum debuiſſet potius fontes propius adducere, inſanumque, ut ait Plato, deum alio ſobrio repreſſum

νίζειν. Ἀφαιρεῖ γὰρ ἡ κρᾶσις τοῦ οἴνου τὸ βλάπτον, οὐ σωαναιροῦσα τὸ χρήσιμον. Μηδὲ ἡμεῖς οὖν τὴν ποιητικὴν ἡμερίδα τῶν μουσῶν ἐκκόπτωμεν μηδ' ἀφανίζωμεν· ἀλλ' ὅπου μὲν ὑφ' ἡδονῆς ἀκράτου πρὸς δόξαν αὐθαδῶς θρασυνόμενον ἐξυβρίζει καὶ ὑλομανεῖ τὸ μυθῶδες αὐτῆς καὶ θεατρικόν, ἐπιλαμβανόμενοι κολούωμεν καὶ πιέζωμεν· ὅπου δὲ ἄπεταί τινος μούσης τῇ χάριτι, καὶ τὸ γλυκὺ τοῦ λόγου καὶ ἀγωγὸν, οὐκ ἄχαρπόν ἐστιν, οὐδὲ κενόν, ἐνταῦθα φιλοσοφίαν εἰσάγωμεν, καὶ καταμιγνύωμεν. Ὥσπερ γὰρ ὁ μανδραγόρας ταῖς ἀμπέλοις παραφυόμενος, καὶ παραδιδοὺς τὴν δύναμιν εἰς τὸν οἶνον, μαλακωτέραν ποιεῖ τὴν καταφορὰν τοῖς πίνουσιν, οὕτω τοὺς λόγους ἡ ποίησις ἐκ φιλοσοφίας ἀναλαμβάνουσα μιγνυμένους πρὸς τὸ μυθῶδες, ἐλαφρὰν καὶ προσφιλῆ παρέχει τοῖς νέοις τὴν μάθησιν. Ὅθεν οὐ φευκτέον ἐστὶ τὰ ποιήματα τοῖς φιλοσοφεῖν μέλλουσιν, ἀλλ' F

E. 8. ἡμερίδα] Steph. Pol. Jannot. Schott. Anon. Exemplum Turneb. Nec reliqui diſſentiunt codices, exceptis Ald. Baſ. Xyl. Grot. E. Moſc. T. V. B. in quibus non æque elegans eſt lectio μερίδα.

caſtigare. Nam id quod noxium eſt, de vino aufert aqua admixta, at, quod bonum, non aufert. Neque nos ſane poeticam Muſarum vitem exſcindamus aut aboleamus: ſed ubi præ mera voluptate fabuloſa ejus et theatralis pars contumaciter ſe jactat et effert, nimiaque ubertate luxuriat, hanc injecta manu inhibeamus; ubi vero erudita eſt venuſtas, et ſuavis atque alliciens animum oratio vana fructuſve expers non eſt, eo philoſophiam introducamus atque admiſceamus. Quemadmodum enim mandragora juxta vites naſcens, ſuamque in vinum vim diffundens, efficit ut ſuavius dormiant qui id biberunt: ſic poeſis e philoſophia doctrinam deſumens, eamque fabulis permiſcens, facilem ejus et gratam adoleſcentibus perceptionem præbet. Non ergo fugienda ſunt poemata philoſophaturis: ſed per poemata inge-

16 ἐν ποιήμασι προφιλοσοφητέον· ἐθιζομένους ἐν τῷ τέρποντι τὸ χρήσιμον ζητεῖν καὶ ἀγαπᾶν· εἰ δὲ μή, μαμάχεσθαι καὶ δυσχεραίνειν. Ἀρχὴ γὰρ αὕτη παιδεύσεως,

Ἔργῳ δὲ παντὸς ἥν τις ἄρχηται καλῶς,
Καὶ τὰς τελευτὰς εἰκὸς ἔσθ' ὕτως ἔχειν,

κατὰ τὸν Σοφοκλέα.

Β'. Πρῶτον οὖν εἰσάγωμεν εἰς τὰ ποιήματα μηδὲν ὕπω μεμελετημένον ἔχοντα καὶ προχειρον, ὡς τὸ,

— Πολλὰ ψεύδονται ἀοιδοὶ,

τὰ μὲν ἑκόντες, τὰ δὲ ἄκοντες. Ἑκόντες μέν, ὅτι πρὸς ἡδονὴν ἀκοῆς καὶ χάριν, ἣν οἱ πλεῖστοι διώκουσιν,
B αὐστηροτέραν ἡγοῦνται τὴν ἀλήθειαν τοῦ ψεύδους. Ἡ μὲν γὰρ ἔργῳ γινομένη, κἂν ἀτερπὲς ἔχῃ τέλος, ὅμως ἥδεται· τὸ δὲ πλαττόμενον λόγῳ, ῥᾷστα προχωρεῖ καὶ πέπεται πρὸς τὸ ἥδιον ἐκ τοῦ λυποῦντος. Οὔτε

A. 1. προφιλοσοφητέον] Revocavi ex A. C. E. G. Mosc. 1. Pol. Reliqui omnes προσφιλοσοφητέον. Correxi Latina.

nium ad philosophiam præparandum, adsuescendumque ut in jucundo utilitatem quærat, et eam amplectatur: repugnet, et succenseat jucundo, quod non conjunctum sit cum utilitate. Hoc enim eruditionis principium est. Atqui secundum Sophoclem,

Quodcumque recte et ordine incipies opus,
Huic iturum prosperum finem, puta.

II. Primum ergo introducamus in poemata eum cui nihil ita meditatum in promptuque sit atque illud,

—Permulta canunt mendacia vates:

id quod partim coacti, partim sponte faciunt. Sponte, quia ad delectationem auditionis, et gratiam, quam plurimi captant, austeriorem veritatem putant mendacio. Veritas enim quia re et facto fit, tametsi exitum habet tristem, non mutatur: mendacium, quia fingitur, facillime cedit, et de tristi in jucundum mutatur. Nam neque numeri,

γὰρ μέτρον, ἢ τρόπος, ἢ λέξεως ὄγκος, ἢ εὐκαιρία μεταφορᾶς, ἢ ἁρμονία καὶ σύνθεσις ἔχει τοσοῦτον αἰμυλίας καὶ χάριτος, ὅσον εὖ πεποιημένη διάθεσις μυθολογίας. Ἀλλ' ὥσπερ ἐν γραφαῖς κινητικώτερόν ἐστι χρῶμα γραμμῆς, διὰ τὸ ἀνθρώπειον καὶ ἀπατηλόν, οὕτως ἐν ποιήμασι μεμιγμένον πιθανότητι ψεῦδος ἐκπλήττει καὶ ἀγαπᾶται μᾶλλον τῆς ἀμύθου καὶ ἁπλάστου τοῦ μέτρου καὶ λέξιν κατασκευῆς. Ὅθεν ὁ Σωκράτης C ἔκ τινων ἐνυπνίων ποιητικῆς ἁψάμενος, αὐτὸς μέν, ἅτε δὴ γεγονὼς ἀληθείας ἀγωνιστὴς τὰ πάντα βίον, οὐ πιθανὸς ἦν οὐδ' εὑρεῖν ψευδῶν δημιουργός· τοὺς δὲ Αἰσώπου τοῖς ἔπεσι μύθους ἐνόμιζεν, ὡς ποίησιν οὐκ οὖσαν ἧς τὸ ψεῦδος μὴ πρόσεστι. Θυσίας μὲν γὰρ ἀχόρους καὶ ἀναύλους ἴσμεν, οὐκ ἴσμεν δὲ ἄμυθον οὐδὲ ἀψευδῆ ποίησιν. Τὰ δ' Ἐμ-

B. 7. πεποιημένη] Retinui ut proprium in hac re, a Stephano receptum, et libris confirmatum, Schott. Rodolph. Pol. Exempl. Turn. Moſc. 1. et reliquis: præter Ald. Baſ. Xyl. C. G. Moſc. 2. Harl. qui habent πεπλεγμένη.

C. 5. ἐνόμιζεν] Vix ſanum, licet in omnibus libris exhibitum. Forte ſcripſerat auctor ἐνήμοζεν. Minus placet, quod Moſc. 2. a correctore habet ἐνέμιξε, et Mez. ἐκόσμησε.

neque verborum mutatio, neque dictionis majeſtas, neque tranſlationis opportunitas, neque concinnitas et compoſitio, tantum habet blanditiæ atque gratiæ, quantum fabulæ apte connexa diſpoſitio. Enimvero ſicut in picturis color plus afficit quam linea, propter ſimilitudinem corporis, et fallendi dotem: ita in poematibus mendacium probabilitate temperatum magis percellit, et gratius eſt apparatu carminis et dictionis fabula et figmento carente. Itaque Socrates quibuſdam ſomniis ad ſcribendum carmen compulſus, ipſe, ut qui per omnem vitam pro veritate decertaſſet, facultate probabilia mendacia fabricandi deſtituebatur: quare Æſopi fabellas in carminis modos redegit: poeſin non putans eam a qua abeſſet mendacium. Etenim ſacrificia quædam novimus choris et tibiis carentia: poeſin fabularum et figmentorum expertem non novimus. Nam Empedoclis et Parme-

πεδοκλέους ἔπη καὶ Παρμενίδου, καὶ Ἐμπεδοκλέους, καὶ Νικάνδρου, καὶ γνωμολογίαι Θεόγνιδος, λόγοι εἰσὶ κεχρημένοι παρὰ ποιητικῆς, ὥσπερ ὄχημα, τὸν ὄγκον καὶ τὸ μέτρον, ἵνα
D τὸ πεζὸν ἀφαφύγωσιν. Ὅταν οὖν ἄτοπόν τι καὶ δυσχερὲς ἐν τοῖς ποιήμασι λέγῃ περὶ θεῶν, ἢ δαιμόνων, ἢ ἀρετῆς, ὑπ' ἀνδρὸς ἐλλογίμου καὶ δόξαν ἔχοντος, ὁ μὴ ὡς ἀληθῆ προσδεξάμενος λόγον, σῴζῃ φερόμενος, καὶ διέφθαρται τὴν δόξαν· ὁ δὲ μεμνημένος ἀεὶ καὶ κατέχων εὐαρμόστως τῆς ποιητικῆς τὴν περὶ τὸ ψεῦδος γοητείαν, καὶ δυνάμενος λέγειν ἑκάστοτε πρὸς αὐτήν,

Ὦ μηχάνημα, σφιγγὸς αἰολώτερον,

τί παίζουσα τὰς ὀφρῦς συνάγεις; τί δ' ὑφαπτῶσα προσποιῇ διδάσκειν; οὐδὲν πείσεται δεινόν, οὐδὲ πιστεύσει
E φαῦλον. Ἀλλ' ὑπολήψεται μὴ αὐτῷ φοβουμένου τὸν Ποσειδῶνα, καὶ ταρβοῦντος μὴ τὴν γῆν ἀναῤῥήξῃ, καὶ

D. 8. σφιγγὸς] Sic Pol. unde Stephanus ſumpſiſſe videtur. Αυγγὸς, Ald. Baſ. Xyl. A. C. E. G. Moſc. 1. 2. Harl. Colleg. Nov. nec reliqui diſſentiunt.

E. 1. ἐπιλήψεται μὲν αὐτῷ] Sanus locus: modo legas cum Amiot. et Xyl. αὐτῷ pro vulgato αὐτῷ. Mox corrigendum τῷ Ἀπόλλωνι quod Xyl. exhibuit, et ego item in contextu ſecutus ſum et in verſione reddidi. Vulgo erat in omnibus libris, τοῦ Ἀπόλλωνος.

nidis verſus, Theriaca Nicandri, ac ſententiæ Theognidis, orationes ſunt, ut pedeſtris inceſſus humilitatem effugerent, granditatem et menſuram a poetica pro vehiculo mutuatæ. Proinde ubi abſurdum aliquid aut durum in poematibus dicitur ab aliquo præſtanti viro de diis, dæmonibus, aut virtute: is qui eum ut verum amplectitur ſermonem, in errorem incidit, falſaque opinione animum corrumpit. At, qui nunquam immemor eſt poeticarum in mentiendo præſtigiarum, quique eas perſpicuas ſemper habet, et idemtidem poeſin ſic compellare poteſt,

O machinatrix ſphinge vel verſutior,
quid ludens, ſupercilia adducis? quid fallens, docere te ſimulas?

is, inquam, mali nihil feret, neque quicquam abſurdi credet. Nimirum is ſe revocabit ac reprehendet metuentem ne Neptunus terram eru-

ἀπογυμνώσῃ τὸν ἅδλιον· ἐπιλήψεται δὲ τῷ Ἀπόλλωνι χαλεπαίνοντος ὑπὲρ τοῦ θεράποντος τῶν Ἀχαιῶν,

Ὃν αὐτὸς ὑμνῶν, αὐτὸς ἐν δαίτῃ παρὼν,
Αὐτὸς τάδ' εἰπὼν, αὐτός ἐστιν ὁ κτανών.

Παύσεσθαι δὲ τὸν φθιτὸν Ἀχιλλέα καὶ τὸν Ἀγαμέμνονα τὸν καθ' ἅδου δακρύων, ἀδυνάτοις καὶ ἀθενεῖς χεῖρας ὀπιθυμίᾳ τοῦ ζῆν ὀρέγοντας. Ἂν δέ που σωτηρίᾳ τοῖς πάθεσι καὶ κρατῆται φαρμακόμενος, οὐκ ὀκνήσῃ πρὸς ἑαυτὸν εἰπεῖν,

Ἀλλὰ φόωσδε τάχιστα λιλαίεο, ταῦτα δὲ πάντα
Ἴδ', ἵνα καὶ μετόπισθε τεῇ εἴπῃσθα γυναικί. F

Καὶ δὴ τοῦτο χαριέντως Ὅμηρος εἰς τὴν νεκυίαν εἶπεν, ὡς γυναικὸς ἀκρόασιν οὖσαν διὰ δὴ τὸ μυθῶδες. Τοιαῦτα γάρ ἐστιν ἃ πλάττουσιν ἑκόντες οἱ ποιηταί. Πλείονα δὲ, ἃ μὴ πλάττοντες, ἀλλ' οἰόμενοι καὶ δοξάζοντες αὐτοὶ, πρόσαναχρώννυται τὸ ψεῦδος ἡμῖν. Οἷον, ὅτι τοῦ Διὸς εἰρηκότος Ὁμήρῳ,

E. 5. δαίτῃ] Dedi cum Grotio. Alii omnes libri διαίτῃ. Mosc. 1. δαιτί. Xyl. θοινὴ ex Platone Rep. ii. fin. ubi Æschyli locus exstat.

at, et inferos detegat: reprehendet se porro Apollini iracentem ob principem Achivorum,

Qui laudat ipse, qui interest convivio,
Qui hæc fatus ipse est, ipse eum letho dedit.

Quin et extinctos jam et apud Orcum sitos deflere desinet Achillem ac Agamemnonem cupiditate vivendi manus viribus cassas protendentes. Quod si cui a perturbationibus superatus victusque beneficio erit, nulla interposita mora ita seipsum alloquetur:

Affecta reditum, superas repete ocyus auras
Atque hæc uxori quondam narrare memento.

Venuste enim hoc in suam Necyam dixit Homerus, quasi ea auditio propter fabulas mulieribus congruat. Ac talia quidem sunt quæ poetæ sua sponte fingunt. Plura sunt quæ non fingentes, sed ita esse opinantes, falsitatem eam nobis pigmentis fucatam affricant. Ut, quum de Jove Homerus dixerit,

17 Ἐν δ' ἐτίθει δύο κῆρε ταν ηλεγέος θανάτοιο,
Τὴν μὲν Ἀχιλλῆος, τὴν δ' Ἕκτορος ἱπποδάμοιο.
Ἕλκε δὲ μέσσα λαβών· ῥέπε δ' Ἕκτορος αἴσιμον ἦμαρ.
Ὤχετο δ' εἰς Ἀΐδαο, λίπεν δέ ἑ Φοῖβος Ἀπόλλων·

τραγῳδίαν ὁ Αἰσχύλος ὅλῃ τῷ μύθῳ περιέθηκεν, ὀπισχράψας Ψυχοστασίαν, καὶ παραστήσας ταῖς πλάστιγξι τὸν Διὸς, ἔνθεν μὲν τὴν Θέτιν, ἔνθεν δὲ τὴν Ἠῶ, δεομένας ὑπὲρ τῶν υἱέων μαχομένων. Τοῦτο δὲ παντὶ δῆλον, ὅτι μυθοποίημα καὶ πλάσμα πρὸς ἡδονὴν ἢ ἔκπληξιν ἀκροατοῦ γέγονε. Τὸ δὲ,

B Ζεὺς ὅς' ἀνθρώπων ταμίης πολέμοιο τέτυκται·

Καὶ τὸ,

— Θεὸς μὲν αἰτίαν φύει βροτοῖς,
Ὅταν κακῶσαι δῶμα παμπήδην θέλῃ.

Ταῦτα δὲ ἤδη τινὶ δόξαν εἴρηται καὶ πίστιν αὐτῶν, ἣν ἔχουσιν ἀπάτῃ περὶ θεῶν καὶ ἄγνοιαν, εἰς ἡμᾶς ἐκφερόντων καὶ μεταδιδόντων. Πάλιν αἱ περὶ τὰς νεκυίας πραγματεῖαι καὶ ἀφάτοις ὀνόμασι φοβερῆς ἐνδημιουρ-

In trutina fata imponit diverſa duorum,
Pelidæ huic magni, pugnacis at Hectoris illi.
Suſtentat mediam: lethali pondere fatum
Hectoris, ad manes vergit: tunc Hectora Phœbus
Deſeruit:——

totam tragœdiam huic fabulæ aptavit Æſchylus, titulo Pſychoſtaſiæ: aſſiſtere enim facit lancibus Jovis, alteri Thetidem, alteri Auroram, deprecantes pro filiis ſuis Achille et Memnone manum conſerentibus. Hoc vero nemo non videt, fabulam eſſe hanc delectandi aut perterrendi auditoris cauſa confictam. Hæc autem,

Jupiter humanæ diſpenſans prælia genti:

Et,

Mortalibus nam Jupiter cauſam ſerit,
Quum clade ſtatuit vertere inviſam domum.

Hæc jam ex ipſorum ſunt dicta opinione, qui ſuum de diis errorem et ignorationem nobis tradunt. Jam illæ apud inferos portentorum fictiones et diſpoſitiones, quæ terribilibus nominibus ſpectra et ſimula-

γῦσαι φάσματα καὶ εἴδωλα ποταμῶν φλεγμαίνων, καὶ τόπων ἀγρίων, καὶ κολασμάτων σκυθρωπῶν, ὑπὸ πάνυ πολλοὺς ἁλίσκεσθαι νῦν ὅτι τὸ μυθῶδες αὐτοῖς πολὺ, καὶ τὸ ψεῦδος, ὥσπερ τροφαῖς τὸ φαρμακῶδες, ἐγκέκραται· καὶ ὅτε Ὅμηρος, ὅτε Πίνδαρος, ὅτε Σοφοκλῆς πεπεισμένοι ταῦτα ἔχειν ὕτως, ἔγραψαν,

Ἔνθεν τὸν ἄπειρον ἐρεύγονται σκότον
Βληχροὶ δνοφερᾶς νυκτὸς ποταμοί.

Καὶ,

Παὰρ δ' ἴσαν Ὠκεανῦτε ῥοὰς καὶ Λευκάδα πέτρην.

Καὶ,

Στενωπὸς ᾅδου καὶ παλίῤῥοια βυθοῦ.

Ὅσοι μὴ τὸν θάνατον ὡς οἰκτρὸν, ἢ τὴν ἀταφίαν ὡς δεινὸν ὀλοφυρόμενοι καὶ δεδιότες, φωνὰς ἐξενηνόχασι,

Μή μ' ἄκλαυστον ἄθαπτον ἰὼν ὄπιθεν καταλείπῃς.

Καὶ,

B. 9. φάσματα] φαντάσματα Ald. Baſ. Xyl. E. Moſc. 2. Harl. Colleg. Nov.
C. 12. καταλείπῃς] καταλείπειν Ald. Baſ. Xyl. Καταλιπεῖν Harl. Moſc. 2.

chra fabricantur ardentium fluminum, locorum horribilium, ac terribilium ſuppliciorum: fere ab omnibus deprehenduntur eſſe fabuloſæ admodum, et in quibus tanquam in alimentis venenum, ita mendacium ſit admixtum: ſed neque Homerus, neque Pindarus, neque Sophocles, quaſi ſic eſſe perſuaſum haberent, ita ſcripſerunt:

Ubi immenſas ructant tenebras
Validi umbroſæ noctis fluvii.

Item,

Oceani fluctus legere, et Candida ſaxa.

Item,

Orcique fauces æſtus et voraginis.

Itaque quotquot mortem veluti miſerabilem, et ſepulturæ privationem tanquam miſeram rem deplorantes, hujuſmodi voces ejecerunt:

Ne me abiens, inhumatum indefletumque relinquas.

Item,

Ψυχὴ δ' ἐκ ῥεθέων πταμένη ἀϊδός δ' ἐβεβήκει,
D Ὃν πότμον γοόωσα, λιποῦσ' ἀδροτῆτα καὶ ἥβην.

Καὶ,

Μή μ' ἀπολέσῃς ἄωρον· ἠδὺ γὲ τὸ φῶς
Λεύσσειν· τὰ δ' ὑπὸ γῆν μή μ' ἰδεῖν ἀναγκάσῃς·

Αὗται πεπονθότων εἰσὶ καὶ προσεαλωκότων ὑπὸ δόξης καὶ ἀπάτης. Διὸ μᾶλλον ἅπτονται καὶ ἀφαιρήσουσιν ἡμᾶς, ἀναπιμπλαμένους τῶν πάθους καὶ τῆς ἀσθενείας, ἀφ' ἧς λέγονται. Πρὸς ταῦτα δὴ πάλιν παρασκευάζωμεν εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς ἔχειν ἔναυλον ὅτι ποιητικὴ μὲν ἐ πάνυ μέλον ἐστὶ τῆς ἀληθείας· ἡ δὲ περὶ ταῦτα ἀλήθεια, καὶ τοῖς μηδὲν ἄλλο πεποιημένοις ἔργον ἢ γνῶσιν καὶ
E μάθησιν τῶν ὄντος, εὖ μάλα δυσθήρατός ἐστι, καὶ δύσληπτος, ὡς ὁμολογοῦσιν αὐτοί. Καὶ τὰ Ἐμπεδοκλέους ἔπη ἔστω παρόντα ταυτὶ οὕτως,

Οὔτ' ἐπιδερκτὰ τάδ' ἀνδράσιν, οὔτ' ἐπακουστὰ,
Οὔτε νόῳ περιληπτά.—

D. 1. ἀδροτῆτα] ἀνδροτῆτα Ald. Baſ. Xyl. E. C. Colleg. Nov. permutatione ſolemni.
D. 5. προσεαλωκότων] Forte προεαλωκότων, ut C. Baſ. Xyl. Turneb.
E. 3. ἔπη] Stephanus aſſumpſit ex Jannot. et Pol. Certe deeſt in Ald. Baſ. Xyl. A. E. G. Harl. Coll. Nov. Moſc. 1. 2. Exemplo Turn.

Tunc anima ad manes de membris mœſta volavit,
Interitumque ſuum lugens, et robur, et annos.

Item,

Ah! ne me acerbam perime: conſpicere hunc diem
Dulce eſt. Videre ne adige, quæ tellus regit.

Hæ, inquam, voces ſunt ita ſentientium, et erroris morbo captorum. Quo magis nos attingunt, et perturbatione iſta atque imbecillitate implent, a qua proficiſcuntur. Adverſum hæc ergo rurſus prompte id aures noſtras perſonet, poeſi non admodum curæ eſſe veritatem: quod autem verum ſit de his rebus, id ne ab iis quidem qui in aliam nullam quam hujus ipſius rei diſcendæ cognoſcendæque curam incubuerint, omnino percipi aut inveſtigari potuiſſe: quod ipſi etiam fatentur. Atque hic ad manum ſint Empedoclea hæc:

Non oculis poſſunt homines, non auribus iſta,
Non comprehendere mente.—

Καὶ τὰ Ξενοφάνους,

Καὶ τὸ μὲν οὖν σαφὲς οὔτις ἀνὴρ γένετ' οὐδέ τις ἔσται
Εἰδὼς ἀμφὶ θεῶν τε καὶ ὅσσα λέγω περὶ πάντων·

Καὶ νὴ Δία τὰ Σωκράτους ἐξομνυμένου πρὰ Πλάτωνι τὴν περὶ τούτων γνῶσιν. Ἦθον γὰρ ὡς εἰδόσι τι περὶ τούτων προσέξουσι τοῖς ποιηταῖς, ἐν οἷς τοὺς φιλοσόφους ἰλιγγιῶντας ὁρῶσιν.

γ'. Ἔτι δὲ μᾶλλον ὀφείλομεν αὐτὸν, ἅμα τῷ προσάγειν τοῖς ποιήμασιν ἐπιγράφοντες τὴν ποιητικὴν, ὅτι μιμητικὴ τέχνη καὶ δύναμίς ἐστιν ἀντίστροφος τῇ ζωγραφίᾳ. Καὶ μὴ μόνον ἐκεῖνο τὸ θρυλλούμενον ἀκηκοὼς ἔστω, ζωγραφίαν μὲν σιωπῶσαν φθεγγομένῳ τὴν ποίησιν, ποίησιν δὲ σιγῶσαν τὴν ζωγραφίαν· ἀλλὰ πρὸς τούτῳ διδάσκωμεν αὐτὸν ὅτι γεγραμμένῳ σαῦρον ἢ πίθηκον, ἢ Θερσίτου πρόσωπον ἰδόντες ἡδόμεθα καὶ θαυμάζομεν, οὐχ ὡς καλὸν, ἀλλ' ὡς ὅμοιον. Οὐσίᾳ μὲν γὰρ ὁ δύ-

E. 8. ὅσσα] ἄσσα E. Mosc. 1. 2. Harl. Exempl. Turn. T. V.

Et illa Xenophanis,

De superis, sed et hæc quæ cœpi dicere cunctis,
Nullus homo fuit, aut qui possit certa docere,
Existet.——

Sed et Socratis verba apud Platonem ejurantis istarum rerum notitiam. Minus enim poetis tanquam istorum aliquid scientibus animum advertent, qui videbunt de iis rebus philosophis quoque pronuntiaturis veluti vertiginem quandam obortam.

III. Magis quoque adhuc cautum eum reddemus, si simul atque eum ad poemata applicamus, ipsam poeticam ei describamus: artem nimirum eam esse imitatricem, pingendique arti quasi ex altera parte respondentem. Neque id modo auditum habeat omnium sermone tritum, quo *loquentem picturam poesin, picturam mutam poesin esse*, aiunt: sed præterea quoque eum doceamus, nos pictam lacertam aut simiam, aut Thersitæ faciem videntes delectari ac mirari: non pulchritudinis sed similitudinis causa. In se enim

ναται καλὸν γενέσθαι τὸ αἰσχρόν· ἡ δὲ μίμησις, ἂν τε πρὸς φαῦλον, ἂν τε πρὸς χρηστὸν ἐφίκηται τῆς ὁμοιότητος, ἐπαινεῖται. Καὶ τοὐναντίον ἂν αἰσχροῦ σώματος εἰκόνα καλὴν πράξῃ, τὸ πρέπον καὶ τὸ εἰκὸς οὐκ ἀπέδωκεν. Γράφουσι δὲ καὶ πράξεις ἀτόπους ἔνιοι, καθάπερ Τιμόμαχος τὴν Μηδείας τεκνοκτονίαν, καὶ Θέων
B τὴν Ὀρέστου μητροκτονίαν, καὶ Παρράσιος τὴν Ὀδυσσέως πρωτοίητον μανίαν, καὶ Χαιρεφάνης ἀκολάστους ὁμιλίας γυναικῶν πρὸς ἄνδρας. Ἐν οἷς μάλιστα δεῖ τὸν νέον ἐθίζεσθαι, διδασκόμενον ὅτι τὴν πρᾶξιν οὐκ ἐπαινοῦμεν ἧς γέγονεν ἡ μίμησις, ἀλλὰ τὴν τέχνην, εἰ μεμίμηται πρέποντος τὸ ὑποκείμενον. Ἐπεὶ τοίνυν καὶ ποιητικὴ πολλάκις ἔργα φαῦλα καὶ πάθη μοχθηρά, καὶ ἤθη μιμητικῶς ἀπαγγέλλει, δεῖ τὸ θαυμαζόμενον ἐν τούτοις, καὶ κατορθούμενον μήτε ἀποδέχεσθαι τὸν νέον, ὡς ἀληθές, μήτε δοκιμάζειν ὡς καλόν, ἀλλ' ἐπαινεῖν μόνον ὡς ἁρμόττον τῷ ὑποκειμένῳ προσώπῳ καὶ

pulchrum fieri non poteſt, id quod turpe eſt: imitatio, ſive pulchræ ſive turpis rei ſimilitudinem exprimat, laudatur. Eademque rurſus, ſi pulchram turpis corporis imaginem effingat, decorum non ſervaverit. Pingunt etiam quidam res abſurdas et nefarias, ut Timomachus Medeam liberos necantem; Oreſtem matri necem inferentem, Theo; Parrhaſius, Ulyſſis ſimulatam inſaniam; Chærephanes, mulierum cum viris impudicam conſuetudinem. In his adoleſcens maxime eſt aſſuefaciendus, ut diſcat rem quæ imitatione eſt expreſſa, non laudari: ſed artem, quæ id quod propoſitum erat, recte repræſentaverit. Quando igitur poetica etiam ars ſæpenumero turpes actiones, et pravas affectiones moreſque imitando exponit: adoleſcentis eſt, id quod in his præclare elaboratum admirationem meretur, neque probare ut verum, neque amplecti ut pulchrum: ſed eatenus laudare quatenus perſonæ et argumento con-

οἰκεῖον. Ὥσπερ γὰρ ὗς βοὴν καὶ ψόφον τροχιλίας καὶ C
πνεύματος ῥοῖζον, ἢ θαλάττης κτύπον ἀκούοντες, ἀνο-
χλούμεθα καὶ δυσχεραίνομεν· ἂν δέ τις πιθανῶς ταῦτα
μιμῆται, καθάπερ Παρμένων τὴν ὗν, καὶ Θεόδωρος τὰς
τροχιλίας, ἡδόμεθα. Καὶ νοσώδη μὲν ἄνθρωπον καὶ
ὕπουλον, ὡς ἀτερπὲς θέαμα, φεύγομεν· τὸν δὲ Ἀριστο-
φῶντος Φιλοκτήτην, καὶ τὴν Σιλανίωνος Ἰοκάστην ὁμοίως
φθίνοσι καὶ ἀποθνήσκουσι πεποιημένους ὁρῶντες χαίρομεν.
Οὕτως ὁ νέος ἀναγινώσκων ἃ Θερσίτης ὁ γελωτοποιὸς,
ἢ Σίσυφος ὁ φθορεὺς, ἢ Βάτραχος ὁ πορνοβοσκὸς λέγων D
ἢ πράττων πεποίηται, διδασκέσθω τὴν μιμητικὴν ταύτην
δύναμιν καὶ τέχνην ἐπαινεῖν, ἃς δὲ μιμεῖται θεσπέσεις,
καὶ πράξεις, προβάλλεσθαι καὶ κακίζειν. Οὐ γὰρ
ὅστι ταὐτὸ, τὸ καλὸν καὶ καλῶς τι μιμεῖσθαι. Καλῶς
γὰρ ὅστι τὸ πρεπόντως καὶ οἰκείως· οἰκεῖα δὲ καὶ πρέ-
ποντα τοῖς αἰσχροῖς τὰ αἰσχρά. Καὶ γὰρ αἱ Δημονίδου

D. 5. καὶ καλῶς] Non habent A. C. E. Mosc. 1. 2. Harl. Coll. Nov. Habet Xyl. Collat. Muret. Jannot. Anon. Exempl. Turn.

gruit. Quomodo enim porci grunnitum, et trochleæ ſtridorem, et venti fremitum, et maris ſtrepitum, non ſine moleſtia audimus: ſi quis vero commode ea imitetur, ut ſuem Parmeno, trochleas Theodorus, delectamur. Et morbo captum hominem, aut intus purulentum, tanquam ſpectaculum injucundum fugimus: Ariſtophontis vero Philoctetam, et Silanionis Iocaſtam, ad ſimilitudinem contabeſcentium et morientium effictos, cum gaudio videmus. Sic adoleſcens ubi leget quæ Therſites ſcurra, aut Siſyphus corruptor, aut Batrachus leno, agens vel loquens in poemate introducitur, ſciat artem imitatricem laudandam: quæ vero iſta imitatione affectiones et facta exprimuntur rejicienda eſſe, atque vituperanda. Non enim idem eſt, eſſe pulchrum, et imitari pulchre. Hoc enim in decoro et convenientia conſiſtit, turpibus autem turpia conveniunt. Quippe Demo-

τῷ χωλῷ κρηπῖδες, ἃς ἀπολέσας εὔχετο τοῖς τῷ κλέψαντος ἁρμόσαι ποσίν, φαῦλαι μὲν ἦσαν, ἐκείνῳ δὲ ἥρμοττον. Καὶ τὸ,

Εἴπερ γὰρ ἀδικεῖν χρὴ, τυραννίδος πέρι
E Κάλλιστον ἀδικεῖν·—

Καὶ τὸ,

Τῷ μὲν δικαίῳ τὴν δόκησιν ἄρνυσο,
Τὰ δ' ἔργα τῷ πᾶν δρῶντος, ἔνθα κερδανεῖς,

Καὶ,

Τάλαντον ἡ προίξ· μὴ λαβῶ; ζῆν δ' ἐστί μοι
Τάλαντον ὑπεριδόντι; τεύξομαι δ' ὕπνου,
Προέμενος; ᾧ δώσω δὲ κἂν ἄδω δίκην,
Ὡς ἠσεβηκὼς εἰς τάλαντον ἀργυρᾶν;

μοχθηρὰ μὲν εἰσι λόγοι καὶ ψευδεῖς, Ἐτεοκλεῖ δὲ καὶ Ἰξίονι καὶ τοκογλύφῳ γέροντι πρέποντες. Ἂν οὖν νουθετῶμεν τοὺς παῖδας ὅτι ταῦτα οὐκ ἐπαινοῦντες οὐδὲ δοκιμάζοντες, ἀλλ' ὡς ἄτοπα καὶ φαῦλα φαύλοις

E. 6. Τάλαντον ἡ προίξ·] Verſuum conſtituerunt modum Xylander et Grotius: hunc ſecutus ſum. Conſentiunt quodammodo Codices. Loco vulgati εἰ προὶξ eſt ἡ προὶξ in A. C. E. G. Colleg. Nov. Jannot. Porro A. C. E. locum item interrogationibus diſtinguunt. Xylander duos locos facit, ut alterius initium ſit καί· Ζῆν δ' ἐστί μοι. Vulgata ſic habet: Τάλαντον εἰ προὶξ μὴ λαβὼν, καὶ ζῆν δ' ἐστί μοι τάλαντον ὑπεριδόντι cætera eodem modo.

nidis etiam claudi illius, quas ejus qui furto eas ſubtraxiſſet pedibus ut congruerent optavit, crepidæ erant eæ quidem malæ, ſed Demonidi aptæ. Jam hæc,

Nam ſi violandum eſt jus, regnandi gratia
Violandum eſt.——

Et,

Opinionem fac viri juſti pares,
Tum nihil omitte quod futurum ſit lucro,

Et,

Dotis talentum negligam, et vitam traham?
Somnum videbo, qui talentum amiſerim:
Quodque in talentum fecerim impie, haud luam
Etiam apud Orcum?

Hæ quidem improbæ ſunt et falſæ orationes: ſed quales Eteoclem, Ixionem, et ſenem fœneratorem deceant. Ergo ſi adoleſcentulos moneamus, hæc non poetas ut quæ laudi vertant atque probent, ſed ita ſcribere ut abſurda et improba

καὶ ἀτόποις ἤθεσι, καὶ προσώποις ἐμπιπτόντες γράφουσιν, F
οὐκ ἂν ἐπὶ τὴ δόξης βλάπτοιντο τῶν ποιητῶν. Ἀλλὰ τοὐναντίον ἡ πρὸς τὸ πρόσωπον ἀπιστία, προσβάλλει καὶ τὸ πρᾶγμα καὶ τὸν λόγον, ὡς φαῦλον ἐπὶ φαύλου καὶ λεγόμενον καὶ πραττόμενον. Οἷον ὅτι καὶ τὸ τῆς συγκοιμήσεως τῷ Πάριδος ἐκ τῆς μάχης ἀποδράντος. Οὐδένα γὰρ ἄλλων ἀνθρώπων ἡμέρας συγκοιμώμενον γυναικὶ ποιήσας ἢ τὸν ἀκόλαστον καὶ μοιχικόν, ἐν αἰσχύνῃ δῆλός ἐστι καὶ φόβῳ πέμπων τὴν τοιαύτην ἀπεχθείαν.

Δ'. Ἐν δὲ τούτοις εὖ μάλα προσεκτέον εἰ τινας ὁ 19
ποιητὴς αὐτὸς ἐμφάσεις δίδωσι κατ' τῶν λεγομένων, ὡς δυσχεραινομένων ὑπ' αὐτοῦ. Καθάπερ ὁ Μένανδρος ἐν τῷ προλόγῳ τῆς Θαΐδος πεποίηκεν,

Ἐμοὶ μὲν ἔν ἄειδε τοιαύτην θεὰ,
Θρασεῖαν, ὡραίαν δὲ, καὶ πιθανὴν ἅμα,
Ἀδικοῦσαν, ἀποκλείουσαν, αἰτοῦσαν πυκνὰ,
Μηδενὸς ἐρῶσαν, προσποιουμένην δ' ἀεί.

F. 7. ἄλλων ἀνθρώπων] Usus et ratio postulat τῶν ἄλλων ἀνθρώπων, aut ἄλλον ἄνθρωπον. Partem rectæ lectionis habent E. margo C. Bas. Xyl. ἄλλον ἀνθρώπων.

absurdis et improbis, moribus et personis attributa: nunquam ii opinione de poetis concepta decipientur. Quinimo personæ suspicio, et factum et orationem suspectam reddit, ut malam et a malis profectam. Tale est quod Homerus Paridem e prælio profugum, cum Helena concumbere facit. Nam quum neminem alium interdiu cum uxore rem habere commemoret, præter unum intemperantem hunc et adulterum; satis evidenter docet, se hoc de eo, opprobrii et reprehensionis causa referre.

IV. Quo in genere magnopere advertendus est animus, sicubi poeta ipse contra ea quæ dicentur, indicium suæ improbationis edit. Quod in prologo Thaidis suæ Menander fecit,

Talem ergo, talem Diva concines mihi,
Pulchram, procacem, blandiloquentulam quoque,
Petacem, iniquam, quæque amatores, foras
Extrudat et amans neminem, simulet tamen.

Ἄριστα δὲ Ὅμηρος τῷ γένει τούτῳ κέχρηται· καὶ γὰρ
B προδιαβάλλει τὰ φαῦλα, καὶ προσωικίσησι τὰ ἀρμόζοντα τῶν λεγομένων. Προσωικίσησι μὲν οὕτως,

Αὐτίκα μειλίχιον καὶ κερδαλέον φάτο μῦθον.

Καὶ,

Τόνδ' ἀγανοῖς ἐπέεσσιν ἐρητύσασκε παραστάς.

Ἐν δὲ τῷ προδιαβάλλειν, μονονὺ μαρτύρεται καὶ ἀπαγορεύει μήτε ἀρέσθαι μήτε προσέχειν, ὡς ὄσιν ἀτόποις καὶ φαύλοις. Οἷον τόν τε Ἀγαμέμνονα μέλλων διαγεῖσθαι τῷ ἱερεῖ χρώμενον ἀφειδῶς, προείρηκεν,

Ἀλλ' οὐκ Ἀτρείδῃ Ἀγαμέμνονι ἥνδανε θυμῷ,
Ἀλλὰ κακῶς ἀφίει,

C τοιοῦτον ἀρρίως καὶ αὐθαδῶς καὶ παρὰ τὸ πρέπον. Τῷ τε Ἀχιλλεῖ τοὺς θρασεῖς λόγους προσιππῶσιν,

Οἰνοβαρὲς, κυνὸς ὄμματ' ἔχων, κραδίην δ' ἐλάφοιο,

τὴν αὐτῷ κρίσιν ὑποτιθείς,

A. 9. τῷ γένει τούτῳ] C. E. Mosc. 2. Harl. Jannot. Anon. T. V. B. At reliqui τῷ γένει τούτων.
B. 9. ἀφειδῶς] ἀπηνῶς A. E. margo C. Harl. T. B. Jannot. Rodolph. Mez.
C. 4. αὐτῷ κρίσιν] Recepi ex Harl. Rodolph. Jannot. Vulc. Exempl. Turneb. Mez. Vulgo αὐτὴν κρίσιν. Xyl. simpliciter κρίσιν habet.

Optime omnium Homerus hoc est usus genere, male dictis reprehensionem, bene dictis commendationem præmittens. Hæc ita:

Mox ille hæc blanda est assute verba loquutus.

Item,

Hunc ille assistens pulchro sermone tenebat.

Illud vero agens, tantum non protestatur ea se non dicere aut probare, quippe inepta et prava. Exempli gratia, narraturus quomodo Sacerdotem Agamemnon inhumaniter tractaverit, hæc præmisit,

Non hæc Atrides Agamemnon dicta probavit:
Sed male rejecit,——

id est, sæve et superbe, ac præter decorum. Achilli etiam ferocem hanc tribuens orationem,

Ebrie, cui cervi est pectus, vultusque caninus:

suum de ea judicium subjungit,

Πηλείδης δ' ἐξαῦτις ἀταρτηροῖς ἐπέεσσιν
Ἀτρείδην προσέειπε, καὶ ὔπω λῆγε χόλοιο.

Καλὸν γὰρ εἰκὸς ὀθὲν (τὸ) μετ' ὀργῆς καὶ αὐστηρῶς λεγόμενον. Ὁμοίως καὶ ἐπὶ τῶν πεφάξεων,

Ἦ ῥα· καὶ Ἕκτορα δῖον ἀεικέα μήδετο ἔργα,
Πρηνέα παὰρ λεχέεσσι Μενοιτιάδαο τανύσσας. D

Εὖ δὲ καὶ ταῖς ὑπερρήσεσι χρῆται, καθάπερ πνὰ ψῆφον ἰδίαν ὑπιφέρων τοῖς πεπομψύοις ἢ λεγομψύοις· ἐπὶ μὲν τῆς μοιχείας τὸν Ἄρεως, τὸς θεὸς ποιῶν λέγοντας,

Οὐκ ἀρετᾷ κακὰ ἔργα· κιχάνει τοι βραδὺς ὠκύν.

ἐπὶ δὲ τὸ Ἕκτορος ὑπερφρονσύνης καὶ μεγαλαυχίας,

Ὡς ἔφατ' εὐχόμενος· νεμέσησε δὲ πότνια Ἥρη·

ἐπὶ δὲ τῆς Πανδάρου τοξείας,

Ὡς φάτ' Ἀθηναίη, τῷ δὲ φρένας ἄφρονι πειθεν.

Αὗται μὲν οὖν αἱ τῶν λόγων ἀποφάσεις καὶ δόξαι, παντός εἰσι καταδεῖν τὸ πεπεχοντος. Ἑτέρας δ' ἐκ E τῶν πραγμάτων αὐτῶν παρέχεσι μαθήσεις, ὥσπερ ὁ Εὐριπίδης εἰπεῖν λέγεται πρὸς τὸς τὸν Ἰξίονα λοιδο-

Rursum Pelides fœdis Agamemnona regem
Impetiit dictis, neque adhuc dimiserat iram.

Consentaneum quippe est, nihil per iram et acerbitatem recte dici. Sic et de factis:

Sic fatus, facinus concepit in Hectora dium
Immane: extendens hunc pronum ad strata Patrocli,

&c.

Præclare etiam in fine dictum quoddam, quasi calculum dictis factisve adjungit. Quale est, quum deos facit de adulterio Martis ac Veneris dicentes:

Successu mala facta carent, celerem quoque tardus
Assequitur.

Et de Hectoris superbia atque jactantia:

Talia jactanti Juno succensuit alma.

Et de Pandari sagittæ jactu:

Hoc animum stulti Pallas sermone fefellit.

Hujusmodi negantias et sententias quivis sane deprehenderit, modo animum animadvertat. Alia vero in ipsis rebus documenta exhibent: quemadmodum Euripides fertur Ixionem ejus ut impium

εὖνας, ὡς ἀσεβῆ καὶ μιαρὸν, Οὐ μὴν τοι πρότερον αὐτὸν ἐκ τῆς σκηνῆς ἐξήγαγον ἢ τῷ τροχῷ προσπλῶσαι. Παρὰ δὲ Ὁμήρῳ σιωπώμενόν ἐστι τὸ τοιοῦτον γένος τῆς διδασκαλίας· ἔχει δὲ ἀναθεώρησιν ὠφέλιμον ὑπὲρ τῶν ἀφανεβλημένων μάλιστα μύθων. Οὓς ταῖς πάλαι μὲν ὑπονοίαις, ἀλληγορίαις δὲ νῦν λεγομέναις, F προσβιαζόμενοι καὶ διαστρέφοντες ἔνιοι, μοιχευομένην φασὶν Ἀφροδίτην ὑπὸ Ἄρεως, μηνύειν τὸν ἥλιον, ὅτι τῇ τῆς Ἀφροδίτης ἀέρι συνελθὼν ὁ τοῦ Ἄρεως, μοιχὰς ἀποτελεῖ γενέσεις· ἡλίου δὲ ἐπαναφερομένου καὶ καταλαμβάνοντος, ἃ λανθάνουσιν. Τὸν δὲ τῆς Ἥρας καλλωπισμὸν ὑπὲρ τοῦ Διὸς, καὶ τὴν περὶ τὸν κεστὸν γοητείαν, ἀέρος τινὸς κάθαρσιν τῷ) βάλλονται, τῷ πυρώδει πλησιάζοντος· ὥσπερ οὐκ αὐτὸς τὰς λύσεις τοῦ ποιητοῦ διδόντος. Ἐν μὲν οὖν τοῖς περὶ τῆς Ἀφροδίτης διδάσ-

E. 7. ἔχει δὲ] Sic Pol. unde habet Stephanus. Nec tanti erat, ut mutaretur vetus lectio ἔχον δὲ, quæ est in Ald. Basil. Xyl. A. E. Mosc. 1. 2. Similiter Harl. ἔχον δή. Colleg. Nov. ἔχων.

F. 7. τῷ πυρώδει] Rodolph. Pol. Jannot. Exempl. Turn. Xyl. et consentiunt reliqui. Τὸ πυρώδες Ald. Basil. Colleg. Nov.

flagitiosumque criminantibus dixisse, *Enimvero non ante eum e scena eduxi, quam rotæ affixissem.* Apud Homerum tacitum id doctrinæ genus extat, considerationem habens utilem iis in fabulis etiam quæ maxime vituperantur. Quas *allegoriis* (ita enim nunc vocant, quum aliud dicitur, intelligitur aliud: antiqui *hyponœam*, ab occulto qui subesset sensu nominabant) nonnulli alio detorquentes ac pervertentes, indicium de Venere a Marte adulterata Solem detulisse aiunt hoc sensu, quod Veneris sideri sidus Martis congressum, adulterio obnoxias nativitates reddat: sole autem rursus elato et deprehendente non lateant. Ita quod se Juno ornavit, Jovem aggressura: et veneficium cesti, volunt esse aeris quandam purgationem, ad igneam accedentis naturam. Quasi vero non ipse interpretationem poeta addiderit. Nam in Veneris fabula, eos qui animum advertunt, docet,

κει τὰς παρατέχνας, ὅπ μουσικὴ φαύλη καὶ ᾄσματα πονηρὰ καὶ λόγοι μοχθηρὰς ὑποθέσεις λαμβάνοντες, ἀκόλαςα ποιοῦσιν ἤθη, καὶ βίους ἀνάνδρους, καὶ ἀνθρώπους τρυφὴν καὶ μαλακίαν καὶ γυναικοκρασίαν ἀγαπῶντας,

Εἵματά τ' ἐξημοιβὰ, λοετρά τε θερμὰ καὶ εὐνάς.

Διὸ καὶ τὸν Ὀδυσσέα τῷ κιθαρῳδῷ παρατάττοντα πεποίηκεν,

Ἀλλ' ἄγε δὴ μετάβηθι, καὶ ἵππιε κόσμον ἄεισον,

καλῶς ὑφηγούμενος τὸ παρὰ τῶν σωφρόνων καὶ νοῦν ἐχόντων ζηλῶναι λαμβάνειν τὰς μουσικὰς καὶ ποιητικὰς τὰς ὑποθέσεις. Ἐν δὲ τοῖς περὶ τῆς Ἥρας, ἄριστα τὴν ἀπὸ τῶν φαρμάκων καὶ γοητείας, καὶ μὴ δόλῳ πρὸς τοὺς ἄνδρας ὁμιλίαν καὶ χάριν ἔδειξεν ὑ μόνον B ἐφήμερον καὶ ἀψίκορον καὶ ἀβέβαιον ὖσαν, ἀλλὰ καὶ μεταβάλλουσαν εἰς ἔχθραν καὶ ὀργὴν, ὅταν τὰ τῆς

A. 2. γυναικοκρασίαν] Γυναικοκερασίαν Ald. Baſ. Xyl. errore, ut videtur, operarum propagato. Mez. γυναικοκρατίας. Vulgata retinenda eſt.
A. 3. εὐνὰς] Sic Ald. Baſ. Xyl. A. C. E. Moſc. 1. Harl. At Stephanus εὐναὶ ex Jannot. Pol. Anon. cum quibus reliqui noſtri conſentiunt.
A. 6. Ἀλλ' ἄγε] Xyl. Moſc. 1. 2. Vulgo Ἀλλά γε.
A. 7. σωφρόνων] Steph. aſſumpſit ex Jannot. Pol. Majore auctoritate nititur vetus lectio φρονίμων, quam ſervant Ald. Baſ. Xyl. A. C. E. G. Moſc. 1. 2. Harl. Colleg. Nov.

muſicam pravam et improbas cantilenas ſermoneſque de rebus nefariis mores depravare, ac turpificare, efficereque vitam effœminatam, et homines, luxum, mollitiem, conſuetudinemque mulierum amantes, ac

Mutatas veſtes, lectos, calidæque lavacra.

Idcirco Ulyſſem etiam facit citharœdo præcipientem,

Quin tranſi ad fatalis equi molemque deciſque,

pulchre docens, muſicos et poetas argumenta a prudentibus et cordatis repetere debere. In Junonis autem fabula optime demonſtravit conſuetudinem mulierum cum viris, gratiamque quam eæ veneficio et præſtigiis ac dolo ſibi conciliant, non modo in diem durare, ac faſtidioſam eſſe et inſtabilem, ſed in odium præterea inimicitiamque mutari

ἡδονῆς ἀπομαραν θῇ. Τοιαῦτα γὰρ ὁ Ζεὺς ἀπειλεῖ καὶ λέγει πρὸς αὐτὴν,

Ὄφρα ἴδῃς ἦν τοι χαίσμη φιλότης τε καὶ εὐνὴ,
Ἣν ἐμίγης ἐλθοῦσα θεῶν ἄπο, καί μ' ἀπάτησας.

Ἡ γὰρ τῶν φαύλων διάθεσις ἔργων καὶ μίμησις, ἂν πρόσαποδῷ τὴν συμβαίνουσαν αἰσχύνῃ καὶ βλάβῃ τοῖς ἐργασαμένοις, ὠφέλησεν, οὐκ ἔβλαψε τὸν ἀκροώμενον. Οἱ γοῦν φιλόσοφοι παραδείγμασι χρῶνται, νουθετοῦντες καὶ παιδεύοντες ἐξ ὑποκειμένων· οἱ δὲ ποιηταὶ ταῦτα ποιοῦσι πλάττοντες αὐτοὶ πράγματα καὶ μυθολογοῦντες. Ὁ μὲν οὖν Μελάνθιος εἴτε παίζων εἴτε σπουδάζων, ἔλεγε σῴζεσθαι τὴν Ἀθηναίων πόλιν ὑπὸ τῆς τῶν ῥητόρων διχοστασίας καὶ ταραχῆς· οὐ γὰρ ἀποκλίνειν ἅπαντας εἰς τὸν αὐτὸν τοῖχον, ἀλλὰ γίνεσθαί τινα ἐν βλάπτοντος ἀνθολκὴν ἐν τῇ διαφορᾷ τῶν πολιτευομένων. Αἱ δὲ τῶν ποιητῶν ὑπεναντιώσεις πρὸς αὑτὰς ἀναναφέρουσαι τὴν πίστιν, οὐκ ἐῶσιν ἰσχυρὰν ῥοπὴν γενέσθαι

postquam voluptas evanuerit. Sic enim ei Jupiter in hanc sententiam minatur:

Ut videas, juvet an venus hæc te, concubituſque,
Quo fraudem commixta mihi clam ſuperis parabas.

Malorum nempe facinorum expositio, atque effictio, si dedecus et damnum quod inde ad auctores redit, apposuerit, non incommodum, sed utilitatem affert auditori. Philosophi quidem exempla ad cohortandum et instituendum sumunt ex rebus veris aut cognitis: at poetæ idem hoc agunt, exempla ipsi fingentes, ac fabulas proponentes. Sane Melanthius, sive serio id, sive joco, Athenienſium civitatem conservatam fuisse dixit oratorum diſſidiis atque turbis; ita enim non in unum universos parietem inclinasse, sed eorum qui rempublicam tractabant in diſſidio quippiam fuisse quod in alteram partem retraheret. Poetarum quoque contraria, quibus secum ipsi pugnant, cum fidem iis abrogent, satis ad nocendum mo-

πρὸς τὸ βλάπτον. Ὅπου μὴν οὖν αὐτοῖς τὸ πθέναι συνεγεῖς ἐκφανεῖς ποιεῖ τὰς ἀντιλογίας, δεῖ τῷ βελτίονι συμπορεῖν· ὥσπερ ἐν τούτοις,

Πόλλ' ὦ τέκνον σφάλλουσιν ἀνθρώπους θεοί. D
Τὸ ῥᾷστον εἶπας, αἰτιάσασθαι θεούς.

Καὶ πάλιν,

Χρυσοῦ σε πλήθει, τοῦσδε δ' ὀ χαίρειν χρεών.
Σκαιόν γε πλουτεῖν κ' ἄλλο μηδὲν εἰδέναι.

Καὶ,

—— τί δῆτα δεῖ σε κάμνειν; κατθανεῖν
Ἄμεινον· ὐδεὶς κάματος εὐσεβεῖν θεούς.

Τὰ γὰρ τοιαῦτα τοῖς λύσεις ἔχει πρόχειρους, ἐάν, ὥσπερ εἴρηται, πρὸς τὰ βελτίονα τῇ κρίσει τοὺς νέους κατευθύνωμεν. Ὅσα δὲ εἴρηται μὴ ἀτόπως, εὐθὺς δὲ ὐ λέλυται, ταῦτα δεῖ τοῖς διαλόγοις πρὸς τοὐναντίον εἰρημένοις ὑπ' αὐτῶν ἀνταναιρεῖν, μὴ ὀχθουμένους τῷ E

D. 7. τί δῆτα δεῖ σε κάμνειν;—θεούς.] Mira varietas, parum medelæ in libris. Illam ſuo loco referemus. Priorem verſum probabiliter conſtituit Meziriacus: Τί δῆτα κάμνειν δεῖ σε καὶ θανεῖν ὅμως; Poſteriorem, ut Palamedis reſponſum ad Agamemnonis illud dictum, acutiſſime correxit Valckenarius ad Eurip. Phœn. p. 447. Ἀγάμεμνον· οὐδεὶς κάματος εὖ σέβειν θεούς.

menti eſſe non ſinunt. Ubi ergo juxta ſe poſitis eorum dictis, pugnantia loqui deprehenduntur, meliori parti aſtipulandum eſt: ut in his,

A. Multa, mea proles, hominibus nocent Dii.
B. Dixti quod eſt facillimum, incuſans Deos.

Item,

A. Auri te acervis affici, non hos, decet.
B. Ditem eſſe nilque ſcire præterea, ferum eſt.

Item,

A. Quid ergo? numnam te mori, expedit Diis?
B. Præſtat, nec ullus eſt labor colere Deos.

Hæc et horum ſimilia dubii ſolutionem habent promptam: ſiquidem, uti dictum eſt, adoleſcentes ad meliora judicio dirigimus. Quod ſi qua abſurde dicta ſunt, neque ſtatim ſoluta: ea refutanda ſunt iis quæ in contrariam partem ab iiſdem alibi dicta ſunt: neque poetæ ſuccenſendum aut iraſcendum

ποιητὴ μηδὲ χαλεπαίνοντας, ἀλλὰ τοῖς ὀρθῶς ἔχει καὶ μὴ παιδιᾶς λεγομένοις. Εὖ γὰρ, εἰ βούλει, πρὸς τὰς Ὁμηρικὰς τῶν θεῶν ῥίψεις ἀπ' ἀλλήλων, καὶ πτώσεις ἀπ' ἀνθρώπων, καὶ διαφορὰς καὶ χαλεπότητας,

Οἶδα καὶ ἄλλον μῦθον ἀμείνονα τῆδε νοῆσαι·

καὶ νοεῖς νὴ Δία καὶ λέγεις κρεῖττον ἀλαχόθι καὶ βέλτιον τὰ τοιαῦτα,

—— θεοὶ ῥεῖα ζώοντες·

Καὶ,

Τῷ ἕνι τέρπονται μάκαρες θεοὶ ἤματα πάντα·

Καὶ,

F Ὡς γὰρ ἐπεκλώσαντο θεοὶ δειλοῖσι βροτοῖσι
Ζώειν ἀχνυμένοις, αὐτοὶ δέ τ' ἀκηδέες εἰσίν.

Αὗται γάρ εἰσιν ὑγιαίνουσαι περὶ θεῶν δόξαι καὶ ἀληθεῖς· ἐκεῖναι δὲ πέπλασται πρὸς ἔκπληξιν ἀνθρώπων. Πάλιν Εὐριπίδου λέγοντος,

Πολλαῖσι μορφαῖς οἱ θεοὶ σοφισμάτων
Σφάλλουσιν ἡμᾶς, κρείττονες πεφυκότες,

οὐ χεῖρόν ἐστιν ἐπενεγκεῖν τὸ,

est, sed iis quæ moribus perſoniſve accommoda, et per jocum dicta ſunt. Statim adverſus ea quæ Homerus de diis ab aliis dejectis, et fauciatis ab hominibus, deque illorum inter ſe diſcordiis et odiis fabulatur ita occines,

Rectius hoc aliquid poteras ſentire, poeta,

ac ſentis profecto melius, et loqueris alibi rectius hæc ipſa videlicet,

Dii felix ævum ducentes.——

Et,

Hic ſeſe oblectant ſuperi, ſine fine beati.

Et,

Ærumnas tribuere Dii mortalibus ægris
Felices ipſi.

Hæc enim, ſanæ ſunt et veræ de diis opiniones: iſta, ad animos hominum percellendos conficta. Rurſum Euripide dicente,

Multiplice forma nos Dii ſophiſmatum,
Potentiores quippe ſunt, in fraudem agunt,

ſubjicere expedit, quod rectius idem dixit,

Εἰ θεοί τι δρῶσι φαῦλον, οὐκ εἰσὶ θεοὶ,

βέλτιον εἰρημένον ὑπ' αὐτοῦ. Καὶ τὸν Πινδάρου σφόδρα πικρῶς καὶ παροξυντικῶς εἰρηκότα,

— Χρὴ δὲ πᾶν ἔρ-
-δοντ' ἀμαυρῶσαι τὸν ἐχθρόν·

ἀλλ' αὐτός γε σὺ λέγεις, ὅτι

— Τῷ παρ δίκαν
Γλυκεῖ σικροτάτα μένει τελευτά.

Καὶ τὸν Σοφοκλέους,

Τὸ κέρδος ἡδὺ, κἂν ἀπὸ ψευδῶν εἴη·

καὶ μὴν σὸν γε ἀκηκόαμεν ὡς,

Οὐκ ἐξάγυσι καρπὸν οἱ ψευδεῖς λόγοι.

Πρὸς δὲ ἐκεῖνα τὰ περὶ τὸν πλοῦτον,

Δεινὸς γὰρ ἕρπειν πλοῦτος πρός τε τ' ἄβατα
Καὶ πρὸς τὰ βατά· καὶ ὁπόθεν πένης ἀνὴρ
Οὐδ' ἐντυχὼν δύναιτ' ἂν ὧν ἐρᾷ τυχεῖν,
Καὶ γὰρ δυσειδὲς σῶμα καὶ δυσώνυμον,
Γλώσσῃ σοφὸν τίθησιν εὔμορφόν τ' ἰδεῖν·

B. 2. πρός τε τ' ἄβατα, Καὶ πρὸς τὰ βατὰ] Ante Stephanum legebatur in Ald. et Baſ. πρός τε τὰ βατὰ, Καὶ πρὸς τ' ἄβατα quod item habent Xyl. A. C. E. G. Moſc. 1. 2.

B. 3. καὶ ὁπόθεν] Sic omnes noſtri libri. Sed Grotius καὶ ὑποτ' ἄν· ex conjectura. Aliter Stobæus: cujus varietatem in Animadverſiones reponimus.

B. 4. Οὐδ' ἐντυχὼν] Ita Stephanus, cum quo ex noſtris unus Vulc. facit. Reliqui Οὐδὲ τυχὼν Ald. Baſ. Xyl. A. C. E. G. Moſc. 1. 2. Harl. Colleg. Nov. At Grotius εὐτυχῶν. Recepta præſtat.

Non ſunt Dei, ſi quid Dei faciunt male.

Et quum Pindarus acerbe admodum et ad irritandum accommodate dixerit,

cuncta moli-
-ri decet, dum hoſtis dometur:

ipſius verbis ei reſpondebimus, cum dicit,

—quicquid vetitum placet
Miſerabilis exitus huic eſt.

Ac Sophocli dicenti,

Suave eſt lucrum, profectum etiam a mendacio:

reſpondebimus, At vero ex te ipſo audivimus,

Mendaciorum nullus adhuc fructus fuit.

Et ad illa quæ de opibus protulit,

Ad invia adque pervia obrepunt opes.
Voti ſui pauper, neque compos maxime
Quum fit, potitur, namque turpe quamlibet
Fœdumque corpus, quodque nomines male,
Pulchrum et politum reddit eloquii decus.

ἀντιπαραθῆσῃ πολλὰ τῷ Σοφοκλέους, ὧν ἡ ταῦτά ἐστι,

Γένοιτο κἂν ἄπλουτος ἐν τιμαῖς ἀνήρ.

Καὶ,

Οὐδὲν κακίων ὢν ἀνὴρ, εἰ καλῶς φρονοῖ.

Καὶ,

C — ἀλλὰ τῶν πολλῶν καλῶν
Τίς χάρις, εἰ κακόβουλος
Φροντὶς ἐκτρέφει τὸν εὐαίωνα πλοῦτον;

Ὁ δὲ Μένανδρος ἐπῆρε μὲν ἀμέλει τὴν φιλησονίαν καὶ ἐπεκαύνωσε τοῖς ἐρωτικοῖς καὶ ἀφροδισίοις ἐκείνοις,

Ἅπανθ' ὅσα ζῇ καὶ τὸν ἥλιον βλέπει
Τὸν κοινὸν ἡμῖν, δοῦλα ταῦτ' ἔστ' ἡδονῆς.

Πάλιν δ' ἐπέστρεψε καὶ ἐπείσασε πρὸς τὸ καλὸν ἡμᾶς, καὶ τὴν θρασύτητα τῆς ἀκολασίας ἐξέκοψεν, εἰπών,

Ὀνειδος αἰσχρὸς βίος ὅμως, κἂν ἡδὺς ᾖ.

D Ταῦτα γὰρ ἐκείνοις μὲν ἐστιν ἐναντία, βελτίω δὲ ὅμως καὶ χρησιμώτερα. Δυεῖν οὖν θατέρων ἡ τοιαύτη τῶν ἐναντίων ποίησις παράθεσις καὶ καταγνόησις, ἢ παράξει

D. 2. ὅμως] Abest in Ald. Bas. Xyl. C. Mosc. 1. 2. Harl. Colleg. Nov. Adscripserunt Aldinæ Jannot. et Pol. unde habuit Stephanus.
D. 3. παράξει] Forte, γὰρ ἄξει, ut habet Mosc. 2. a correctore.

his multa opponet lector Sophoclea: de quibus et hæc sunt:

Honoris, etiam pauper, ascendat gradum:

Et,

Deterior haud est, rite si pauper sapit.

Atque,

Nam multorum bonorum quæ gratia,
Si male cogitans cura vitæ amabiles divitias alit?

Menander quidem voluptatis studium, amatoriis et fervidis istis inflavit,

Quæcunque vivunt atque nobiscum jubar
Solis vident, voluptati omnia serviunt.

At idem nos rursus reflexit, et ad honestatem retraxit, luxuriæque ferocitatem atque audaciam repressit, ita fatus,

Probrosa, vita turpis, ut jucunda sit.

Hæc prioribus adversantur, meliora sunt autem et utiliora. Ergo alterum horum necesse est, ista contrariorum dictorum juxta se collocatio et consideratio efficiat: aut enim ad me-

πρὸς τὸ βέλτιον, ἢ καὶ τοῦ χείρονος ἀποστήσῃ τὴν πίστιν. Ἂν δὲ αὐτοὶ μὴ μὴ διδῶσι τῶν ἀπίστως εἰρημένων λύσεις, ἀ χεῖρόν ἐστιν ἑτέρων ἐνδόξων ἀποφάσεις ἀντιτάττονται, ὥσπερ ἐπὶ ζυγοῦ, ῥέπειν πρὸς τὸ βέλτιον. Οἷον, τοῦ Ἀλέξιδος κινοῦντος ἐνίους ὅταν λέγῃ,

Τὰς ἡδονὰς δεῖ συλλέγειν τὸν σώφρονα.
Τρεῖς δ' εἰσὶν αἵ γε τὴν δύναμιν κεκτημέναι
Τὴν ὡς ἀληθῶς συντελοῦσαν τῷ βίῳ,
Τὸ πιεῖν, τὸ φαγεῖν, τὸ τῆς Ἀφροδίτης τυγχάνειν.
Τὰ δ' ἄλλα προσθήκας ἅπαντα χρὴ καλεῖν,

ἐπομνηστέον ὅτι Σωκράτης τἀναντίον ἔλεγε, Τοὺς μὲν φαύλους ζῆν τοῦ ἐσθίειν καὶ πίνειν ἕνεκεν· τοὺς δ' ἀγαθοὺς ἐσθίειν καὶ πίνειν ἕνεκεν τοῦ ζῆν. Πρὸς δὲ τὸν γράψαντα, Ποτὶ τὸν πονηρὸν οὐκ ἄχρηστον ὅπλον ἡ πονηρία, τρόπον τινὰ συνεξομοιοῦσθαι κελεύοντα τοῖς πονηροῖς, τὸ τοῦ Διογένους παραβαλεῖν ἐστιν· ἐρωτηθεὶς γὰρ ὅπως ἄν τις ἀμύναιτο τὸν ἐχθρόν, Αὐτὸς, ἔφη, καλὸς κἀγαθὸς

D. 5. ἀπίστως] Huic lectioni quam ſoli habent Vulc. Pol. Jannot. vetus ἀτόπως, a Stephano ejecta, nec bonitate cedit nec auctoritate; quippe omnes reliqui eam tenent libri.

liorem partem traducet, aut fidem quoque deteriori abrogabit. Sin autem Poetæ ipſi, eorum quæ abſurde dicta ſunt, refutationem non præbeant; nihil obſtat quin aliorum probatorum auctorum contrariis dictis velut in trutina cum his comparatis et appenſis, in id quod rectius eſt inclinemus. Veluti quum Alexis aliquos movet his verbis,

Sapientis eſt voluptates ſectarier.
Tres inter has potentia ſunt præditæ,
Apprima quæ ſit utilis mortalibus:
Edere, bibere, Veneriſque muneribus frui.
Acceſſionis omnia reliqua ſunt loco,

memoria repetendum eſt, Socratem contra dixiſſe, *Malos ut edant et bibant, vivere: bonos, ut vivant, edere et bibere.* Adverſus eum qui ſcripſit,—*contra improbum malitia non inutile armorum genus:* quum is jubeat nos quodammodo adſimilari malis, Diogenis illud objiciendum eſt, qui interrogatus qua quis ratione ulciſci inimicum poſſet, reſpondit, *Si ipſe quam optimus*

γενόμενος. Δεῖ δὲ τῷ Διογένει καὶ πρὸς τὸν Σοφοκλέα χρήσασθαι· πολλὰς γὰρ ἀνθρώπων μυριάδας ἐμπέπληκεν ἀθυμίας περὶ τῶν μυστηρίων ταῦτα γράψας·

——ὡς τρισόλβιοι
Κεῖνοι βροτῶν οἳ ταῦτα δερχθέντες τέλη,
Μόλωσ' ἐς ᾅδου· τοῖσδε γὰρ μόνοις ἐκεῖ
Ζῆν ἔστι, τοῖς δ' ἄλλοισι πάντ' ἐκεῖ κακά.

Διογένης δὲ ἀκούσας τι τοιοῦτον, Τί λέγεις; ἔφη, κρείττονα μοῖραν ἕξει Παταικίων ὁ κλέπτης ἀποθανών, ἢ Ἐπαμινώνδας, ὅτι μεμύηται; Τιμοθέῳ μὲν γὰρ ᾄδοντι τὴν 22
Ἄρτεμιν ἐν τῷ θεάτρῳ, Μαινάδα, θυάδα, φοιβάδα, λυσσάδα, Κινησίας εὐθὺς ἀντεφώνησε, Τοιαύτη σοι θυγάτηρ γένοιτο. Χάριεν δὲ καὶ τὸ τοῦ Βίωνος πρὸς τὸν Θέογνιν λέγοντα,

Πᾶς γὰρ ἀνὴρ πενίῃ δεδμημένος, ὅτέ τι εἰπεῖν,
Οὔθ' ἕξαι δύναται, γλῶσσα δὲ οἱ δέδεται,

Πῶς οὖν σὺ πένης ὢν φλυαρεῖς τοσαῦτα καὶ καταδολεσχεῖς ἡμῶν;

fiat. Eodem Diogene etiam contra Sophoclem utendum, qui multa hominum millia animi ægritudine afflixit de myſteriis hæc ſcribens;

—ter beati et amplius,
Homines, quibus videre ſacra hæc contigit,
Priuſquam ad Orcum venerint: ſolis ubi
Hi vivere datur, cæteris mala omnia.

At vero Diogenes quum tale aliquid inaudiviſſet, *Quid ais,* inquit, *numnam melior conditio erit Patæcionis furis, eo quod ſacris eſt initiatus, quam Epaminondæ?* Timotheo ſane in theatro Dianam canenti, *Inſanam, furioſam, Phœbi ſtimulis concitam, rabioſam:* Cineſias ſtatim occinuit, *Talis tibi contingat filia.* Elegans et illud Bionis ad Theognidem; quum enim Theognis diceret:

Pauperies quemcumque domat, nil dixerit apte,
Aut fuxit, vox huic, linguaque vincta ſilet.

Bion contra: *Quomodo,* ait, *ergo tu, pauper quum ſis, tam multa nugando et garriendo nos obtundis?*

ε'. Δεῖ δὲ μηδὲ τὰς ἐκ τῶν ἀδηκειμένων ἢ συμφερόντων ἀδηλιπεῖν ἀφορμὰς πρὸς τὴν ἐπανόρθωσιν· Β
ἀλλ' ὥσπερ οἱ ἰατροὶ τῆς κανθαρίδος οὔσης θανασίμου, τοὺς πόδας ὅμως καὶ τὰ πτερὰ βοηθεῖν οἴονται, καὶ ἀναλύειν τὴν δύναμιν· οὕτως ἐν τοῖς ποιήμασι κἂν ὄνομα κἂν ῥῆμα ἀδηκείμενον ἀμβλυτέραν ποιῇ τὴν πρὸς τὸ χεῖρον ἀπαγωγήν, ὑπολαμβάνεσθαι καὶ προσδιασαφεῖν, ὡς ὑπὸ τούτων ἔνιοι ποιοῦσι,

Τῦτο νύ που γέρας ἐστὶν ὀϊζυροῖσι βροτοῖσι,
Κείρασθαί τε κόμην, βαλέειν τ' ἀπὸ δάκρυ παρειῶν,

Καὶ,

Ὡς γὰρ ἐπεκλώσαντο θεοὶ δειλοῖσι βροτοῖσι
Ζώειν ἀχνυμένοις.

Οὐ γὰρ ἁπλῶς εἶπε καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ὑπὸ θεῶν C
ὑπεκλῶσθαι λυπηρὸν βίον, ἀλλὰ τοῖς ἄφροσι καὶ ἀνοήτοις, οὓς δειλαίους καὶ οἰκτροὺς διὰ μοχθηρίαν ὄντας, εἰώθε δειλοὺς καὶ ὀϊζυροὺς προσαγορεύειν.

C. 3. δειλαίους] Hoc Stephanus ex Rodolph. recepit: nec diſſentiunt quidam codices noſtri. Δολίους habet Ald. Baſ. Xyl. C. G. Moſc. 1. 2. Harl. Coll. Nov.

V. Neque vero eæ quæ ad corrigendum dictum præbentur ex adjectis et una pronuntiatis ſententiis, occaſiones ſunt prætermittendæ: ſed quemadmodum medici pedes et alas cantharidis, quum quidem ipſa ſit mortifera, prodeſſe et veneni ejus diſſolvendi vim habere putant: ſic in poematis quoque ſi quod eſt nomen aut verbum appoſitum, quod efficiat quo minus ad deteriorem ſententiam abducamur, arripiendum id eſt, adque explicationem adhibendum. Sicut quidam in his Homericis verſibus faciunt:

Scilicet hæc ſors eſt miſeris mortalibus una,
Ut lachrymis malaſque rigent, ponantque capillos.

Et,

Decrevere Dii miſeris mortalibus ævum,
Flebile.

Non enim ſimpliciter omnibus hominibus miſeram vitam a diis fatali neceſſitate deſtinatam dicit, ſed ſtultis ac imprudentibus: quos, pravitatis ſuæ cauſa miſerabiles quum ſint, miſeros ſolet appellare et ærumnoſos.

ϛ' Ἄλλος τοίνυν τρόπος ἐστὶ τὰς ἐν τοῖς ποιήμασιν ὑποψίας ὠφελίμους τὸ βέλτιον ἐκ τοῦ χείρονος μεθιστάς, ὁ διὰ τῶν ὀνομάτων τῆς συνηθείας, ὡς ἔοικεν, ἐν τὸν νέον γεγυμνάζῃ μᾶλλον ἢ ὡς τὰς λεγομένας γλώττας. Ἐκεῖνο μὲν γὰρ, φιλόλογον καὶ οὐκ ἀνδρὸς, ὅτι Ῥιγεδανὴ, κακοθάνατός ἐστιν, εἰδέναι· Δάνον γὰρ Μακεδόνες τὸν θάνατον καλοῦσι· Καμμονίῃν δὲ, νίκην Αἰολεῖς, τὴν ἐξ ὑπομονῆς καὶ καρτερίας· Δρύοπες δὲ Πόπους τοὺς δαίμονας. Τοῦτο δὲ ἀναγκαῖον καὶ χρήσιμον, εἰ μέλλοιμεν
D ἐκ τῶν ποιημάτων ὠφεληθήσεσθαι καὶ μὴ βλαβήσεσθαι, τὸ γινώσκειν πῶς τοῖς τῶν θεῶν ὀνόμασιν οἱ ποιηταὶ χρῶνται, καὶ πάλιν τοῖς τῶν κακῶν καὶ ἀγαθῶν· καὶ τ' τὴν Τύχην καὶ τὴν Μοῖραν νοοῦντες ὀνομάσουσι· καὶ πότερον ταῦτα τῶν ἁπλῶς ἢ τῶν πολλαχῶς λεγομένων ἐπὶ πᾶσ' αὐτοῖς, ὥσπερ ἄλλα πολλά. Καὶ γὰρ οἶκον,

C. 9. Ῥιγεδανὴ] Forte melius ῥιγεδανὸς, cum Vulc. & codice Pariſ. D. cujus pars, partem hujus libelli continens, in hoc verbo incipit. Pol. ῥιγεδανὴ, ἡ κακόδανος.

D. 4. τὴν Τύχην] Sumpſi ex uno D. ut jam Krebſius correxerat. Vulgo, male: τὴν ψυχήν. Mox βιοτὸν eſt in omnibus libris: proxima tamen videntur, hic, βιοτὸν deſiderare.

VI. Alius porro modus eſt, quo, quæ in poematis ſuſpecta ſunt, in meliorem partem vertuntur, qui ex uſu vocabulorum pendet: in quo magis decet exerceri adoleſcentem, quam in iis quæ gloſſæ dicuntur. Nam neque inelegans quidem eſt, et eruditum, ſcire verbo ῥιγεδανὴ, *malam mortem afferens* ſignificari: quia Macedones δάνον *mortem* nominant. Sic Æoles victoriam καμμονίην, *permanendo* nimirum et *tolerando* partam. Et πόπες Dryopes, quos alii dæmonas. At vero illud neceſſarium juxta atque utile, ſi non damnum volumus ſed utilitatem ex poematis percipere, ut cognitum habeamus quomodo deorum nominibus poetæ utantur, itemque bonorum et malorum: et quid fortunæ aut fati vocabulo intelligi velint: utrum ſcilicet hæc apud eos uno tantum modo, an vero pluribus ſumantur: cujus generis ſunt multa alia. Nam οἶκος aliquando ſignifi-

ποτὲ μὲν τὴν Οἰκίαν καλοῦσιν,

Οἶκον ἐς ὑψόροφον.

ποτὲ δὲ τὴν οὐσίαν·

Ἐσθίεταί μοι οἶκος.

καὶ τὸν βίον ποτὲ μὲν τὸ ζῆν,

— ἀμενήνωσεν δὲ οἱ αἰχμὴν
Κυανοχαῖτα Ποσειδάων βιότοιο μεγήρας·

ποτὲ δὲ τὰ χρήματα,

— βίοτον δέ μοι ἄλλοι ἔδουσι.

καὶ τῷ Ἀλύειν ποτὲ μὲν ἀντὶ τοῦ δάκνεσθαι καὶ ἀπορεῖσθαι κέχρηται,

Ὡς ἔφαθ'· ἡ δ' ἀλύουσ' ἀπεβήσατο, τείρετο δ' αἰνῶς.

ποτὲ δὲ ἀντὶ τοῦ γαυριᾶν καὶ χαίρειν,

Ἦ ἀλύεις ὅτι Ἶρον ἐνίκησας τὸν ἀλήτην;

καὶ τῷ θοάζειν, ἢ ὃ κινεῖσθαι σημαίνουσιν, ὡς Εὐριπίδης,

Κῆτος θοάζον ἐξ Ἀτλαντικῆς ἁλός.

ἢ ὃ καθέζεσθαι καὶ θαάσσειν, ὡς Σοφοκλῆς,

Τίνας πόθ' ἕδρας τάσδε μοὶ θοάζετε
Ἱκτηρίοις κλάδοισιν ἐξεσταμένοι;

E. 9. καὶ τῷ θοάζειν] Sic Steph. ex Rodolph. et Jannot. recte. Male Ald. Baſ. Xyl. A. C. E. Moſc. 1. 2. καὶ τὸ θ. Sic modo ante τὸ ἀλύειν item perperam iidem hi codices.

cat *domum*, ut Οἶκον ἐς ὑψόροφον, —aliquando *rem familiarem*, Ἐσθίεταί μοι οἶκος. Et βίοτος alias *vitam*,

— ἀμενήνωσεν δὲ οἱ αἰχμὴν
Κυανοχαῖτα Ποσειδάων βιότοιο μεγήρας.

alias, *facultates*,

— βίοτον δέ μοι ἄλλοι ἔδουσιν.

Et ἀλύειν eſt ubi pro morderi, et animo æſtuare ſumitur:

Ὡς ἔφαθ'· ἡ δ' ἀλύουσ' ἀπεβήσατο, τείρετο δ' αἰνῶς.

alio loco pro geſtire, et lætitia exultare: ut hic,

Ἦ ἀλύεις ὅτι Ἶρον ἐνίκησας τὸν ἀλήτην;

Et θοάζειν, vel moveri ſignificat: ut apud Euripidem,

Κῆτος θοάζον ἐξ Ἀτλαντικῆς ἁλός·

vel ſedere, id eſt θαάσσειν: ut quum Sophocles ſcribit,

Τίνας πόθ' ἕδρας τάσδε μοὶ θοάζετε.

Χάριεν δὲ καὶ τὸ τὴν χρείαν τῶν ὀνομάτων συνοικειοῦν τοῖς ὑποκειμένοις πράγμασιν, ὡς οἱ Γραμματικοὶ διδάσκουσιν, ἄλλῳ που πρὸς ἄλλα δύναμιν λαμβανόντων· οἷόν ἐστι,

Νὴ ὀλίγην αἰνεῖν, μεγάλη δ' ἐνὶ φορτία θέσθαι·

τῷ μὲν γὰρ Αἰνεῖν σημαίνεται τὸ ἐπαινεῖν· αὖτῳ δὲ τῷ Ἐπαινεῖν ἀντὶ τοῦ πρᾴτειθαι νῦν κέχρηται, καθάπερ ἐν τῇ συνηθείᾳ καλῶς φαμέν ἔχειν, καὶ χαίρειν κε-
23 λεύομεν, ὅταν μὴ δεώμεθα μηδὲ λαμβάνωμεν. Οὕτω δὲ καὶ τὴν Ἐπαινὴν, Περσεφόνειαν ἔνιοι φασὶν, ὡς πρᾳτικήν, εἰρῆσθαι. Ταύτην δὴ τὴν διαίρεσιν καὶ τὴν διάκρισιν τῶν ὀνομάτων ἐν τοῖς μείζοσι καὶ σπουδαιοτέροις πρᾳφυλάττοντες, ἀπὸ τῶν θεῶν ἀρχώμεθα διδάσκειν τοὺς νέους, ὅτι χρῶνται τοῖς τῶν θεῶν ὀνόμασιν οἱ ποιηταί, ποτὲ μὲν αὐτῶν ἐκείνων ἐφαπτόμενοι τῇ ἐννοίᾳ, ποτὲ δὲ δυνάμεις τινὰς ὧν οἱ θεοὶ δοτῆρές εἰσι καὶ καθηγεμόνες,

F. 7. ἐνὶ] Ald. Baſ. Xyl. ἐν.
F. 8. τῷ μὲν γὰρ αἰνεῖν—αὐτῷ δὲ τῷ] Τὸ μὲν γὰρ αἰνεῖν—αὐτὸ δὲ τὸ Ald. Baſ. Xyl. Moſc. 1. 2. perperam. Bene Stephanus, quod damus, ſumpſit ex Jannot. et Rodolph.

Scitum etiam et lepidum eſt, uſum vocabulorum rebus ſubjectis aptare, quemadmodum Grammatici docent, alibi aliud ſignificantium. Quale eſt,

Νὴ' ὀλίγην αἰνεῖν, μεγάλη δ' ἐνὶ φορτία θέσθαι.

αἰνεῖν enim ἐπαινεῖν ſignificat, id eſt *laudare: laudare* autem pro *recuſare* ponitur hoc loco: ſicut uſitatum nobis eſt dicere, *Bene habet*, et *Valeat*, quum aliquid nolumus, et non accipimus. Atque ſic quidam aiunt Proſerpinam vocari Ἐπαινὴν, quaſi formidabilem. Hanc ergo vocum diſtinctionem majoribus in rebus et magis ſeriis obſervantes, a diis incipiamus docere adoleſcentulos, deorum nominibus poetas uti aliquando quum de ipſis iis intelligi volunt: aliquando commune vocabulum facultatibus iis tribuentes quæ ab iis proficiſcuntur. In promptu eſt Ar-

ὁμωνύμως προσαγορεύοντες. Οἷον εὐθὺς ὁ Ἀρχίλοχος, ὅταν μὴ εὐχόμενος λέγῃ,

Κλῦθι ἄναξ Ἥφαιστε, καί μοι σύμμαχος γουνεμένῳ
Ἵλαος γενοῦ, χαρίζευ δ' οἷά περ χαρίζεαι,

αὐτὸν τὸν θεὸν ὀνομαλούμενος δῆλός ἐστιν. Ὅταν δὲ τὸν ἄνδρα τῆς ἀδελφῆς ἠφανισμένον ἐν θαλάττῃ, καὶ μὴ τύχοντα νομίμου ταφῆς, λέγῃ, θρηνῶν, μετριώτερον ἂν τῷ συμφορᾷ ἐνεγκεῖν,

Εἰ κείνου κεφαλὴν καὶ χαρίεντα μέλεα
Ἥφαιστος καθαρσίοισιν ἐν εἵμασιν ἀμφεπονήθη,

τὸ πῦρ ὥσπερ ὁ τὸν θεὸν προσηγόρευσε. Πάλιν δὲ ὁ μὲ Εὐριπίδης εἰπὼν ἐν ὅρκῳ,

Μὰ τὸν μετ' ἄστρων Ζῆν' Ἄρη τε φοίνιον,

αὐτοὺς τοὺς θεοὺς ὠνόμακε. Τῷ δὲ Σοφοκλέους λέγοντι,

Τυφλὸς γὰρ, ὦ γυναῖκες, ἀδ' ὀφῶν ἄρης
Συὸς προσώπῳ πάντα τυρβάζει κακὰ,

B. 5 Σοφοκλῆν] Abeſt in editis veteribus Ald. Baſ. Xyl. abeſt item in octo codicibus ſcriptis A D. E. G. Moſc. 1. 2. Harl. Colleg. Nov. item in nulla collationum adeſt. Ex uno codice C, collato ad editionem Steph. nil varietatis notatum video; ut ex hoc aut ſimili Stephanus habuiſſe videatur.

chilochi exemplum, quo ſatis liquet ipſum Deum invocari his verſibus:

Rex mulciber, largire quam ſoles opem.
Dexter volenſque, ſupplici auxilio veni.

Quum autem ſororis maritum qui in mari perierat, neque legitimam ſepulturam conſequutus erat, deplorans, æquiore ait animo ſe eam calamitatem laturum fuiſſe,

Si caput illius pulchraque membra ſimul,
Vulcanus puris tunicis velata cremaſſet:

de *igne*, non de *deo* hæc loquitur. Rurſum Euripides his verbis in jurejurando utens,

Non, per cruenta ſidera et Martem et Jovem!

ipſos deos nominavit. Sophocle autem dicente,

Mars cæcus eſt o fœminæ, nihil videt,
Confundit omne, ut trux aper, mali genus:

τ̀ πόλεμόν ἐστιν ἐπακοῦσαι. Καθάπερ αὖ τ̀ χαλκὸν, Ὁμήρου λέγοντος,

Τῶν νῦν αἷμα κελαινὸν ἐΰῤῥοον ἀμφὶ Σκάμανδρον
Ἐσκέδασ' ὀξὺς ἄρης.

Πολλῶν οὖν ὄντων λεγομένων, εἰδέναι δεῖ καὶ μνημονεύειν ὅτι καὶ τῷ τοῦ Διὸς καὶ Ζηνὸς ὀνόματι, ποτὲ μὲν τὸν θεὸν, ποτὲ δὲ τὴν τύχην, πολλάκις δὲ τὴν εἱμαρμένην παραλαμβάνουσιν· ὅταν μὲν γὰρ λέγωσι,

Ζεῦ πάτερ, Ἰδηθεν μεδέων,

Καὶ,

Ὦ Ζεῦ, τίς εἶναί φησι σοῦ σοφώτερος;

τὸν θεὸν αὐτὸν λέγουσιν· ὅταν δὲ ταῖς αἰτίαις τῶν γινομένων πάντων ἐπονομάζωσι τὸν Δία, καὶ λέγωσι,

Πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς Ἄϊδι προΐαψε·
——— Διὸς δ' ἐτελείετο βουλὴ,

τὴν εἱμαρμένην. Οὐ γὰρ τὸν θεὸν ὁ ποιητὴς οἴεται κακομηχανᾶσθαι τοῖς ἀνθρώποις, ἀλλὰ τ̀ τῶν πραγ-

C. 3. αὖ τὸν] Sic Xyl. et Steph. et ante eos Jannot. αὐτὸν, perperam, Ald. Baſ Moſc. 1. 2.

D. 10. κακομηχανᾶσθαι] Non auſus ſum contra reliquorum librorum conſenſum mutare in κακὰ μηχανᾶσθαι quod habet D. et Moſc. 2. a correctore, et Reiſkio placuerat.

intelligendum eſt nomine *Martis* bellum. Eodemque *æs* in illis Homeri:

Quorum atrum, pulcher, juxta te, Xanthe, cruorem
Mars effudit acutus.

Quum vero talia multa dicantur, ſciendum eſt, memoriaque tenendum, ipſo etiam Jovis nomine aliquando ipſum Deum, nonnunquam *fortunam*, ſæpe etiam *fatum* nuncupari. Quum enim dicunt,

Jupiter, e celſa genitor qui conſulis Ida,

Et,

Quis ſapere plus te ſperet, o rex Jupiter?

ipſum Deum vocant. Quum vero in cauſis eventorum Jovem nominant, et dicunt;

Et multas fortes animas detruſit ad orcum,
Sic peragebantur magni decreta tonantis:

fatum intelligunt. Non enim putat deum poeta hominibus mala ſtruere: ſed rerum neceſſitudinem recte indicat,

μάτων ἀνάγκῃ ὀρθῶς ὑποδείκνυσιν, ὅτι καὶ πόλεσι καὶ στρατοπέδοις καὶ ἡγεμόσιν, ἂν μὴ σωφρονῶσιν, εὖ πράττειν πέφυκται καὶ κρατεῖν τῶν πολεμίων· ἂν δὲ εἰς πάθη καὶ ἁμαρτίας ἐμπεσόντες, ὥσπερ ἔτοι, διαφέρωνται πρὸς ἀλλήλους καὶ στασιάζωσιν, ἀσχημονεῖν καὶ ἀτυχεῖσθαι καὶ κακῶς ἀπαλλάττειν. E

Εἱμαρμένον γὰρ τῶν κακῶν βουλευμάτων
Κακὰς ἀμοιβὰς ἔστι καρποῦσθαι βροτοῖς.

Καὶ μὴν ὁ Ἡσίοδος τὸν Προμηθέα ποιῶν τῷ Ἐπιμηθεῖ παρακελεύομενον,

— μή ποτε δῶρον
Δέξασθαι παρὰ Ζηνὸς Ὀλυμπίου, ἀλλ' ἀποπέμπειν,

ὅπῃ τῇ τῆς τύχης δυνάμει τῷ Διὸς ὀνόματι κέχρηται· F
Τὰ γὰρ τυχικὰ τῶν ἀγαθῶν, Διὸς δῶρα κέκληκε, πλούτους καὶ γάμους καὶ ἀρχάς, καὶ πάντα ὅλως τὰ ἐκτός, ὧν ἡ κτῆσις ἀνόητος ὅστις τοῖς χρῆσθαι καλῶς μὴ δυναμένοις. Διὸ καὶ τὸν Ἐπιμηθέα φαῦλον ὄντα καὶ ἀνόητον, οἴεται δεῖν φυλάττεσθαι καὶ δεδιέναι τὰς εὐτυ-

quod ſcilicet fato, proſperitas, et de hoſtibus victoria deſtinata ſit civitatibus, exercitibus et ducibus, ſi modeſtiam ſervent: ſin vero in motus animi perturbatos et peccata impulſi (ſicut iſti) inter ſe diſſideant et tumultuentur, his itidem fatum eſſe ut perturbentur, in probra corruant, miſere denique intereant:

Fatale quippe eſt, et malas, mortalium,
Fructum, malis redire conſiliis, vices:

Heſiodus vero ubi Prometheum inducit fratri Epimetheo ſuadentem,

— ne Jovis ulla
Accipiat, ſed enim votis ea dona repellat:

Jovis nomen de potentia fortunæ uſurpavit. Bonis enim fortunæ tribuit appellationem donorum Jovis, opibus, conjugiis, imperiis, et omnibus in univerſum externis bonis, quorum poſſeſſio inutilis eſt, recte uti iis neſcienti. Itaque etiam Epimetheum, hominem vitioſum et fatuum, cavere ſibi jubet et metuere a rebus

χίας, ὡς βλαβησόμενον καὶ ἀφαρησόμενον ὑπ' αὐτῆς. Καὶ πάλιν ὅταν λέγῃ,

Μηδέποτ' οὐλομένην πενίην θυμοφθόρον ἀνδρὶ
Τέτλα ὀνειδίζειν, μακάρων δόσιν αἰὲν ἐόντων,

θεόσδοτον νῦν τὸ τυχηρὸν εἰρηκεν, ὡς οὐκ ἄξιον ἐγκαλεῖν τοῖς ἀφ' τῆς τύχης πενομένοις, ἀλλὰ τῇ μετ' 24 ἀργίας καὶ ῥᾳθυμίας καὶ μαλακίας καὶ πολυτελείας ἀπορίαν, αἰσχρὰν καὶ ἐπονείδιστον οὖσαν. Οὕτω γὰρ αὐτὸ τοὔνομα τῆς Τύχης λέγοντες, εἰδότες δὲ τῇ τῆς ἀτάκτως καὶ ἀορίστως φερομένης αἰτίας δύναμιν ἰσχυρὰν καὶ ἀφύλακτον οὖσαν ἀνθρωπίνῳ λογισμῷ, τοῖς τῶν θεῶν ὀνόμασιν ἐξέφαζον. Ὥσπερ ἡμεῖς τὰ πράγματα, καὶ ἤθη, καὶ νὴ Δία λόγους καὶ ἄνδρας εὐθαμὰ δαιμονίους καὶ θείους προσαγορεύειν. Τούτῳ δὲ τὰ πολλὰ τῶν ἀτόπως περὶ τοῦ Διὸς λεγομένων διορθωτέον· ὧν ὄντι καὶ ταῦτα,

F. 11. τὸ τυχηρὸν Dedi ex E. G. Vulgo, τὸν τυχηρόν.
A. 2. ἀπορίαν] Stephanus recte recepit, cum ſenſu flagitante, tum auctoritate librorum. Diſerte exſtat in Rodolph. Pol. Schott. Anon. Nec ullus ſcriptus diſſentit. Εὐπορίαν erat in Ald. Baſ. Xyl. quod, neſcio quomodo factum ſit, ut Krebſio probaretur.

ſecundis damno nimirum ei et exitio futuris. Iterum ubi ait:

Pauperiem, peſtemque animi, vitæque laborem
Cœlicolum eſt munus, cuiquam exprobrare caveto:

divinitus datum vocat id quod fortuna obtigit: ſignificans, non eſſe eos culpandos qui fortunæ injuria pauperes ſunt: inopiam cum ignavia ſocordia, mollitie et luxu conjunctam, eam vero turpem ac probroſam eſſe. Quum enim *fortunæ* nomen nondum uſurparetur, ſcirent autem illi, vim ejus cauſæ quæ nullo ordine nulliſque finibus contenta vagatur, validam eſſe, humanoque conſilio evitari non poſſe, deorum nominibus eam appellarunt. Quomodo nos etiam res, mores, adeoque orationes, hominesque ſolemus divinos appellare. Hac ratione corrigi debent multa iſta quæ abſurde dicta de Jove videntur: ut hoc,

Δοιοὶ γάρ τε πίθοι κατακείαται ἐν Διὸς οὔδει
Κηρῶν ἔμπλειοι, ὁ μὲν ἐσθλῶν, αὐτὰρ ὁ δειλῶν

Καὶ,

Ὅρκια μὲν Κρονίδης ὑψίζυγος οὐκ ἐτέλεσσεν,
Ἀλλὰ κακὰ φρονέων τεκμαίρεται ἀμφοτέροισι.

Καὶ,

— τότε γὰρ ῥα κυλίνδετο πήματος ἀρχὴ
Τρωσί τε καὶ Δαναοῖσι, Διὸς μεγάλου διὰ βουλάς,

ὡς θεὶ τῆς Τύχης ἢ τῆς Εἱμαρμένης λεγομένων, ἐν αἷς τὸ ἀσυλλόγιστον ἡμῖν τῆς αἰτίας, καὶ ὅλως οὐ καθ' ἡμᾶς. Ὅπου δὲ τὸ θεσπέσιον καὶ κατὰ λόγον καὶ εἰκός ἐστιν, ἐνταῦθα κυρίως ὀνομάζεσθαι τὸν θεὸν νομίζομεν ὥσπερ ἐν τούτοις,

Αὐτὰρ ὁ τῶν ἄλλων ἐπεπωλεῖτο τίχας ἀνδρῶν,
Αἴαντος δ' ἀλέεινε μάχην Τελαμωνιάδαο.
Ζεὺς γὰρ οἱ νεμέσα ἂν ἀμείνονι φωτὶ μάχοιτο,

Καὶ,

Ζεὺς γὰρ τὰ μὲν τοιαῦτα φρονεῖ βροτῶν,
Τὰ μικρὰ δ' ἄλλοις δαίμοσιν παρεὶς ἔᾳ.

Σφόδρα δὲ δεῖ καὶ τοῖς ἄλλοις ὀνόμασι θεσπέχειν, ἢ πολλὰ θεάγματα κινουμένοις καὶ μεθισταμένοις ὑπὸ

Dolia namque Jovis duo ſunt ſita limine in ipſo,
Hoc adverſa, illud ſed proſpera fata replerunt.

Item,

Hæc illis jurata, ſed hæc rata noluit eſſe
Jupiter, ambobus monſtrans, ſe diva parare.

Item,

Hinc Danais Teucriſque, ita digerit omnia, magnus
Jupiter, exitii, ſe prima erupit origo:

hæc, inquam, de *fortuna* et *fato* interpretabimur: quas cauſas neque ratiocinando poſſumus aſſequi, neque omnino in noſtra ſunt poteſtate. Ubi vero conſentaneum, decorum et probabile eſt, ibi proprie poni nomen Dei judicabimus: ut,

Priamides cuneos aliorum victor obibat,
Ajacem tantum vitans Telamone creatum.
Nam pugnare vetat meliori, Jupiter, ipſum,

Et,

Mortalium res has curat Jupiter.
Minuta, Divis miſſa, cæteris facit.

Magnopere etiam alia ſunt animadvertenda vocabula, multas ad res accommodata, et varie uſurpata a poetis. Quo ex

τῶν ποιητῶν. Οἷον ὅτι καὶ τὸ τῆς Ἀρετῆς. Ἐπεὶ γὰρ
οὐ μόνον ἔμφρονας παρέχεται καὶ δικαίους καὶ ἀγαθοὺς ἐν
D πράξεσι, καὶ λόγοις, ἀλλὰ καὶ δόξας ὀρθικῶς καὶ δυνά-
μεις περιποιεῖ, διὰ τοῦτο ποιοῦνται καὶ τὴν εὐδοξίαν
ἀρετὴν καὶ δύναμιν ὀνομάζοντες, ὥσπερ Ἐλαίαν τὸν
ἀπὸ τῆς ἐλαίας, καὶ Φηγὸν τὸν ἀπὸ τῆς φηγοῦ καρπὸν
ὁμωνύμως τοῖς φέρουσιν. Οὐκοῦν ὁ νέος ἡμῖν, ὅταν μὴ
λέγωσι,

Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν,

Καὶ,

Τῆμός σφιν Δαναοὶ ἀρετῇ ῥήξαντο φάλαγγα,

Καὶ,

Εἰ δὲ θανεῖν θέμις, ὧδε θανεῖν καλόν,
Εἰς ἀρετὴν καταδυσαμένους βίον,

E εὐθὺς οἰέσθω λέγεσθαι ταῦτα περὶ τῆς ἀρίστης καὶ θειο-
τάτης ἕξεως ἐν ἡμῖν, τὴν ὀρθότητα λόγου καὶ ἀκρότητα

D. 2. παρὰ τοῦτο ποιοῦνται—ὀνομάζοντες] Miror, neminem editorem quid monuisse. Mihi semper displicuit dictionis genus alienum a Græca consuetudine. A.C E Mosc. 1.2 Schott Jun. habent οὐ παρὰ τοῦτο ποιοῦνται—ὀνομάζοντες· quod, si modo sensum habet, nil aliud est nisi, *non tanti æstimant—nominare*, id est, *non dubitant—nominare*. Forte legendum παρὰ τοῦθ' οἱ ποιηταὶ—ὠνόμαζον. Plura in Animadversionibus.

D. 9. σφιν—ἀρετῇ] σφῇ D. At σφι Mosc. 2. Harl. Coll. Nov. item G. qui in margine habet σφῶν.

genere est Virtutis nomen. Quia enim non prudentes modo, justosque et bonos, virtus præstat in verbis et factis, sed existimationem etiam fere et potentiam conciliat: idcirco et bonam famam illi, et potentiam virtutis nomine afficiunt: quomodo oleæ fructum *oleam*, et nucis *nucem*, communicato nomine dicimus. Noster proinde adolescentulus, ubi apud poetas legerit,

Sudorem posuere Dii virtutis ad arcem.

Et,

Rupèrunt Danai jam tum virtute phalangem.

Item,

Nos si fata jubent nunc morti occumbere, mors est
Pulchra quidem sanctæ virtuti immergere vitam.

hæc legens, statim cogitet dici hæc de præstantissimo et divinissimo habitu nostro, quo rectam rationem, et naturæ

λογικῆς φύσεως, καὶ ἀφθέσιν ὁμολογουμένῳ ψυχῆς νοσήματι. Ὅταν δὲ ἀναγινώσκῃ πάλιν τό, τε,

Ζεὺς δ' ἀρετὴν ἄνδρεσσιν ὀφέλλει τε μινύθει τε,

Καὶ τό,

— πλοῦτῳ δ' ἀρετὴ καὶ κῦδος ὀπηδεῖ,

μὴ καθάπαξ τοὺς πλουσίους ἐκπεπληγμένος καὶ τεθηπὼς, καθάπερ ὤνιον εὐθὺς ἀργυρίῳ τὴν ἀρετὴν ἔχοντας, μηδ' ὑπὲρ τῇ τύχῃ κεῖσθαι τὸ αὐξεῖν ἢ κολούειν νομίζων· ἀλλ' ἀντὶ δόξης ἢ δυνάμεως ἢ εὐτυχίας ἤ τινος ὁμοίου τῇ ἀρετῇ κεχρῆσθαι τὸν ποιητὴν ἡγείσθω. Καὶ γὰρ τῇ κακότητι ποτὲ μὲν ἰδίως σημαίνουσι κακίαν καὶ μοχθηρίαν ψυχῆς, ὡς Ἡσίοδος,

Τὴν μὲν γὰρ κακότητα καὶ ἰλαδὸν ἔστιν ἑλέσθαι·

ποτὲ δὲ ἄλλην τινὰ κάκωσιν, ἢ δυστυχίαν, ὡς Ὅμηρος,

Αἶψα γὰρ ἐν κακότητι βροτοὶ καταγηράσκουσιν.

Ἐπεὶ καὶ τὴν εὐδαιμονίαν ἐξαπατηθείη τις ἂν ὅτῳ τὸς

F. 1. ἡγείσθω] Stephanus ita ex Pol. et Jannot. nec dissentit D. Vulgo minus convenienter sententiæ edebatur ἡγούμενος in Ald. Bas. Xyl. cum quibus faciunt octo scripti A. C. E. G. Mosc. 1. 2. Harl. Coll. N.

ratione præditæ perfectionem, animique constantem et convenientem affectionem intelligimus. Rursum hæc legens,

Jupiter ipse virum virtutem exhaurit, et auget.

Et,

— *divitias virtus et fama sequuntur:*

non desideat divites cum stupore admirans atque suspiciens, quasi vero ii pecunia emere virtutem possint, aut suæ prudentiæ incrementum decrementumve in fortunæ sit potestate. Verum hoc judicet, virtutis voce, pro gloria, potentia, fælicitate, aut simili aliqua re, Poetam usum fuisse. Nam κακότητος etiam verbo aliquando malitiam et pravitatem animi designant: ut Hesiodus:

Τὴν μὲν γὰρ κακότητα καὶ ἰλαδὸν ἔστιν ἑλέσθαι·

aliquando calamitatem et miseriam, ut apud Homerum,

Αἶψα γὰρ ἐν κακότητι βροτοὶ καταγηράσκουσιν.

Quomodo is quoque falleretur qui felicitatem eo modo apud

ποιητὰς οἰόμενον λέγειν, ὡς οἱ φιλόσοφοι λέγουσι τὴν παντελῆ τῶν ἀγαθῶν ἕξιν, ἢ κτῆσιν ἢ καὶ τελειότητα βίου κατὰ φύσιν εὐροούντος, ἀλλ' οὐχὶ καταχρωμένους πολλάκις, τὸν πλούσιον εὐδαίμονα καλεῖν ἢ μακάριον, καὶ τὴν δύναμιν ἢ τὴν δόξαν, εὐδαιμονίαν. Ὅμηρος μὲν γὰρ ὀρθῶς κέχρηται τοῖς ὀνόμασιν

Ὡς οὔτοι χαίρων τοῖσδε κτεάτεσσιν ἀνάσσω.

Καὶ Μένανδρος,

Ἔχω δὲ πολλὴν οὐσίαν, καὶ πλούσιος
Καλοῦμ' ὑπὸ πάντων, μακάριος δ' ὑπ' οὐδενός.

Εὐριπίδης δὲ πολλὴν ἀπεργάζεται ταραχὴν καὶ σύγχυσιν, ὅταν λέγῃ,

B Μή μοι γένοιτο λυπρὸς εὐδαίμων βίος.

Καὶ,

Τί τὴν τυραννίδ' ἀδικίαν εὐδαίμονα
Τιμᾷς;

ἂν μή τις, ὥσπερ εἴρηται, ταῖς μεταφοραῖς καὶ καταχρήσεσι τῶν ὀνομάτων ἐπῇ. Ταῦτα μὲν οὖν ἱκανῶς περὶ τούτων.

F. 8. ἢ καὶ] Abeſt ab Ald. Baſ. Xyl. Unum καὶ deeſt in C. Reliqui non diſſentiunt a recepta hac lectione Stephani.

poetas accipi putaret, quo philoſophis ſignificat perfectum bonorum omnium habitum, ſeu poſſeſſionem et perfectionem vitæ ſecundum naturam proſpero curſu euntis: non ſentiens abuti eos ſæpe nomine, et qui dives ſit, *felicem* ab iis appellari, aut beatum, potentiamque et famam bonam *felicitatis* vocabulo inſigniri. Nam Homerus quidem recte utitur appellationibus iſtis:

Non me equidem tantis opibus juvat ire potentem.

Et Menander:

Opibus abundo, dives omnibus vocor,
Nullo beatus---

Euripides multum confuſionis et turbarum infert, hæc ſcribens:

Vitam beatam nolo, quæ moleſta ſit.

Et,

Quid, nate, regnum quæ beata injuria eſt
Laudas?

niſi, ut dixi, tranſlationem et abuſum vocum ſpectes. Ac de iis quidem ſatis.

ζ'. Ἐκεῖνο δ' οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ πολλάκις ὑπομνηστέον ἐστὶ τοὺς νέους ἐνδεικνύμενον αὐτοῖς ὅτι μιμητικὴ ἡ ποίησις ὑποθέσιν ἔχουσα, κόσμῳ μὲν καὶ λαμπρότητι χρῆται πρὸς τὰς ὑποκειμένας πράξεις καὶ τὰ ἤθη, τὴν δὲ ὁμοιότητα τοῦ ἀληθοῦς οὐ προλείπει, τῆς μιμήσεως ἐν τῷ πιθανῷ τὸ ἀγωγὸν ἐχούσης. Διὸ καὶ κακίας καὶ ἀρετῆς σημεῖα μεμιγμένα ταῖς πράξεσιν C ἡ μὴ παντάπασι τὴν ἀληθείας ὀλιγωροῦσα μίμησις συνεκφέρει, ὥσπερ ἡ Ὁμήρου πολλὰ πάνυ τοῖς Στωϊκοῖς χαίρειν φράζουσα, μήτέ τι φαῦλον ἀρετῇ προσεῖναι, μήτε κακίᾳ χρηστὸν ἀξιοῦσιν, ἀλλὰ πάντως μὲν ἐν πᾶσιν ἁμαρτωλὸν εἶ τι ἀμαθῆ, πρὸς πάντα δ' αὖ κατορθοῦν τὸν ἀγαθόν. Ταῦτα μὲν ἐν ταῖς σχολαῖς ἀκούομεν. Ἐν δὲ τοῖς πράγμασι καὶ τῷ βίῳ τοῖς πολλοῖς, κατ' Εὐριπίδην,

> Οὐκ ἂν γένοιτο χωρὶς ἐσθλὰ καὶ κακά,
> Ἀλλ' ἔστι τὶς σύγκρασις. D

B. 8. ἐνδεικνύμενον] Reſtitui veterem ſcripturam ex Ald. Baſ. Xyl. Moſc. 1. 2. Stephani eſt ἐκδεικνύμενον, non alibi apud Plutarchum legitur.

VII. Hoc non ſemel, ſed ſæpenumero monendi ſunt adoleſcentes, poeſin, quum argumentum ei ſit ad imitandum propoſitum, adhibere quidem eam ornatum et ſplendorem rebus moribuſque, quæ pro argumento ſumpſit, illuſtrandis: interim tamen veritatis ſimilitudinem non dimittere, quippe imitatio, cum veriſimili, conjunctam illecebram habet. Itaque imitatio quæ non plane veritatem negligit, actionibus virtutum et vitiorum permixta indicia ſimul profert, qualis eſt Homeri poeſis, quæ longum vale dixit Stoicis, *neque virtuti vitium, neque vitio virtutem unquam adeſſe*, cenſentibus, *ſed omnino uſquequaque inſipientem peccare, ſapientem recte agere.* Hæc ſane in ſcholis audiuntur. At in rebus ipſis vitaque communi, ſicut Euripides ſenſit,

Mixtura quædam eſt, ſine malo nullum
eſt bonum:

Ἄνθ' δὲ τοῦ ἀληθοῦς μάλιστα μὲν ἡ ποιητικὴ τῷ ποικίλῳ χρῆται καὶ πολυτρόπῳ. Τὸ γὰρ ἐμπαθὲς καὶ παράλογον καὶ ἀπροσδόκητον, ᾧ πλείστη μὲν ἔκπληξις ἔπεστι, πλείστη δὲ χάρις, αἱ μεταβολαὶ παρέχουσι τοῖς μύθοις· τὸ δ' ἁπλοῦν, ἀπαθὲς καὶ ἄμυθον. Ὅθεν οὔτε νικῶντας ἀεὶ πάντα ποιοῦσι τοὺς αὐτοὺς, οὔτ' εὐημερεῖν ποιοῦσι, οὔτε κατορθοῦν. Ἀλλ' οὐδὲ τοῖς θεοῖς, ὅταν εἰς ἀνθρωπίνας ἐμπέσωσι πράξεις, ἀπαθέσι χρῶνται καὶ ἀναμαρτήτοις, ἵνα μηδαμοῦ, τό, τε ταραχῶδες καὶ τὸ ἔκπληκτον ἀργῇ τῆς ποιήσεως ἀκίνδυνον καὶ ἀνανταγώνιστον γινόμενον.

quasi re percepta, annuunt: alii intempestiva ambitione et inani cum aliis certandi studio, ut acumen ingenii ac facultatem discendi ostentent, priusquam acceperint, habere se profitentes, nihil percipiunt. Ita usu venit verecundis quidem istis ac taciturnis, ut digressi in mœrore sint ac dubitationibus, coganturque tandem necessitate impulsi, majore cum pudore dicentes interpellare, et quæstiones revocare, et abruptum cursum iterare: ambitiosis autem illis atque audaculis, ut suam inscitiam semper occultent atque tegant.

XVIII. Repudiata itaque omni id generis stoliditate atque arrogantia, in id incumbamus ut discamus animoque comprehendamus quidquid utiliter dicitur, patiamurque nos rideri ab his qui sibi ingeniosi videntur: sicut fecerunt Cleanthes et Xenocrates, qui quum viderentur tardiores esse quam qui una scholam frequentabant reliqui, non refugerunt a discendo, neque animos desponderunt, sed ultro in seipsos dicteria jecerunt,

τε βαχυτόμως, καὶ πινακίσι χαλκαῖς ἀπεικάζοντες, ὡς μόλις μὲν ὑποδεχόμενοι τοὺς λόγους, ἀσφαλῶς δὲ καὶ βεβαίως τηρεῖτες. Οὐ γὰρ μόνον, ὡς φησι Φωκυλίδης,

Πόλλ' ἀπατηθῆναι δίζημενον ἔμμεναι ἐσθλόν·

ἀλλὰ καὶ γελασθῆναι δεῖ πολλὰ, καὶ ἀδοξῆσαι, καὶ F σκώμματα καὶ βωμολοχίας ἀναδεξάμενον, ὥσαθαι παντὶ τῷ θυμῷ καὶ καταθλῆσαι τὴν ἀμαθίαν. Οὐ μὴν οὐδὲ τῆς περὶ τοιοῦτον ἁμαρτίας ἀμελητέον, ἵν' ἁμαρτάνουσιν οἱ μὲν ὑπὸ ναθείας, ἀηδεῖς καὶ κοπώδεις ὄντες· οὐ γὰρ ἐθέλουσι γενόμενοι καθ' αὑτοὺς πρά- 48 γματα ἔχειν, ἀλλὰ παρέχουσι τῷ λέγοντι, πολλάκις ἐκπιθανόμενοι πρὸς τ' αὐτόν· ὥσπερ ἀπίνεις νεοσσοὶ, κεχηνότες ἀεὶ πρὸς ἀλλότριον στόμα, καὶ πᾶν ἕτοιμον ἤδη καὶ διαπεπονημένον ὑπ' ἄλλων ἐκλαμβάνειν ἐθέλοντες. Ἕτεροι δὲ, πολυσχιδὴς καὶ δριμύτητος ἐν οὐ δέοντι θηρώμενοι δόξαν, ἀποκναίουσι λαλιᾷ καὶ περιεργίᾳ

vaſis anguſti orificii, et æreis tabulis ſe ſimiles dicentes, ut qui ægre doctrinam perciperent, perceptam firmiter conſtanterque retinerent. Non enim duntaxat, quod apud Phocylidem eſt,

Qui vult eſſe probus, falli hunc perſæpe neceſſe eſt:

ſed et derideri oportet ſæpe, et ignominiam ferre et falſe dicta, et ſcurriles inſectationes. Omni denique robore animi adverſus inſcitiam niti, eamque dejicere oportet. Sed et illud vitandum eſt in quo in diverſas alii partes peccant. Sunt enim qui ob ignaviam ſuam moleſti ſint doctoribus atque importuni: qui quum nolint ſeorſim ipſi laborem diſcendo impendere, ſæpenumero eadem de re interrogando negotium faceſſunt doctori: inſtar implumium pullorum ſemper ad alienum os hiantes, cupienteſque omnia ſibi jam ante ab aliis præparata et elaborata tradi. Alii attentionis et acuminis gloriam non ſuo aucupantes loco, garrulitate et curioſitate magiſtros ob-

τὰς λέξεις, ἀεί τι περισσολογοῦντες τοῦ ὄντος ἀναγκαίων, καὶ ζητοῦντες ἀποδείξεις τῶν ἀδιαμφιλέκτων· οὕτως

— ὁδὸς βραχεῖα γίνεται μακρὰ,

B ὡς φησι Σοφοκλῆς, οὐκ αὐτοῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις. Ἀντιλαμβανόμενοι γὰρ ἐκάστοτε κεναῖς καὶ περιττοῖς ἐρωτήσεσι τοῦ διδάσκοντος, ὥσπερ ἐν σιωδίᾳ, τὸ συνεχὲς ἐμποδίζουσι τῆς μαθήσεως, ὀπισάσεις καὶ διατριβὰς λαμβανούσης. Οὗτοι μὲν οὖν, κατὰ τὸν Ἱερώνυμον, ὥσπερ οἱ δειλοὶ καὶ γλίσχροι σκύλακες τὰ δέρματα δάκνοντες οἴκοι, καὶ τὰ πίλματα πίλλοντες, τῶν θηρίων αὐτῶν οὐχ ἅπτονται. Τοὺς δ' ἀργοὺς ἐκείνους παρακαλῶμεν, ὅταν τὰ κεφάλαια τῇ νοήσει περιλάβωσιν, αὐτοὺς δ' αὐτῶν τὰ λοιπὰ συντιθέναι, καὶ τῇ μνήμῃ χειραγωγεῖν τὴν εὕρεσιν, καὶ τὸν ἀλλότριον λόγον

C οἷον ἀρχὴν καὶ σπέρμα λαβόντας, ἐκτρέφειν καὶ αὔξειν. Οὐ γὰρ, ὡς ἀγγεῖον, ὁ νοῦς ἀποπληρώσεως, ἀλλ' ὑπεκ-

B. 6. γλίσχροι] Sic omnes libri. Tamen legendum puto λιχνοί, *guloſi*.

tundunt, ſemper aliquid non neceſſarium in diſputationem trahentes, demonſtrationeſque rerum nihil ad inſtitutum facientium quærentes : hoc pacto,

Via brevis ut ſit, longa ſit tamen mora,

ut Sophocles ait, non ipſis tantum, ſed et aliis. Nam identidem vanis et ſupervacaneis interrogationibus magiſtrum occupantes, veluti in faciundo itinere, diſciplinæ continuationem impediunt, mora et inſtitionibus illis interceptæ. Atque hi quidem, ut Hieronymus ſentit, ſimiles ſunt ignavorum ac timidorum canum, qui quum domi pelles mordeant, ac villos vellant, ipſas feras non tangunt. Segnes autem illos hortor, ut quum capita rerum animo complexi fuerint, ipſi ſuo marte reliqua apponant, memoriaque inventionem quaſi manu ducant, et orationem alterius veluti initium ac ſemen accipientes, enutriant atque augeant. Non enim ut vas, ita mens quoque impleri opus habet : ſed fomitem tan-

κάυματος μόνον, ὥσπερ ὕλη, δεῖται, ὁρμὴν ἐμποιοῦντος εὑρετικὴν, καὶ ὄρεξιν ἐπὶ τὴν ἀλήθειαν. Ὥσπερ οὖν εἴτις ἐκ γειτόνων πυρὸς δεόμενος, εἶτα πολὺ καὶ λαμπρὸν εὑρὼν αὐτῷ καταμένοι παρὰ τέλους θαλπόμενος· οὕτως εἴ τις ἥκων λόγου μεταλαβεῖν παρὰ ἄλλου, οὐκ οἴεται δεῖν φῶς οἰκεῖον ἐξάπτειν καὶ νοῦν ἴδιον, ἀλλὰ χαίρων τῇ ἀκροάσει, κἀκεῖθεν θελγόμενος, οἷον ἔρυθος ἕλκει καὶ γάνωμα, τὴν δόξαν ἀπὸ τῶν λόγων, τὸν δὲ ἐντὸς εὐρῶτα D τῆς ψυχῆς καὶ ζόφον οὐκ ἐκτεθέρμακεν, οὐδὲ ἐξέωκε παρὰ φιλοσοφίας. Εἰ δεῖ τινος οὖν παρὰ ἀκροάσιν ἑτέρου παραγγέλματος, δεῖ καὶ τοῦ νῦν εἰρημένου μνημονεύοντας, ἀσκεῖν ἅμα τῇ μαθήσει τὴν εὕρεσιν· ἵνα μὴ σοφιστικὴν ἕξιν μηδὲ ἱστορικὴν, ἀλλ' ἐναγώνιον καὶ φιλόσοφον λαμβάνωμεν, ἀρχὴν δὲ καλῶς βιῶναι, τὸ καλῶς ἀκοῦσαι νομίζοντες.

tum et alimentum (ſicut materia incendenda) requirit qua incitetur ad inveniendum, et ad veritatis indagationem feratur. Sicut ergo fatuus ſit qui a vicino ignem petens, invento ibi ſplendido foco ſemper adſideat et ſe calefaciat: ita ſi quis ad alium accedens diſcendi cauſa, non exiſtimet ſuum ſe peculiare ſibi lumen debere accendere in ſua mente, ſed gaudeat auditione eaque ſe oblectans magiſtro ſemper adſideat: is ruborem quidem nitoremque opinionis quendam audiendo ſibi parat, ſed internam animi æruginem flammis non excoxerit, neque caliginem luce philoſophiæ diſpulerit. Si igitur alio præcepto uſus eſt ad rectam audiendi rationem, oportet certe nos hujus quod modo expoſui, memores, ſimul cum diſcendo inveniendi exercere facultatem; ut quum ſtatuerimus principium recte vivendi eſſe recte audire, habitum nobis non ſophiſticæ oſtentationis aut nudæ cognitionis, ſed animo impreſſum philoſophicumque paremus.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΠΩΣ ΑΝ ΤΙΣ

ΔΙΑΚΡΙΝΕΙΕ ΤΟΝ ΚΟΛΑΚΑ ΤΟΥ ΦΙΛΟΥ.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΠΩΣ ΑΝ ΤΙΣ

ΔΙΑΚΡΙΝΕΙΕ ΤΟΝ ΚΟΛΑΚΑ ΤΟΥ ΦΙΛΟΥ.

PLUTARCHI

QUOMODO

ADULATOR AB AMICO INTERNOSCATUR.

α'. Τῷ σφόδρα φιλεῖν ἑαυτὸν, ὦ Ἀντίοχε φιλόπαππε, φάσκοντι, συγγνώμην μὲν ἅπασι, ὁ Πλάτων δίδωσι φησί· κακίαν δὲ σὺ πολλαῖς ἄλλαις ἐγγίνεσθαι μεγίστην, ὑφ' ἧς οὐκ ἔστιν αὐτῷ κριτῇ δίκαιον οὐδὲ ἀδέκαστον εἶναι· τυφλοῦται γὰρ τὸ φιλοῦν περὶ τὸ φιλούμενον, ἂν μή τις μαθὼν ἐθισθῇ τὰ καλὰ

E. 7. Τῷ σφόδρα φιλεῖν—φάσκοντι συγγνώμην] Si ad Platonis exemplum Leg. V. p. 606. D, redigendus hic locus; nec Plutarchus eum memoriter referens immutavit, aut aliter in ſuo libro expreſſum habuit; videatur legendum, Τῷ σφόδρα φιλεῖν ἑαυτὸν, ὦ Α. φιλόπαππε, σφισὶ συγγνώμην &c.

I. APUD Platonem eſt, Antioche Philopappe, veniam omnes dare ei, qui ſui ſeſe maximo teneri amore profiteatur: verum præter alia hoc ſummum ex amore tali vitium in animo hominis exiſtere, quod juſtus ſui ipſius incorruptuſque eſſe judex nequit: cæcus enim eſt rei amatæ cognitor qui amat; niſi quis adſueverit pulchra potius

τιμᾶν καὶ διώκειν μᾶλλον ἢ τὰ συγγενῆ καὶ οἰκεῖα. Τοῦτο τῷ κόλακι πολλὴν μεταξὺ τῆς φιλίας εὐρυχωρίαν δίδωσιν, ὁρμητήριον ἐφ' ἡμᾶς εὐφυὲς ἔχοντι τὴν φιλαυτίαν, δι' ἣν αὐτὸς αὑτῷ κόλαξ ἕκαστος ὢν σφοδρὸς καὶ μέγιστος, οὐ χαλεπῶς προσίεται τὸν ἔξωθεν, ὃν οἴεται καὶ βού- 49
λεται μάρτυρα ἅμα αὐτῷ καὶ βεβαιωτὴν προσγινόμενον. Ὁ δὲ λοιδορούμενος φιλοκόλαξ, σφόδρα φίλαυτός ἐστι, καὶ δι' εὔνοιαν ἑαυτῷ πάντα μὴ ὑπάρχειν βελόμενος, πάντα δὲ οἰόμενος· ὧν ἡ μὴ βούλησις, οὐκ ἄτοπος, ἡ δὲ οἴησις, ὑποφαλὴς καὶ δεομένη πολλῆς εὐλαβείας. Εἰ δὲ θεῖον ἡ ἀλήθεια, καὶ πάντων μὴ ἀγαθῶν θεοῖς, πάντων δὲ ἀνθρώποις ἀρχὴ κατὰ Πλάτωνα, κινδυνεύει θεοῖς ἐχθρὸς ὁ κόλαξ εἶναι, τῷ δὲ Πυθίῳ μάλιστα προσήκοντος. Ἀντιπάσχεται γὰρ ἀεὶ πρὸς Β
τὸ, Γνῶθι σαυτὸν, ἀπάτιον ἑκάστῳ πρὸς ἑαυτὸν ἐμποιῶν, καὶ ἄγνοιαν ἑαυτοῦ καὶ τῶν περὶ αὐτὸν

B. 3. ἑαυτῷ καὶ] ἑαυτῷ Ald. Baſ. Xyl. A. C. D. E. Moſc. 1. 2. Voſſ. Harl. 1. Vulgatum Steph. ſumpſit a T. V. B.

in pretio habere ac ſectari, quam cognata et domeſtica. Hoc vitium Adulatori ſub ſpecie Amici ſeſe ingerendi magnam aperit feneſtram, opportuna adverſum nos arce utenti, noſtro amore noſtri: qui amor facit, ut quiſque ſui ipſius Adulator cum ſit primus atque maximus, non difficulter admittat externum, quem putat ac vult eſſe ſibi atque accedere teſtem adſtipulatoremque. Cui enim objicitur quod Adulatoribus delectetur, is ſeipſum valde amat, atque ob benevolentiam omnia ſibi et vult et putat adeſſe ea, quæ velle quidem habere non eſt abſurdum, opinari autem ſe ea habere, periculoſum eſt, multamque requirit cautionem. Quod ſi veritas res eſt, ut ait Plato, divina, omniumque bonorum et diis et hominibus principium, apparet diis inimicum eſſe Adulatorem, Pythio præ cæteris Apollini: impugnat enim ſemper hanc vocem, *Noſce teipſum*, animum uniuſcujuſque decipiens, ignorationemque ingenerans bonorum ac malorum quæ ei adſunt, propter quam neceſſe

ἀγαθῶν καὶ κακῶν, τὰ μὲν ἐλλιπῆ καὶ ἀτελῆ, τὰ δ' ὅλως ἀνεπανόρθωτα ποιῶν.

Β'. Εἰ μὲν οὖν, ὡς τὰ πλεῖστα τῶν ἄλλων κακῶν, ὁ κόλαξ ἦπτετο μόνον, ἢ μᾶλιστα τῶν ἀγεννῶν καὶ φαύλων, οὐκ ἂν ἐν οὕτως δεινὸν οὐδὲ δυσφύλακτον. Ἐπεὶ δὲ ὥσπερ οἱ θρῖπες ἐμφύονται μᾶλιστα τοῖς ἁπαλοῖς καὶ γλυκέσι ξύλοις, οὕτω τὰ φιλότιμα τῶν ἠθῶν καὶ ἁρπαγὰ καὶ ὀπίσκιον τὸ κόλακα δέχεται καὶ πέφυκε πορισ-
C φύμενον· ἔτι δ' ὥσπερ ὁ Σιμωνίδης τὸν ἱπποτροφίαν φησίν,

Οὐ λακύθῳ ὀπαδεῖν, ἀλλ' ἀρύραισι πυροφόροις,

οὕτω τὸν κολακείαν ὁρῶμεν οὐ πένησιν, οὐδὲ ἀδόξοις, οὐδὲ ἀδυνάτοις ἀκολουθοῦσαν, ἀλλ' οἴκων τε καὶ πραγμάτων μεγάλων ὀλίσθημα καὶ νόσημα γινομένην, πολλάκις δὲ καὶ βασιλείας καὶ ἡγεμονίας ἀνατρέπουσαν· οὐ

B. 4. ἀγαθῶν καὶ κακῶν, τὰ μὲν ἐλλιπῆ] Vulgo ἀγαθῶν καὶ κακῶν, τὰ ἀγαθὰ καὶ τὰ κακὰ, τὰ μὲν ἐλλειπῆ. Primo emblema delevimus cum A. C. D. E. Mosc. 1. 2. Voss. Harl. 1. 2. T. V. B. Deinde pro ἐλλειπῆ dedimus ἐλλιπῆ cum A. C. D. E. Mosc. 1. 2. quod item est in Parisiensi Græco Latina 1624.

C. 3. λακύθῳ] ζακύνθῳ. Vulcob. Schott. Collat. Muret. Forte, rectius.

C. 7. οὐ μικρὸν ἔργον ἐστὶν] διὸ οὐ μικρὸν ἔργον ἐστὶν Steph. ex Pol. Jannot. Coll. Muret. Delevi διὸ cum Ald. Bas. Xyl. A. D. E. Mosc. 1. 2. Voss. Colleg. Nov. et correctionem in Versione expressi. Est enim apo-

est et bona, manca imperfectaque, et mala, prorsus inemendata relinqui.

II. Quod si, ut pleræque aliæ solent res malæ, Adulator aut solos, aut præcipue, adoriretur ignobiles atque viles homines; non ita periculosa esset ea res neque adeo difficilis evitatu. Nunc quandoquidem, ut teredines lignis innascuntur potissimum teneris atque dulcibus, ita fere generosa ingenia, et frugi atque placida adulatorem recipiunt aluntque adhærescentem: atque, ut Simonides ait, *equos alendi studium non lecythum comitari, sed agros frugiferos:* ita videmus Adulatores non pauperibus se adjungere, aut ingloriis et plebeiis, sed magnarum familiarum rerumque amplarum ruinam hanc morbumque esse, qui sæpe etiam regna imperiaque subvertat;

μικρὸν ἔργον ἐστὶν, οὐδὲ φαύλης δεόμενον προνοίας, ἡ περὶ αὐτῆς ἐπίσκεψις· ὡς ἂν μάλιστα φείφωρος ὑπάρχῃ, μὴ βλάπτοι μηδὲ παραβάλλοι τὴν φιλίαν. Οἱ μὲν γὰρ φθεῖρες ἀπίασιν ἀπὸ τῶν τελευτώντων, καὶ ἀπολείπουσι τὰ σώματα σβεννυμένου τοῦ αἵματος ἐξ οὗ τρέφονται· τοὺς δὲ κόλακας οὐδ' ὅλως ἰδεῖν ἐστι πράγμασι ξηροῖς καὶ κατεψυγμένοις προσιόντας· ἀλλὰ ταῖς δόξαις καὶ ταῖς δυνάμεσιν ἐπιπίπτουσι καὶ αὔξονται, ταχὺ δ' ἐν ταῖς μεταβολαῖς ἀπορρέουσιν. Ἀλλὰ τὴν τότε πεῖραν οὐ δεῖ προμήθειαν ἀνωφελῆ, μᾶλλον δὲ βλαβερὰν καὶ οὐκ ἀκίνδυνον οὖσαν. Χαλεπὴ γὰρ ἐν καιρῷ δεομένῳ φίλων, ἡ τῶν μὴ φίλων αἴσθησις, ἀντικαταλλαγὴν οὐκ ἔχουσα ἀρχαίαν καὶ βεβαίαν πρὸς ἀβέβαιον καὶ κίβδηλον. Ἀλλ' ὥσπερ νόμισμα δεῖ τὸν φίλον ἔχειν πρὸ τῆς χρείας δεδοκιμασμένον, μὴ ἐπὶ τῆς χρείας ἐλεγχόμενον. Οὐ γὰρ δεῖ βλαβέντας αἰσθέσθαι, ἀλλ' ὅπως μὴ βλαβῶμεν,

dosis, relata ad antecedens Ἐπεὶ δέ. Vulc. διὰ δὴ ταῦτα. Harl. 2. διὰ δὲ ταῦτα. C. οὐ μικρὸν γὰρ ἔργον ἐστίν.

C. 9. περίφωρος] Recepi ex A. D. E. Moſc. 1. 2. Voſſ. T. V. Vulgo περίφορος.

idcirco non parvum eſt negotium, neque providentia indigens exigua, ita adulationem conſiderare, ne, cum adeo ſit agilis, amicitiam lædat aut criminibus obnoxiam reddat. Etenim pediculi morientes deſerunt, abeuntque ab eorum corporibus, exſtincto quo alebantur ſanguine: ſed nunquam omnino videbis Adulatores eo ſe conferre, ubi res ſunt acciſæ et homines frigent: ubi gloria eſt et potentia, eo advolant, ibique augentur, et mutante fortuna celeriter defluunt. Non eſt autem res ad illud uſque experimentum trahenda, quod inutile ſit, adeoque damnoſum, neque periculo careat. Durum eſt enim in eo temporis articulo quo Amicorum indigeas, ſentire non eſſe Amicos, qui putabantur, quando res non ſinit inconſtantem et fictitium conſtante ac probo permutare. Sed ſicut nummum, ita Amicum oportet habere ante quam uſus poſtulet, probatum, non ipſo uſu reprehenſum. Neque damno accepto ſentire debemus, ſed

ἐμπειρίαν λαβεῖν καὶ καταγνόσιν τοῦ κόλακος. Εἰ δὲ μή, ταυτὸ πεισόμεθα τοῖς αἰθανομένοις τῷ προφαγεῖν τῶν θανασίμων φαρμάκων, εἰς τὴν κρίσιν ἀπολλύντες ἑαυτοὺς καὶ διαφθείροντες. Οὔτε γὰρ δὴ τούτους ἐπαινοῦμεν, οὔτε ὅσοι τὸν φίλον εἰς τὸ καλὸν τιθέμενοι καὶ ὠφέλιμον, οἵονται τοὺς κεχαρισμένως ὁμιλοῦντας, εὐθὺς ἔχειν ἐπαυτοφώρῳ κόλακας ἐλημμένους. Οὐδὲ γὰρ ἀνδρὸς ὁ φίλος, ἀλλ' ἄκρατος, οὐδὲ τῷ πικρῷ σεμνὸν ἡ
F φιλία καὶ αὐστηρῷ· ἀλλ' αὐτὸ δὴ τοῦτο τὸ καλὸν καὶ τὸ σεμνὸν αὐτῆς ἡδὺ καὶ ποθούμενόν ἐστι· πῶς δ' αὐτῇ

— χάριτές τε καὶ ἵμερος οἰκί' ἔθεντο·

καὶ οὐ δυσχεραντι μόνον

Εἰς ὄμματ' εὔνυ φωτὸς ἐμβλέψαι γλυκύ,

κατ' Εὐριπίδην· ἀλλ' οὐδὲν ἧττον τοῖς ἀγαθοῖς ἡδονὴν ὀπιφέρουσα καὶ χάριν, ἢ τῶν κακῶν ἀφαιροῦσα τὰς λύπας καὶ τὰς ἀπορίας παρέπεται. Καὶ καθάπερ ὁ
50 Εὔηνος εἶπε, τῶν ἡδυσμάτων τὸ πῦρ εἶναι κράτιστον, ὅπως

peritiam cognoſcendi Adulatoris habere, ne lædamur. Alioquin idem nobis uſu veniet quod iis qui guſtato demum veneno ſentiunt id eſſe lethale, judiciumque ipſis hoc ſuo conſtat exitio. Nam neque hos probamus, neque eos qui Amicitiam honeſtate atque utilitate metientes, putant Adulatores ipſo facto ſe deprehendiſſe eos, qui blande ac gratioſe converſantur. Non enim inſuavis eſſe debet Amicus aut injucundus, neque gravitas Amicitiæ morum acerbitate conſtat: ſed ipſa illa ejus pulchritudo atque gravitas, ſuavis eſt ac deſiderabilis,

Quam juxta Charites, ſedes poſuitque Cupido:

neque ſoli ei qui eſt in calamitate,

Faciem intueri dulce hominis eſt benevoli,

ſicut ille apud Euripidem ait: ſed vitam comitatur Amicitia non minus voluptatem rebus lætis adjiciens ac gratiam, quam adverſis dolores difficultateſque adimens. Atque, ut Evenus dixit, *omnium condimentorum optimum eſſe ignem:*

τῷ βίῳ μίξας τὴν φιλίαν ὁ Θεὸς, ἅπαντα φαιδρὰ καὶ γλυκέα καὶ προσηνῆ, ταύτης παρούσης καὶ συναπολαυούσης, ἐποίησεν. Ἐπεὶ πῶς ἂν ὁ κόλαξ ὑπεδύετο ταῖς ἡδοναῖς, εἰ τὴν φιλίαν εἶχε τὸ ἡδὺ μηδαμοῦ προσιεμένην, οὐκ ἔστιν εἰπεῖν. Ἀλλ' ὥσπερ τὰ ψευδόχρυσα καὶ τὰ κίβδηλα τῶν σκευῶν, τὴν λαμπρότητα τοῦ χρυσοῦ καὶ τὸ γάνωμα μιμεῖται μόνον, ὅπως ἔοικεν ὁ κόλαξ τοῦ φίλου τὸ ἡδὺ καὶ κεχαρισμένον ἐκμιμούμενος, ἀεὶ παρέχειν ἱλαρὸν καὶ ἀνθηρὸν, καὶ πρὸς μηδὲν ἀντι- B βαίνοντα μηδ' ὑπεναντιούμενον ἑαυτόν. Ὅθεν οὐδὲ τοὺς ἐπαινοῦντας, εὐθὺς ὡς κολακεύοντας, ἁπλῶς ὑφορατέον. Ἔπαινος γὰρ οὐκ ἦλθον ἐν καιρῷ φεύγει φιλίαν προσήκει. Μᾶλλον δὲ τὸ μὴ δύσκολον ὅλως καὶ μεμψίμοιρον, ἄφιλον καὶ ἀνομίλητον· τῆς δ' ἀφθόνως καὶ προθύμως τὸν ὀπὶ τοῖς καλοῖς ἀποδιδούσης ἔπαινον

A. 3. προσηνῆ] Stephanus ex Turnebiano dedit. Bonum item προσφιλῆ et a pluribus firmatum libris Ald. Baſ. Xyl. Moſc. 1. 2. Venet. Voſſ. Harl. 1. Colleg. Nov.

A. 7. σκευῶν] Stephanus ſumpſit ex Jannot. Pol. Schott. Anon. Eſt item in margine codicum A. et Venet. Abeſt a plurimis, Ald. Baſ. Xyl. A. C. D. E. Venet. Harl. 1. Moſc. 1. 2.

ita Deus Amicitiam vitæ admiſcens, omnia læta, dulcia, ac grata ut eſſent, Amico præſente unaque fruente, fecit. Et vero, qui voluptatum ſpecie obrepere vellet Adulator, ſi noſſet Amicitiam nihil jucundi uſquam admittere? Sed ſicut vaſa quæ aurum mentiuntur et adulterina ſunt, fulgorem tantum auri atque nitorem imitantur; ſic Adulator ſuavitatem venuſtatemque Amici imitans, ſemper hilarem ſe ac renidentem præbet, nunquam reſiſtens, nunquam repugnans. Itaque non ſtatim debemus Adulationis ſuſpectos habere quicunque laudant. Non minus enim ſuo tempore laus Amicum quam objurgatio decet. Quinimo moroſitas ac ad quævis reprehendendum proclivitas, ab Amicitia eſt et conſuetudine res aliena. Quæ autem benevolentia liberaliter atque alacriter laudem laude dignis

εὐνοίας, καὶ τὸ νωθρότερον αὖθις καὶ παῤῥησιαζόμενον ἐλαφρῶς καὶ ἀλύπως ὑπομένουσι, πιστεύοντες καὶ ἀγαπῶντες ὡς ἀναγκαίως ψέγονται τὸν ἡδέως ἐπαινούμενοι.

γ'. Χαλεπὸν οὖν, φαίη τις ἂν, ἔτι διακρῖναι τὸν κόλακα καὶ τὸν φίλον, εἰ μήτε ἡδονῇ μήτε ἐπαίνῳ διαφέρουσι· καὶ γὰρ ἐν ὑπουργίαις καὶ διακονίαις, πολλάκις ἰδεῖν ἔστι τὸν φιλίαν ὑπὸ τῆς κολακείας ὠθούμενον περχόμενόν τε. Τί δὲ οὐ μέλλει, φήσομεν; ἂν τὸν ἀληθινὸν κόλακα καὶ μὴ δεινότητος καὶ τέχνης ἀπομόμυον ἢ σχήματος διώκωμεν, ἀλλὰ μὴ, καθάπερ οἱ πολλοὶ, τοὺς αὐτολήκυθους τούτους λεγομένους καὶ παραπεζέας, καὶ μὴ τὸ κατὰ χεῖρας ὕδωρ ἀκουομένους, ὥς τις εἶπε, κόλακας νομίζωμεν, ὧν ἐν μιᾷ λοπάδι καὶ κύλικι μὴ βωμολοχίας καὶ βδελυρίας ἡ ἀνελευθερία γίνεται καταδηλος. Οὐ γὰρ δή που, Μελάνθιον ἔδει τὸν Ἀλεξάνδρου τοῦ Φεραίου σκῶμμα ἐξελέγχαι, ὃς τοῖς ἐρωτῶσι πῶς Ἀλέξανδρος ἐσφάγη, Διὰ τῆς πλευρᾶς, ἔλεγεν,

tribuit, hujus etiam in reprehendendo libertatem facile et ſine moleſtia perferimus ac probamus, credentes neceſſitate ductum increpare, qui in laudando fuit facilis.

III. Operoſum eſt ergo, dicet aliquis, Adulatorem ab Amico internoſcere, ſi neque voluptatem afferendo, neque laudando differunt; nam et in miniſteriis et in obſequiis videmus ſæpe adulatores amicis eſſe celeriores. Quid ni vero ſit, inquam, difficile? Si quidem agamus de vero Adulatore qui artificioſe et cum quadam calliditate rem gerit; neque cum vulgo eos intelligamus Adulatores, quos *autolecythos* et menſarum vocamus aſſeclas, ut ait ille, ac qui poſt datam manibus aquam audiuntur; quorum ad unicam patinam et ad unum calicem illiberalitas ſcurrilitate et impuritate comitata ſeſe prodit. Non enim, puto, neceſſe erat Melanthium Alexandri Pheræi paraſitum adſentationis convincere: qui interrogantibus quomodo confoſſus eſſet Alexander, reſpondit, *Per la-*

εἰς τὴν γαστέρα τὴν ἐμήν· οὐδὲ τοὺς ἀμφὶ πλουσίαν τράπεζαν ἐγκυκλουμένους, οὓς οὔτε πῦρ, οὐ σίδηρος, οὐδὲ χαλκὸς εἴργει, μὴ φοιτᾶν ὅπὶ δεῖπνον. Οὐδὲ γὰρ τὰς ἐν Κύπρῳ κολακίδας, ἐπειδὴ διέβησαν εἰς Συρίαν, κλιμακίδας προσαγορευθείσας, ὅτι ταῖς γυναιξὶ τῶν βασιλέων ἀναβαίνειν ὅπὶ τὰς ἁμάξας δι' αὐτῶν ὑποκατακλινόμεναι παρεῖχον.

Δ'. Τίνα οὖν δεῖ φυλάττεσθαι; τὸν μὴ δοκοῦντα μηδ' ὁμολογοῦντα κολακεύειν· ὃν οὐκ ἔστι λαθεῖν ἐπὶ τὸ πανοῦργον, οὐδὲ ἁλίσκεται σκιὰν καταμετρῶν ὅπὶ δεῖπνον, οὐδ' ἔρριπται μεθυσθεὶς ὅπως ἔτυχεν, ἀλλὰ νήφει τὰ πολλά, καὶ πολυπραγμονεῖ, καὶ πράξεων μετέχειν οἴεται δεῖν, καὶ λόγων ἀπορρήτων βούλεται κοινωνὸς εἶναι, καὶ ὅλως τραγικός ἐστιν ὁ σαλπιστὴς φιλίας ὑποκριτής, οὐδὲ κωμικός. Ὡς γὰρ ὁ Πλάτων φησὶν, ἐσχάτης

D. 7. Οὐδὲ γὰρ τὰς ἐν Κύπρῳ—ὑποκατακλινόμεναι] D. Οὐδὲ ἐν Κύπρῳ, ἐπειδὴ διέβησαν ἐ. Σ. κλ. προσαγορευθέντας, ὅτι. τ. γ. τ. β. ἀ. ἐ. τ. ἁ. δ. αὐ. ὑποκατακλινόμενοι ϖ. Conſentiunt partim libri. Γὰρ abeſt in E. Moſc. 1. 2. Voſſ. Harl. 1. 2. Colleg. Nov. Mez. Τὰς habet Collat. Muret. Schott. Mez. T. V. B. Προσαγορευθέντας eſt item in Collat. Muret. Schott. Mez. T. B. Ὑποκατακλινόμενοι item in Collat. Muret. Schott. Mez.

tus in ventrem meum: neque eos qui circa opulentam menſam in orbem verſantur, *quos neque ignis arcere, neque æs ferrumve poteſt a petenda cœna*. Neque adulatrices Cyprias, quæ poſtquam in Syriam tranſiverunt, *climacides* (quaſi *ſcalarias* diceres) appellatæ ſunt; quod ſcalarum loco eſſent regum uxoribus, iis ſe ſubmittentes, ut per ipſas hæ vehicula conſcenderent.

IV. Quem igitur oportet cavere? Eum qui neque videtur neque profitetur ſe adulari: quem non deprehendes circa culinam oberrare, aut umbram metiri ut cœnæ tempus exploret, aut ebrium temere jacere: ſed plerunque ſobrius eſt, curioſe agit, et actionum vult eſſe ſocius, arcanorumque particeps: et in ſumma tragicus eſt, non ſatyricus aut comicus, amici perſonæ actor. Sicut enim Plato ait, *extremæ eſſe injuſtitiæ*,

ἀδικίας εἶ), δοκεῖν δίκαιον, μὴ ὄντα· καὶ κολακείαν
F ἡητέον χαλεπῷ τῷ λανθάνουσαν, οὐ τὴν ὁμολογοῦσαν,
οὐδὲ τῷ παίζουσαν, ἀλλὰ τῷ σπουδάζουσαν. Αὕτη
γὰρ ἀναπίμπλησι καὶ τῷ ἀληθινῷ φιλίαν ἀπιστίας,
συνεμπίπτουσαν αὐτῇ πολλάκις, ἂν μὴ προσέχωμεν.
Ὁ μὲν οὖν Γωβρύης εἰς σκοτεινὸν οἴκημα τῷ μάγῳ
φεύγοντι, συνειωμένων, καὶ γενόμενος ἐν Βαβάλοις,
ὑπιόντα καὶ βαδιοῦντα τὸν Δαρεῖον, ἐκέλευσεν
ὠθεῖν καὶ δι' ἀμφοτέρων. Ἡμεῖς δέ, εἰ μηδαμῇ μηδα-
μῶς ἐπαινοῦμεν τὸ Ἐρρέτω φίλος σὺ ἐχθρῷ, βαδὶ
πολλῶν ὁμοιοτήτων τὸν κόλακα τῷ φίλῳ συμπεπλεγ-
51 μένον ἀποσπάσαι ζητοῦντες, ὀφείλομεν εὖ μάλα φοβεῖσ-
θαι, μή πως ἢ τῷ κακῷ τὸ χρήσιμον συνεκβάλωμεν,
ἢ φειδόμενοι τοῦ οἰκείου, τῷ βλάπτοντι προσπέσωμεν.
Ὥσπερ γὰρ, οἶμαι, τῶν ἀγρίων σπερμάτων ὅσα καὶ
σχῆμα καὶ μέγεθος παραπλήσιον ἔχοντα τῷ πυρῷ
συμμέμικται, χαλεπὸν ἔχει τὸν ἀποκάθαρσιν,
ἢ γὰρ οὐ διεκπίπτει τῶν γενοτέρων πόρων, ἢ συνεκ-

juſtum videri, neque eſſe: ita et hæc periculoſa eſt exiſtimanda Adulatio quæ fallit, non quæ aperta eſt, et quæ ſerio, non quæ joco agit. Hæc enim veræ quoque amicitiæ, quæ in eam ſæpe incidit, plurimum fidei derogat, niſi animum advertamus. Gobryas cum mago, quem perſequebatur, in obſcurum delatus conclave ac colluctans, Dario imminenti ac qui magum ſalvo ipſo jugularet non reperienti, dixiſſe fertur, ut vel per utrumque exigeret mucronem. Nos autem, quando minime gentium dictum illud, *Pereat cum inimico amicus*, probamus, Adulatorem multis ſimilitudinibus cum Amico implicatum cupientes avellere, ſummo ſtudio cavere debemus, ne aut cum malo bonum abjiciamus, aut dum utilibus parcimus, in id incidamus quod eſt noxium. Sicut enim agreſtia ſemina quæ tritico permixta ejuſdem atque illud ſunt figuræ ac magnitudinis, difficulter ſecernuntur, aut enim non excidunt per anguſtiora cribri

πίπτει διὰ τῶν ἀραιῶν· οὕτως ἡ κολακεία τῇ φιλίᾳ εἰς πᾶν πάθος καὶ πᾶν κίνημα καὶ χρείαν καὶ συνήθειαν ἑαυτὴν ἀναμιγνύουσα, δυσχώριστός ἐστιν.

ε'. Ὅτι μὴν τοι γε πάντων ἥδιστόν ἐστιν ἡ φιλία, καὶ οὐδὲν ἄλλο μᾶλλον εὐφραίνει, διὰ τοῦτο καὶ ὁ κόλαξ B ἡδοναῖς ἐπάγεται καὶ περὶ ἡδονάς ἐστιν. Ὅτι δὲ ἡ χάρις καὶ ἡ χρεία τῇ φιλίᾳ παρέπεται· καθὸ δὴ καὶ λέγεται πυρὸς καὶ ὕδατος ὁ φίλος ἀναγκαιότερος εἶναι· διὰ τοῦτο ἐμβάλλων ἑαυτὸν εἰς τὰς ἐπουργίας ὁ κόλαξ, ἁμιλλᾶται ἀπουδαστικὸς ἀεὶ φαίνεσθαι καὶ ἄοκνος καὶ προθυμος. Ἐπειδὴ δὲ τὸ μάλιστα φιλίας ἀρχὴν συνέχον καὶ συνιστᾶνον, ὁμοιότης ἐστὶν ὀρεκτῶν καὶ ἀποστρεπτῶν, καὶ ὅλως τὸ χαίρειν τοῖς αὐτοῖς, καὶ τὸ ταὐτὰ φεύγειν προῶτον εἰς ταυτὸ συνάπτει καὶ συνίστησι διὰ τὴν ὁμοιοπαθείας· τοῦτο κατιδὼν ὁ κόλαξ αὐτὸν ὥσπερ ὕλην τινὰ ῥυθμίζει, καὶ σχηματίζει προαρμόσαι C

B. 9. χαίρειν τοῖς αὐτοῖς] Ita unus D. Vulgo χαίρειν ἔν γε τοῖς αὐτοῖς. Harl. 1. Mosc. 2. χαίρειν ἐν τοῖς αὐτοῖς.

foramina, aut ampliora simul cum tritico permeant: ita Adulatio Amicitiæ sese admiscens similitudine omnis affectus, motus, usus atque consuetudinis, difficulter secernitur.

V. Enimvero quia omnium rerum suavissima est Amicitia, nihilque plus adfert lætitiæ, ideo Adulator etiam voluptatibus delinit, in iisque administrandis versatur. Et quia gratia ususque Amicitiam consequitur, quam ob rem dicimus, *igne magis et aqua necessarium esse Amicum*, idcirco Adulator ministeriis sese ultro offert, conaturque summo studio officiosus, impiger, promptusque videri. Ac quoniam principium Amicitiæ ac conciliatio in similitudine studiorum ac morum maxime consistit, earumdemque omnino rerum appetitio, aut aversatio ob affectuum animi similitudinem primo homines conjungit ac comparat: hoc sentiens Adulator, seipsum veluti materiem quandam componit atque conformat, accommo-

καὶ ὡειπλάσαι ζητῶν, οἷς ἂν ἐπιχειρῇ μιμήσεως, ὑγρὸς ὢν καὶ πλανὸς μεταβάλλεσθαι ἐπὶ τὰς ἑκομοιώσεις· ὥς ἐιπεῖν,

Οὐ παῖς Ἀχιλλέως, ἀλλ' ἐκεῖνος αὐτὸς εἶ.

Ὁ δὲ πάντων ἐστὶν αὐτῷ πανουργότατον, αἰσθανόμενον τὴν παῤῥησίαν καὶ λεγομένην καὶ δοκοῦσαν ἰδίαν τῆς φωνῆς ὥσπερ τινος ζώου τῆς φιλίας, ὃ δὲ ἀπαῤῥησίαστον, ἄφιλον καὶ ἀγεννές, οὐδὲ ταύτην ἀμίμητον ἀπολέλοιπεν· ἀλλ' ὥσπερ οἱ δεινοὶ τῶν ὀψοποιῶν τοῖς πικροῖς χυμοῖς καὶ αὐχμηροῖς ἡδύσμασι χρῶνται, τῶν γλυκέων ἀφαιροῦντες τὸ πλήσμιον· οὕτως οἱ κόλακες οὐκ ἀληθινὴν D οὐδ' ὠφέλιμον, ἀλλ' οἷον ἐπιλώπουσαν ἐξ ὀφρύος καὶ γλαφαλίζουσαν ἀτεχνῶς παῤῥησίαν προσφέρουσιν. Ἐπεὶ μὴν οὖν διὰ ταῦτα δυσφώρατος ὁ ἀνὴρ, ὥσπερ τῶν θηρίων ὅσα πεφυκότα τὴν χρόαν τρέπεσθαι, συναφομοιοῦται τοῖς ὑποκειμένοις ὑλήμασι καὶ χωρίοις. Ἐπεὶ

D. 5. ὑλήμασι] Quare hoc in σχήμασι mutaret Steph. nulla erat cauſa; nec enim ſententiæ tam congruit, nec tam multis firmatum eſt libris, quam ὑλήμασι quod habent Ald. Baſ. Xyl. A. C. F. E. Meſc. 1. 2. Harl. 1. 2. Venet. Colleg. Nov. Schott. Anon. Nec repudiandum χρώμασι quod unus dat D. Certe alterutrum recipere debui. Σχήμασι reperi in Coll. Muret. et margine Veneti.

dare ſe ac affingere ſtudens imitatione iis quos adoritur, mollis quippe, et facilis ad omnem ſimilitudinem exprimendam immutari; diceres:

Non filius Achillis es, Achilles ipſus es.

Id vero aſtutiſſime agit, quod intelligens libertatem ſermonis et dici et videri Amicitiæ, tanquam animalis alicujus, propriam vocem, ſicut contra diſſimulatio parum ingenua et ab Amicitia aliena habetur: eam quoque libertatem intractatam non relinquit: ſed ſicut periti coqui dulces ſuccos, ne ii ſatietatem gignant, amaris auſteriſque condiunt: ſic et Adulatores non germanam, neque utilem, ſed veluti ſuperciliis adnictantem ac titillantem modo libertatem adhibent. His itaque de cauſis difficulter deprehendi poteſt Adulator, ſicut et animalia ea, quæ colorem mutandi facultate prædita, ſubjectam formam ac locum aſſimulant.

δ' ἐκεῖνος ἐξαπατᾷ τε καὶ ἀπεκαλύπτεται ταῖς ὁμοιότησιν, ἡμέτερον ἔργον ἐστὶ, ταῖς διαφοραῖς ἀνακαλύπτειν καὶ ἀπογυμνοῦν αὐτὸν, ἀλλοτρίοις χρώμασι καὶ σχήμασιν, ἢ φησὶν ὁ Πλάτων, χάριτι οἰκείων κοσμούμενον.

ϛ'. Εὐθὺς οὖν ἀπὸ τ ἀρχῆς σκοπῶμεν. Ἀρχὴν δὲ φιλίας ἔφαμεν εἶ) τοῖς πλείστοις, τὸ ταυτὰ μὲν ὑπειλῶς ἀσπαζομένους ἔθη καὶ ἤθη, τοῖς δὲ αὐτοῖς χαίρουσαν ὑπιτηδεύμασι καὶ πράγμασι καὶ διατριβαῖς, E ὁμοιοπαθῆ διαθέσιν τε καὶ φύσιν· ἐφ' οἷς καὶ ταῦτα εἴρηται,

Γέρων γέροντι γλῶσσαν ἡδίστην ἔχει·
Παῖς παιδὶ, καὶ γυναικὶ πρόσφορον γυνή·
Νοσῶν τ' ἀνὴρ νοσοῦντι, καὶ δυσπραξίᾳ
Ληφθεὶς, ἐπῳδὸς ἐστι τῷ πεπονθότι.

Εἰδὼς οὖν ὁ κόλαξ ὅτι τὸ χαίρειν τοῖς ὁμοίοις καὶ τὸ ἡδεῖαν καὶ ἀγαπᾶν ἔμφυτόν ἐστι, ταύτῃ πρῶτον ὑπιχειρᾷ πλησιάζειν ἑκάστῳ καὶ προσκλίνειν, ὥσπερ ἔν τισι νομαῖς θηρίοις, τοῖς αὐτοῖς ὑπιτηδεύμασι καὶ διατριβαῖς F

D. 6. ἐξαπατᾷ τε] Sumpſi ex Xyl. A. C. D. E. Moſc. 1. Harl. 1. 2. Jannot. T. V. Mez. Vulgo ἐξαπατᾶται.

Proinde cum ille ſimilitudinibus decipiat, ſub iiſque deliteſcat, noſtri muneris eſt, ut diſcriminibus expoſitis eum detegamus atque denudemus, *alienis coloribus atque figuris*, ut Plato ait, *ob propriorum inopiam, ſubornatum.*

VI. Atque hoc ab ipſo arceſſamus initio. Diximus autem principium Amicitiæ eſſe pleriſque animi indoliſque affectionem ſimilem, qua eoſdem mores, eaſdem conſuetudines amplectimur, iiſdem rebus, ſtudiis, occupationibuſque capimur: in quam ſententiam etiam hæc dicta ſunt,

Seni ſenilis lingua jucundiſſima eſt,
Puero puer, mulier mulieri congruit,
Ægrotus ægro: quemque dura ſors gravat,
Caſibus eiſdem exercito belle accinit.

Ergo Adulator ſciens a natura inſitum eſſe ut conſimilibus gaudeamus, utamur, eaque amplectamur, hac primum ad quemlibet accedere et inſinuare ſeſe nititur, veluti in paſcuis animali cuidam ſeſe adjungens, ſenſim iiſdem inſtitutis, earundemque tractatione

δεὶ ταυτὰ καὶ σπουδαῖς καὶ διαίταις, ἀτρέμα προσβάλλων καὶ προσαναχρωννύμενος· ἄχρις οὗ λαβὼν προσδῷ, καὶ φαύοντι τιθασὸς γένηται καὶ συνήθης, ψέγων μὲν οἷς ἐκεῖνον αἰσθάνεται προσάγμασι καὶ βίοις καὶ ἀνθρώποις ἀχθόμενον, ἐπαινέτης δὲ τῶν ἀρεσκόντων οὐ
52 μέτριος, ἀλλ' ὥστε ὑπερβάλλειν σὺν ἐκπλήξει καὶ θαύματι φαινόμενος· βεβαιῶν δὲ τὸ φιλεῖν καὶ μισεῖν, ὡς κρίσει μᾶλλον ἢ πάθει γινόμενον.

Ζ. Πῶς οὖν ἐλέγχεται, καὶ πόσιν ἁλίσκεται διαφορᾶς, ὃς ὢν ὅμοιος οὐδὲ γινόμενος, ἀλλὰ μιμούμενος ὅμοιον; Πρῶτον μὲν ὁρᾶν δεῖ τὴν ὁμαλότητα τῆς προαιρέσεως καὶ τὸ ἐνδελεχές, εἰ χαίρει τε τοῖς αὐτοῖς ἀεί, καὶ ταὐτὰ ἐπαινεῖ, καὶ πρὸς ἓν ἀποβλέπει καὶ καθίστησι παράδειγμα τὸν ἑαυτοῦ βίον, ὥσπερ ἐλευθέρῳ φιλίας ὁμοιοτρόπου καὶ συνηθείας ἐραστὴ προσήκει. Τοιοῦτος

A. 2. φαινόμενος] Malim jungere proximis, ita: θαύματι· φαινόμενος δὲ βεβαιῶν τὸ φιλεῖν &c.

A. 6. ὁμαλότητα] Recepi ex A. C. D. E. marg. F. et Venet. Mosc. 1. Collat. Muret. Schott. Anon. T. V. B. Mez. Vulgo et reliqui ὁμοιότητα.

A. 10. ὁμοιοτρόπου] Haud scio an verius sit ὁμοιοτρόπῳ, quod plures habent, A. C. E. F. D. pro varia lectione. Mosc. 1. 2. Harl. 1. 2. Venet. Voss. Collat. Muret. Schott. T. V. B.

rerum, iisdemque studiis et vivendi eadem ratione sese applicando, conformemque exhibendo: donec tandem is, quem petit, ansam præbeat, palpantique cicurem se et tractabilem exhibeat: itaque et vituperat eas res, mores atque homines, quibus illum offendi intelligit, et quæ placere ei sentit, ea non mediocribus sed nimiis fert laudibus, ita ut cum stupore quodam se ea admirari simulet, confirmetque se judicio magis quam animi subito motu alia amare, alia odisse.

VII. Quibus ergo differentiis coarguitur, deprehenditurque non similis esse aut fieri, sed similem imitari? Principio videndum est sitne æquabile ac perpetuum ejus institutum, semperne iisdem gaudeat, eademque laudet, vitamque suam ad unum dirigat atque exigat exemplar, sicuti decet ingenuum Amicitiæ iisdem moribus formatæ, consuetudinisque amatorem. Ta-

γὰρ ὁ φίλος. Ὁ δὲ κόλαξ ἅτε δὴ μίαν ἑστίαν ἤθους οὐκ ἔχων μόνιμον, οὐδὲ ἑαυτῷ βίον ζητῶν αἱρετόν, ἀλλ' ἑτέρῳ καὶ τρόπῳ ἕτερον πλάττων καὶ τροσαρμόζων ἑαυτόν, οὐχ ἁπλοῦς, οὐδὲ εἷς, ἀλλὰ παντοδαπός ὅσι καὶ ποικίλος, εἰς ἄλλον ἐξ ἄλλου τύπον, ὥσπερ τὸ μεταιρόμενον ὕδωρ, τροῤῥέων ἀεὶ καὶ μεταχηματιζόμενος τοῖς ὑποδεχομένοις. Ὁ μὲν γὰρ πίθηκος, ὡς ἔοικε, μιμεῖται τὸν ἄνθρωπον ὑπ' ἀχειρῶν, ἁλίσκεται συγκινούμενος καὶ συνορχούμενος· ὁ δὲ κόλαξ αὐτὸς ἑτέρους ἐπάγεται καὶ παλεύει, μιμούμενος οὐχ ὁμοίως ἅπαντας, ἀλλὰ τῷ μὲν συνορχούμενος καὶ συνᾴδων, τῷ δὲ συμπαλαίων καὶ συγκονιόμενος· θηρευτικοῦ δὲ καὶ κυνηγετικοῦ λαβόμενος, μονονοὺ τὰ τῆ Φαίδρας ἀναβοῶν ἕπεται,

B. 3. μεταιρόμενον] Dubito an ſanum ſit: certe hoc ſenſu nove dictum. Melius μεταιωρούμενον in Harl. 2. Vulc. Jun. Vel μετεωρούμενον in margine Voſſ. et Mez. Vel e conjectura μεταρυόμενον, aut μεταχεόμενον.

B. 5. πίθηκος] ὦτος Venet. F. pro varia lectione, ab antiqua manu, item Mez. Sane de Oto ita Plutarch. in libro de Animal. Solertia. p. 961. E. Athenæus IX. p. 390. F. ſequ.

B. 10. συγκονιούμενος] συγκινούμενος Ald. Baſ. Xyl. A. E. Voſſ. Moſc. 2. Colleg. Nov. At D. συγκενιόμενος. Harl. 2. Vulc. Jannot. συγκονιώμενος. Recepta noſtra lectio eſt Stephani, cum quo conſentiunt Pol. Coliat. Muret. Schott. Anon. Exempl. Turneb. nec diſſentiunt reliqui ſcripti.

lis enim eſt Amicus. At vero Adulator, qui ſtabilem unam non habeat morum ſedem, nec ſuo, ſed alieno arbitratu quærat vivere, cumque alteri ſeſe affingat atque accommodet, non ſimplex eſt aut unius modi, ſed varius ac multiplex, ex alia in aliam ſubinde formam tranſiens: et velut aqua transfuſa vaſis, ſic ille iis circumfunditur et aſſimulatur, a quibus ſuſcipitur. Et ſimius quidem ut conſtat, dum hominem imitari conatur, una ſe movens et ſaltans capitur: Adulator autem alios allicit, et in retia ſua pertrahit imitando, non eodem omnes modo: cum aliis ſaltat atque cantat, aliis palæſtræ ſe et pulveris ſocium adjungit: quod ſi incidat in ſtudioſum aliquem venationis, tantum non Phædræ iſta inclamans ſectatur,

C Περὶ θεῶν ἔραμαι κυσὶ θωΰξαι
Βαλιαῖς ἐλάφοις ἐγχριπτόμενος·

καὶ οὐδὲν αὐτῷ πρᾶγμα πρὸς τὸ θηρίον, ἀλλ' αὐτὸν ἐκσαλεύει καὶ περιβάλλεται τὸν κυνηγόν. Ἂν δὲ θηρεύῃ φιλολόγον καὶ φιλομαθῆ νέον, αὖθις ἐν βιβλίοις ὄσι, καὶ πώγων πολὺρρης καθεῖται, καὶ περιβωνοφορία τὸ σχῆμα, καὶ ἀλφαφορία, καὶ θρὰ τόματος οἵτε ἀριθμοὶ, καὶ τὰ ὀρθογώνια καὶ τρίγωνα Πλάτωνος. Εἴτε ῥᾳθυμός τις ἐμπέπαικεν αὖθις καὶ φιλοπότης καὶ πλούσιος,

Αὐτὰρ ὁ γυμνώθη ῥακέων πολύμητις Ὀδυσσεὺς,

D ἔρριπται μὲν ὁ τρίβων, καταξέρεται δ' ὁ πώγων, ὥσπερ ἄκαρπον θέρος, ψυκτῆρες δὲ καὶ φιάλαι καὶ γέλωτες ἐν περιπάτοις, καὶ σκώμματα πρὸς τὰς φιλοσοφοῦντας. Ὥσπερ ἐν Συρακούσαις φασὶν, ὁπηνίκα Πλάτων ἀφίκετο, καὶ Διονύσιον ζῆλος ἔσχε περιττῆς φιλοσοφίας, τὰ βασίλεια κονιορτῷ γέμειν ὑπὸ πλήθους τῶν γεωμετρούντων· ἐπεὶ δὲ παρέκρουσε Πλάτων, καὶ Διονύσιος ἐκπεσὼν

C. 6. τὸ σχῆμα] τὸ χρῆμα C. D. E. Venet. Harl. 1. 2. T. V. Nec ſpernendum.

C. 9. ἐμπέπτωκεν] ἐμπέπαικεν C. D. E. Moſc. 1. 2. Harl. 1. 2. Voſſ. Jun. T. V. Eleganter.

Per Deos cupio cane citata
Celeres propius cervas agere.

neque tamen illi quicquam cum feris rei eſt, ipſum irretit et circumcludit venatorem. Quod ſi venetur literis ac diſciplinis deditum adoleſcentem, totus jam in libris eſt, barbam ad pedes uſque demittit, pallium geſtat, rerum nullum diſcrimen, in ore ſunt numeri et rectangula ac triangula Platonis: ſin cum ſocordem aut potatorem divitem nactus,

Tum vero ſapiens pannos deponit Ulyſſes:

abjicitur pallium, tondetur barba velut infrugifera meſſis, cola petuntur, ac pateræ, ridetur in ambulationibus, et dicteria in philoſophantes jaciuntur. Ita ferunt Syracuſis, cum eo veniſſet Plato, ac Dionyſius inſano philoſophiæ ſtudio exarſiſſet, regiam pulveris plenam fuiſſe ob multitudinem geometrica tractantium: poſtquam Plato gratia excidit, Dionyſiuſque philoſophia va-

φιλοσοφίας, πάλιν εἰς πότους καὶ γύναια, καὶ τὸ λυρεῖν καὶ ἀκολαζαίνειν ἦκε φερόμενος, ἀθρόως ἅπαντας, ὥσπερ ἐν Κίρκης, μεταμορφωθέντας, ἀμαθίαν καὶ λήθην καὶ εὐήθειαν E κατέχει. Μαρτυρεῖ δὲ καὶ τὰ τῶν μεγάλων ἔργα κολάκων, καὶ τὰ τῶν δημαγωγῶν, ὧν ὁ μέγιστος Ἀλκιβιάδης, Ἀθηναίοις μὲν σκώπτων καὶ ἱπποτροφῶν, καὶ μετ' εὐτραπελίας ζῶν καὶ χάριτος· ἐν δὲ Λακεδαίμονι κειρόμενος ἐν ξεῖ, καὶ τριβωνοφορῶν καὶ ψυχρολουτῶν· ἐν δὲ Θράκῃ, πολεμῶν καὶ πίνων· ἐπεὶ δὲ πρὸς Τισσαφέρνην ἀφίκετο, τρυφῇ καὶ ἀβρότητι καὶ ἀλαζονείᾳ χρώμενος, ἐδημαγώγει καὶ καθωμίλει τῷ συναφομοιοῦν καὶ συνοικειοῦν ἑαυτὸν ἅπασιν. Οὐ μὴν τοιοῦτος Ἐπαμινώνδας, οὐδ' Ἀγησίλαος, ἀλλὰ πλείοσι ὁμιλήσαντες F ἀνθρώποις καὶ πόλεσι καὶ βίοις, τὸ πρέπον ἦθος αὐτοῖς πανταχοῦ, καὶ στολῇ καὶ ἀγωγῇ, καὶ λόγῳ

E. 1. ἐν Κίρκης] Sumpſi ex Colleg. Nov. et Mez. probatum jam Reiſkio Valckenarioque ad Herod. p. 587. fruſtra monente Toupium corrigentem ἐν Κίρκης ad Longin. IX. p. 175. Vulgo omnes ἐν Κίρκῃ.

E. 6. ψυχρολουτῶν] Legitimam formam reſtitui ex Ald. Baſ. Xyl. A D. E. Moſc. 1. 2. Voſſ. Harl. 2. Venet. Quod male cum ψυχρολουτρῶν commutavit Stephanus: quod habet Anonym. et reliqui mei ſcripti.

lere juſſa rurſum ſe vino, nugis, libidinique et intemperantiæ, quaſi præcipitans dedit, confertim univerſos velut in Circes ædibus transformatos, inſcitia, oblivio, fatuitaſque occupavit. Teſtimonio ſunt etiam magnorum facta Adulatorum, et eorum qui populari gratiæ intenti rempublicam geſſerunt; quorum princeps Alcibiades, Athenis dicteria jaciebat, equos alebat, vitamque facetam et gratioſam agebat: ad vivam cutem Spartæ radebatur, palliatus ibat, frigidaque lavabatur: idem in Thracia militabat ac potabat: ubi ad Tiſſaphernem ventum eſt, mollitie et luxu atque arrogantia utebatur: hocque modo omnes demulcebat, eorum ſe moribus ſtudiiſque adſimilans. Talis non fuit Epaminondas, non Ageſilaus: qui tametſi cum plurimis verſati ſunt hominibus, urbibus, moribus, ſuos tamen ubique mores, ſuum veſtitum, ſuam victus rationem, et di-

καὶ βίῳ διεφύλαττον. Οὕτω καὶ Πλάτων ἐν Συρακούσαις οἷος ἐν Ἀκαδημίᾳ, καὶ πρὸς Διονύσιον οἷος πρὸς Δίωνα.

η'. Τὰς δὲ τοῦ κόλακος, ὥσπερ πολύποδος, τροπὰς ῥᾷστα φωράσειεν ἄν τις, αὐτὸς ὑπὸ πολλὰ δοκῶν τρέπεσθαι, καὶ ψέγων μὲν ὃν ἐπαινεῖ πρότερον βίον, οἷς δ' ἥδετο πράγμασιν ἢ διαίταις, ἢ λόγοις, ὡς ἀρέσκοντας ἐξαίφνης προσιέμενος. Ὄψεται γὰρ αὐτὸν οὐδαμοῦ βέβαιον, οὐδ' ἴδιον, οὐδ' οἰκείῳ πάθει φιλοῦντα καὶ μισοῦντα καὶ χαίροντα καὶ λυπούμενον, ἀλλὰ δίκην κατόπτρου, παθῶν ἀθνείων καὶ βίων καὶ κινημάτων εἰκόνας ἀναδεχόμενον. Τοιοῦτος γὰρ οἷος εἰ ψέγοις τινὰ τῶν φίλων πρὸς αὐτόν, εἰπών, Βραδέως πεφώρακας τὸν ἄνθρωπον· ἐμοὶ μὲν γοῦν οὐδὲ πρότερον ἤρεσκεν. Ἂν δ' αὖ πάλιν ἐπαινῇς μεταβαλλόμενος, Νὴ Δία φήσει σωφρονεῖσθαι καὶ χάριν ἔχειν αὐτὸς ὑπὲρ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ πιστεύειν. Ἂν δὲ βίον ἀλλακτέον ἕτερον εἴπῃς, οἷον εἰς ἀπραγ-

53

cendi vivendique retinuerunt. Atque ita Plato etiam idem fuit Syracusis qui in Academia, et Dionysio talis qualis Dioni.

VIII. Cæterum Adulatoris veluti Polypi mutationes facile deprehendet, qui se ipsum simulabit varie mutari, ac vituperata, qua fuisset adhuc usus, vitæ ratione, subito tanquam sibi placitas eas amplectetur quas prius improbarat res, aut rationem victus, aut genus orationis. Videbit enim illum nequaquam constantem aut suum esse, aut qui proprio animi affectu amet vel oderit, gaudeat vel mœreat, sed instar speculi, affectuum alienorum, et vitæ institutorum ac motuum imagines recipere. Si vituperes amicorum aliquem apud eum, dicet: Sero deprehendisti quis esset: mihi ne ante quidem placuit. Sin mutata sententia rursum laudes, dejerabit gratum sibi hoc esse et gratiam habere hominis causa, et credere. Si mutandam dices vitæ esse rationem, puta a reipublicæ cura ad oti-

μοσιώτω καὶ ἡσυχίαν ἐκ πολιτείας μεταβαλλόμενον, B
Πάλαι γε ἐχρῆν, φησὶ, θορύβων ἡμᾶς ἀπηλλάχθαι καὶ φθόνων. Ἂν δὲ πάλιν ὁρμᾷν δοκῇς ὅτι τὸ πρᾶττειν καὶ λέγειν, ὑποφώνησεν, Ἄξια σαυτοῦ φρονεῖς· ἡ δ' ἀπραγμοσύνη γλυκὺ μὲν, ἀλλ' ἄδοξον καὶ ταπεινόν. Εὐθὺς οὖν λέγειν χρὴ πρὸς τὸν τοιοῦτον,

Ἀλλοῖός μοι ξεῖνε φάνης νέον ἠὲ πάροιθεν.

οὐ δέομαι φίλου συμμεθισταμένου καὶ συνεπινεύοντος· ἡ γὰρ σκιὰ ταῦτα ποιεῖ μᾶλλον· ἀλλὰ συναληθεύοντος καὶ συνεπικρίνοντος. Εἷς μὲν οὖν τῶν ἐλέγχων τρόπος τοιοῦτός ἐστιν.

Θ'. Ἕτεραν δὲ δεῖ ταῖς ὁμοιώσεσι τοιαύτην προφυλάττειν διαφοράν. Ὁ μὲν ἀληθὴς φίλος οὔτε μι- C
μητὴς ἐστὶ πάντων, οὔτ' ἐπαινέτης πρόθυμος, ἀλλὰ τῶν ἀρίστων μόνων.

Οὐ γὰρ συνέχθειν, ἀλλὰ συμφιλεῖν ἔφυ,

C. 1. Ὁ μὲν ἀληθὴς] Sic Ald. Baſ. Xyl. A. E. Voſſ. Nec erat, quare Stephanus daret, ὁ μὲν ἂν ἀληθής.
C. 4. συνέχθειν] Dedi probatum Valckenario ad Euripid. Phœn. p. 147. Salmaſio, Reiſkio; et notatum in marg. Moſc 1. Συνεχθεῖν habent T. V. Anon. Jun. Συνάχθειν D. Vulg. Συνεχθεῖν.

um et quietem tranſeundum: Jampridem, inquiet, tumultibus et invidia liberari nos oportebat. Ubi rurſum videberis aut ſtatues ad res gerendas et dicendum te convertere, accinet tibi: Digna te ipſo cogitas: otium enim ſuave quidem eſt, ſed inglorium atque abjectum. Tali ſtatim eſt occinendum illud,

Nunc alius ſubito mihi, quam paulo ante, videris.

non mihi opus eſt amico mecum ſeſe mutante et meos nutus ſequente, (hoc enim umbra melius præſtat) ſed qui verum una mecum ſequatur atque dijudicet. Atque hæc una eſt ratio deprehendendi Adulatoris.

IX. Alterum in ſimilitudinibus diſcrimen eſt obſervandum, quod verus amicus neque imitatur omnia, neque laudat facile, ſed optima duntaxat: nam, ut eſt apud Sophoclem,

Coamicus eſſe, non comes curſus ſolet.

χῦ τὸν Σοφοκλέα· καὶ νὴ Δία γε συγκατορθοῦν καὶ συμφιλοκαλεῖν, ἢ συναμαρτάνειν, οὐδὲ συῤῥαδιουργεῖν· ἂν μή τις οἷον ὀφθαλμίας ἀπῤῥοὴ, καὶ ἀνάχρωσις ἄκοντα δι' ὁμιλίαν καὶ συνήθειαν ἀναπλήσῃ φαυλότητος ἢ πλημμελείας τινός· ὥς που καὶ Πλάτωνος ἀπομιμεῖσθαί φασι τὸς συνήθεις ὃ ὀπίκυρτον, Ἀριστοτέλους δὲ
D τὸν τραυλισμὸν, Ἀλεξάνδρου δὲ τοῦ βασιλέως τιλὼ ἔγκλισιν τοῦ τραχήλου, καὶ τιλὼ ἐν τῷ ἀγαλέγεσθαι τραχύτητα τῆς φωνῆς. Τὰ γὰρ πολλὰ λανθάνουσιν ἔνιοι καὶ ἀπὸ τῶν ἠθῶν καὶ ἀπὸ τῶν βίων ἀναλαμβάνοντες. Ὁ δὲ κόλαξ ἀτεχνῶς τὸ τοῦ χαμαιλέοντος πέπονθεν. Ἐκεῖνός τε γὰρ ἁπάσῃ χροιᾷ πλὴν τοῦ λευκοῦ συναφομοιοῦται· καὶ ὁ κόλαξ ἐν τοῖς ἀξίοις σπουδῆς ὅμοιον ἑαυτὸν ἅπασιν παρέχει, οὐδὲν ἀπολείπει τῶν αἰσχρῶν ἀμίμητον. Ἀλλ', ὥσπερ οἱ φαῦλοι ζωγράφοι τὰ καλῶν ἐφικνεῖσθαι μὴ δυνάμενοι δι' ἀσθένειαν, ἐν ῥυτίσι καὶ φακοῖς καὶ ἠλαῖς τὰς ὁμοιότητας

D. 3. τραχύτητα] ταχύτητα C. Mosc. 1. 2. Voss. Venet. Harl. 1. 2. Pol. Jannot. Schott. Jun. Anon. T. V. B.

Nimirum enim una officium facere, et adjuvare in pulchrarum rerum studio cupit, non peccandi aut malitiose agendi socium se præbet: nisi invito, sicut solet lippitudinis, ita vitii quoque aut peccati quædam ob consuetudinem ei se affricet contagio: quemadmodum familiares aiunt Platonis curvitatem imitatos, et balbutiem Aristotelis, et Alexandri regis colli inflexionem inque dicendo vocis asperitatem: quidam enim imprudentes multa ab aliorum moribus et vita trahunt. Contra Adulatori evenit quod Chamæleonti. Hic enim omni colori se potest similem præstare, dempto albo: et Adulator in iis quæ operæ pretium habent, similem sese præbere non valens, nihil non turpe imitando exprimit. Sed quo modo inepti pictores pulchra assequi cum nequeant, in rugis, verrucis, et cicatricibus similitudinem

ἀναφέρουσιν· οὕτως ἀκρασίας μὲν μιμητὴς, δεισιδαι- E
μονίας, ἀκροχολίας, πικρίας πρὸς οἰκέτας, ἀπιστίας
πρὸς οἰκείους καὶ συγγενεῖς. Φύσει τε γὰρ ἀφ' ἑαυτοῦ
πρὸς τὰ χείρονα κατάντης ἐστὶ, καὶ δοκεῖ πορρωτάτω εἶ-
ναι, τὸ αἰσχρὸν εἰ μιμούμενος. Ὑποπτοι γὰρ οἱ τὰ
βελτίω ζητοῦντες καὶ δοκοῦντες ἄχθεσθαι καὶ δυσκολαίνειν
τοῖς ἁμαρτήμασι τῶν φίλων· ὃ δὴ καὶ Διονυσίῳ Δίωνα
καὶ Σάμιον Φιλίππῳ, καὶ Κλεομένῃ Πτολεμαίῳ διέ-
βαλε καὶ ἀπώλεσεν. Ὁ δὲ βουλόμενος εἶ καὶ δοκεῖν
ὁμοίως ἡδὺς ἅμα καὶ πιστὸς, ὡς ἐγὼ δ' σφόδρα φιλεῖν
οὐδὲ τὰ φαῦλα δυσχεραίνων, ἀλλὰ συμπαθὴς πᾶσι καὶ F
συμφυὴς γινόμενος. Ὅθεν οὐδὲ τῶν ἀβουλήτων καὶ
τυχηρῶν ἀμοιρεῖν ἀξιοῦσιν, ἀλλὰ καὶ νοσεῖν ὁμοια ποι-
οῦντες, κολακεύοντες τοὺς νοσοῦντας, καὶ μήτε βλέπειν ὀξὺ,

E. 1. οὕτως ἀκρασίας] οὕτως ἐκεῖνος ἀκρασίας D.

E. 9. Ὁ δὲ βουλόμενος εἶναι—Ὅθεν οὐδὲ τῶν ἀβουλήτων—] Nexus desideratur et integritas orationis. Duæ præter hanc exstant in libris lectiones, quarum alterutra sequenda. Altera Harl. 2. et Turneb. quam item in margine habet A. et Vossi. Οἱ δὲ βουλόμενοι—ἡδεῖς—πιστοὶ—δυσχεραίνοντες—συμπαθεῖς—συμφυεῖς γενόμενοι· οὐδὲ τῶν ἀβουλήτων—: quamquam ὅθεν, quod sententiæ causa abesse debet, non nisi in Turneb. et Vulc. deest. Altera lectio est codicis, in quo post καὶ πιστὸς exstat lectio sensum explens, τοῖς χείροσι ὑποκρίνεται μᾶλλον χαίρειν, ὡς ὑπὸ τοῦ σφ. &c.

referunt: sic Adulator intemperantiam imitatur, superstitionem, iracundiam, acerbitatem adversum servos, diffidentiam erga familiares et cognatos. Est enim natura propensus ad deteriora: ac præterea quam longissime a reprehendendo videtur abesse, qui turpia imitetur. Suspecti enim sunt qui meliora quærunt, quique Amicorum peccatis offendi, et ea molestе ferre videntur: quæ res, et Dionem Dionysio, et Samium Philippo, et Ptolemæo Cleomenem invisum fecit atque perdidit. Adulator juxta suavis ac fidelis esse ac videri vult, quasi præ nimio amore ne vitiis quidem offendatur, eodem modo ubique affectus atque ejusdem naturæ est. Itaque neque eorum, quæ nolentibus fortuito eveniunt, expertes esse volunt: sed ægrotis adulantes eodem se morbo teneri simulant: et visu se audituque va-

μήτε ἀκούειν, ἂν ὑποτύφλοις ἢ ὑποκώφοις σιωῶσιν· ὥσπερ οἱ Διονυσίου κόλακες ἀμβλυωποῦντος, ἐμπίπτοντές τ' ἀλλήλοις, καὶ τὰς παροψίδας ἐν τῷ δείπνῳ καταβάλλοντες. Ἔνιοι δὲ οὐ μᾶλλον ἀπόμοιοι τοῖς παθῶν, ἐνδοτέρω ποιοῦσιν ἑαυτούς, καὶ καταμιγνύουσιν ἄχρι τοῦ
54 ἀπορρήτων τοὺς ὁποιοπαθείας. Αἰσθόμενοι γὰρ ἢ περὶ γάμον δυσχεροῦντας, ἢ περὶ υἱοὺς, ἢ περὶ οἰκείους ὑποπτως ἔχοντας, αὐτοὶ σφῶν αὐτοῖς ἀφειδοῦσι, καὶ ἀποδύονται περὶ τέκνων ἰδίων, ἢ γυναικὸς, ἢ συγγενῶν, ἢ οἰκείων, αἰτίας τινὰς ἀπορρήτους ἐξαγορεύοντες. Ἡ γὰρ ὁμοιότης συμπαθεστέρους ποιεῖ, καὶ μᾶλλον ὥσπερ ὄμπρα δεδεγμένοι, πρόσονται τι τοῦ ἀπορρήτων αὐτοῖς, προέμενοι δὲ, χεῶνται, καὶ δεδίασιν ἐγκαταλιπεῖν τὴν πίστιν. Ἐγὼ δὲ οἶδα καὶ συνεκβαλόντα γαμετὴν, ὡς ὁ φίλος ἀπεπέμψατο τὴν ἑαυτοῦ· κρύφα δὲ φοιτῶν πρὸς
B αὐτὴν καὶ λαθεμπόμενος, ἐφωράθη, συναισθομένης τοῦ φίλου γυναικός· Οὕτως ἄπειρος ἦν κόλακος ὁ νο-

F. 6. ἀμβλυωπῶντος] Revocavi ex Ald. Baſ. Xyl. E. Voſſ. At Stephanus et ſcripti reliqui ἀμβλυωπῶντες.

lere negant, ſi cum cæcutientibus aut ſurdaſtris vivant: ſicut Dionyſii Adulatores luſcioſos ſe fingebant, aliuſque in alium impingentes inter cœnandum paropſides dejiciebant. Alii ut affectus magis æquent, altius penetrant, et ad arcana uſque, eodem ſe modo affectos eſſe fingentes, procedunt. Sentientes enim aut conjugium ejus, cui blandiuntur, infelix eſſe, aut de liberis eum vel neceſſariis ſiniſtra ſuſpicari: ipſi quoque ſibi non parcunt, ſed de ſuis liberis, aut uxore, cognatis, familiaribuſve arcana quædam crimina cum luctu recenſent. Similitudo enim facit ut majore affectu conſpirent; itaque alter quaſi obſidibus jam acceptis aliquid arcani committit Adulatori, ac deinceps eo utitur, ac fidem deſerere metuit. Ego vero novi qui cum Amicus ſuam uxorem ejeciſſet, ſuam ipſe quoque repudiarit. Sed tamen amici uxor deprehendit eum clam iſtam inviſere, et ad ſe accerſere. Quare Adulatorem non

μίζων τὰ ἰαμβεῖα ταυτὶ τῷ κόλακι μᾶλλον ἢ τῷ καρκίνῳ προσήκειν,

Γαστὴρ ὅλον τὸ σῶμα, πανταχῆ βλέπων
Ὀφθαλμὸς, ἕρπον τοῖς ὀδοῦσι θηρίον.

πρόδηλόν γὰρ ὁ τοιοῦτος εἰκονισμός ἐστι,

Τῶν περὶ τάγηνον καὶ μετ' ἄριστον φίλων,

ὡς Εὔπολίς φησιν.

ι'. Οὐ μὴν ἀλλὰ ταῦτα μὲν εἰς τὸν οἰκεῖον ἀναθώμεθα τοῦ λόγου τόπον. Ἐκεῖνο δὲ μὴ παρῶμεν ἐν ταῖς μιμήσεσι τὸ σόφισμα τοῦ κόλακος, ὅτι κἂν τῶν καλῶν τι μιμῆται τοῦ κολακευομένου, διαφυλάττει τὴν ὑποχὴν ἐκείνῳ. Τοῖς μὲν γὰρ ἀληθῶς φίλοις οὔτε ζῆλος ὀδεὶς ἐστι πρὸς ἀλλήλους, οὔτε φθόνος, ἀλλὰ κἂν ἴσον ἔχωσιν ἐν τῷ κατορθοῦν, κἂν ἔλαττον, ἀνεπαχθῶς καὶ μετρίως φέρουσιν. Ὁ δὲ κόλαξ ἀεὶ μνημονεύων τοῦ τὰ δεύτερα λέγειν, ὑφίεται τῇ ὁμοιότητι τὴν ἰσότητος, ἡττᾶσθαι πανταχοῦ καὶ ἀπολείπεσθαι, πλὴν

B. 3. τῷ κόλακι μᾶλλον ἢ τῷ καρκίνῳ] Sic C. et margines duorum A. et Voſſ. quibuſcum convenit Turneb. addito judicio annotatoris: ἄλλως· ὃ καὶ βέλτιον. Vulgo, τῷ καρκίνῳ μᾶλλον ἢ τῷ κόλακι.

norat, qui cancro magis quam Adulatori convenire putabat Iambica hæc:

Illi omne corpus venter eſt, oculus videns
Partes in omnes, dentibus reptans fera.

Paraſitorum enim eſt hæc effigies,

Qui ſunt amici prandii et ſartaginis,

ut ait Eupolis.

X. Verum hæc in ſuum rejiciamus dicendi locum. Id vero commentum Adulatoris in imitationibus non prætereamus, quod, etiam ſi quid boni imitatur, tamen ei cui aſſentatur palmam relinquit. Qui enim veri ſunt Amici, apud eos nulla eſt æmulatio, nulla invidia: ſed ſive vincant recte agendo, ſive ſuperentur, citra moleſtiam ſus deque ferunt. Adulator autem memor ſe ubique ſecundas agere partes, ſimilitudinem ita affectat ut ſemper inferior ſit, primamque laudem et palmam alteri

τ' φαύλων, ὁμολογῶν. Ἐν δὲ τοῖς φαύλοις ὁ παρίησι τὸ σφοδρὸν, ἀλλά φησιν, ἂν ἐκεῖνος ᾖ δύσκολος, αὐτὸν εἶ) μελαγχολικόν· ἂν ἐκεῖνος δεισιδαίμων, αὐτὸν θεοφόρητον· ἐρᾷν ἐκεῖνον, μαίνεσθαι δ' αὐτόν· ἀκαίρως, φησὶν, ἐγέλας, ἐγὼ δ' ἀξέθνησκον ὑπὸ τοῦ γέλωτος. Ἀλλ'
D ἔν γε τοῖς ζηλωτοῖς τὸ νηφάλιον, αὐτός φησι ζαχέως πέχρη, ἵππαζε δ' ἐκεῖνον· αὐτὸς ἱππεύειν ὀπεικῶς, ἀλλὰ πρὸς τὸν ἱπποκένταυρον τοῦτον; εὐφυής εἰμι ποιητὴς, καὶ τίχον ὁ φαυλότατον γράφων·

Βροντᾶν δ' οὐκ ἐμὸν, ἀλλὰ Διός.

Ἅμα γὰρ αὐτῷ δοκεῖ καὶ τὴν προαίρεσιν ἀποφαίνειν καλὴν μιμούμενος, καὶ τὴν δύναμιν ἀνέφικτον ὑπώμνυσθαι. Ἐν μὲν οὖν ταῖς ὁμοιώσεσι τοιαῦτα τινές εἰσιν αἱ τοῦ κόλακος διαφοραὶ πρὸς τὸν φίλον.

ια'. Ἐπεὶ δὲ, ὥσπερ εἴρηται, καὶ τὸ τῆς ἡδονῆς κοινόν ἐστι· χαίρει γὰρ οὐχ ἧττον τοῖς φίλοις ὁ ζηλωτὸς, ἢ τοῖς

C. 11. ἀκαίρως] Neſcio quomodo diſplicet: durius pro perſona Adulatoris: durius item ἀκράτως, quod conjeceram. Forte εὐχαίρως.
D. 3. εὐφυὴς] ἀφυὴς D. ἐφυὴς Harl. 2. Forte ἐκ ἀφυοῦς.

præterquam malorum relinquat. In his enim priores ſibi vindicat, ac ſi ille ſe moroſum dicat, ſe profitetur atra bile percitum: ſi ſuperſtitioſum, ſe divinitus exagitari: ſi amare, ſe inſanire: intempeſtive, inquit, ridebas, ego riſu emoriebar. Contra in bonis rebus, ſe ait velocem curſu, illum autem volare, ſe mediocriter equitare, ſed quid hoc ad equitem hunc Centaurum? Ego, inquit, ad poeſin non inepto ſum ingenio, verſumque condo non peſſimum,

Sed mihi non datur, eſt poſſe tonare Jovis.

Simul enim et inſtitutum ejus videtur pronunciare eſſe egregium dum id imitatur, et vim æquare non poſſe, dum certare conatus ſuccumbit. Atque hæc ſunt, quibus in adſimulando ab Amico differt Adulator.

XI. Quando autem, ut docuimus, voluptas etiam utriuſque communis eſt (vir enim bonus non minus delectatur

ε'. Ὁ μὲν οὖν Πλάτων, ὁσάκις ἀχημονοῦσιν ἀνθρώποις παρεγένοιτο, πρὸς αὑτὸν ἀπιὼν εἰώθει λέγειν, Μή πη ἆρ' ἐγὼ τοιοῦτος; Ὁ δὲ λοιδορήσας τὸν ἑτέρου βίον, ἂν εὐθὺς ἐπισκοπῇ τὸν ἑαυτοῦ καὶ μεθαρμόττῃ, πρὸς τοὐναντίον ἀπευθύνων καὶ ἀποστρέφων, ἔξει τι χρήσιμον ἐκ τοῦ λοιδορεῖν, ἄλλως ἀχρήστου καὶ κενοῦ δοκοῦντος εἶναι καὶ ὄντος. Οἱ μὲν οὖν πολλοὶ γελῶσιν ἄν τις ὢν φαλακρὸς ἢ κυρτὸς ἑτέρους εἰς ταῦτα λοιδορῇ
F καὶ σκώπτῃ· γελοῖον δὲ ὅλως ἐστὶ τὸ λοιδορεῖν ἢ σκώπτειν ὁτιοῦν ἀντιλοιδορηθῆναι δυνάμενον, ὡς Λέων ὁ Βυζάντιος ὑπὸ κυρτοῦ λοιδορηθεὶς εἰς τὴν τῶν ὀμμάτων ἀσθένειαν, Ἀνθρώπινον, ἔφη, πάθος ὀνειδίζεις, ὑπὸ τοῦ νώτου φέρων τὴν νέμεσιν. Οὐκοῦν μηδὲ μοιχὸν λοιδορήσῃς,

E. 5. Μή πη ἆρ' ἐγὼ τ.] Ita dedi ex A. B. E. Moſc. 1. 2. Harl. Vulgo eſt Μή ποι ἆρ' ἐγὼ τ. Bonum erat που, ut aliis hujus dicti locis apud Plutarchum: quod ſane πω vel πη poſtulat. Ποι pro που poni credam a librariis quidem errantibus non ab auctoribus cogitate ſcribentibus.

dicentem retorta. Sicut enim Cæcias nubes, ita vitioſa vita opprobria ad ſe trahit.

V. Plato ſane quoties interfuiſſet hominibus contra decorum agentibus, digreſſus, ſeipſum ſolebat ita alloqui: *Numnam ipſe quoque fortaſſis tali vitio laboro?* Et qui vituperavit alterius vitam, ſi ſuam ſtatim examinet atque emendet, in diverſam partem redigens atque avertens, aliquid ex conviciando habebit utilitatis: cum res ea alioquin inutilis ac vana et videatur et ſit. Vulgo rident, ſi quis calvus aut gibboſus ipſe, aliis ea vitia exprobret. In univerſum vero ridiculum eſt jacere convicium in alium, cum viciſſim tibi convicium ab eo reponi poſſit. Quale eſt quod Leo Byzantius gibboſo cuidam oculorum ipſi imbecillitatem exprobranti reſpondit: *Humanum mihi infortunium vitio vertis, ipſe in dorſo Nemeſin geſtans.* Non itaque adulterium objice alteri, ipſe inſano puerorum amore flagrans, neque quod diſſolutus

αὐτὸς ὢν παιδομανής· μηδ' ἄσωτον, αὐτὸς ὢν ἀνελεύθερος,

Ἀνδροκτάνου γυναικὸς ὁμογενὴς ἔφυς,

πρὸς τὸν Ἄδραστον ὁ Ἀλκμαίων· τί οὖν ἐκεῖνος; οὐκ ἀλλότριον ἀλλὰ ἴδιον αὐτῷ προσφέρων ὄνειδος,

Σὺ δ' αὐτόχειρ γε μητρὸς ἣ σ' ἐγείνατο. 89

Πρὸς τὸν Κράσσον ὁ Δομίτιος, Οὐ σὺ μυραίνης ἐν ζωγρείῳ σοι τεθομμένης, εἶτα ἀποθανούσης, ἔκλαυσας; καὶ ὁ ἕτερος, Οὐ σὺ τρεῖς γυναῖκας ἐκκομίσας οὐκ ἐδάκρυσας. Οὐκ εὐφυᾶ δεῖ τὸν λοιδορησόμενον εἶναι καὶ μεγαλόφωνον καὶ ἰταμόν, ἀλλ' ἀλοιδόρητον καὶ ἀνέγκλητον· οὐδενὶ γὰρ οὕτως ἔοικε προστάττειν ὁ θεὸς, ὡς τῷ μέλλοντι ψέγειν ἕτερον, τὸ γνῶθι σαυτόν· ἵνα μὴ λέγοντες ἃ θέλουσιν, ἀκούωσιν ἃ μὴ θέλουσι. Φιλεῖ δὲ

F. 9. πρὸς τὸν Ἄδραστον] πρὸς, quod vulgo deeſt, addidi ex A. B. E. T.

F. 10. αὐτῷ προσφέραν] αὐτῷ dedi ex A, B. E. Moſc. 1. 2. Harl. Collat. Muret. Schott. Jannot. Anonym. Xyl. Perperam eſt ἑαυτῷ in Ald. Baſ. Steph.

A. 4. ἐκ ἐδάκρυσας] Sic exhibui ex A. B. E. Moſc. 1. 2. Harl. Collat. Muret. Schott. Jannot. Anonym. Xyl. Mez. T. V. B. Perperam in Ald. et Baſ. ἐκκομίσας δάκρυσας: nec multo melius in Steph. ἐκκομίσας ἐδάκρυσας.

A. 5. εὐφυᾶ] Amiotus *bene natus* reddit, nec melius qui ab eo pendent recentiores Gallici aliique interpretes: Xylander adeo perperam, *ingenioſus*. Correxi vertendo *dicax*, id eſt *feſtivus, riſu et ſalibus valens*.

ſit, ipſe ſordidus. Alcmæon Adraſtum hoc maledicto inceſſit,

Tibi mulier eſt, quæ virum occidit, ſoror,

Quid Adraſtus? non alienum ei ſed proprium reponit opprobrium,

Tua peremta eſt tibi tua genitrix manu.

Et Domitius Craſſo, *Nonne tu murænam mortuam fleviſti quæ tibi in vivario alebatur?* viciſſim Craſſus, *Tu vero, tres quas extuliſti uxores, non fleviſti.* Enimvero non dicax ſit aut clamoſus aut protervus oportet qui infligere alteri maledictum vult, ſed inculpatus; videtur enim deus nulli ita ſerio mandaſſe ut ſeipſum noſcat, atque convicium alteri facturo: ne, ubi dixit quæ voluit, quæ non vult audiat.

ὁ τοιοῦτος, κἀν τὸν Σοφοκλέα,

B —γλῶτταν ἐκχέας μάτην,
Ἄκων ἀκούειν οὓς ἑκὼν εἶπῃ λόγους.

ς'. Τοῦτο μὲν οὖν ἔνεστι τῷ λοιδορεῖν τὸν ἐχθρὸν ὠφέλιμον καὶ χρήσιμον· οὐκ ἔλαττον δὲ ἕτερον, τὸ λοιδορεῖσθαι καὶ κακῶς ἀκούειν αὐτὸν ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν. Ὅθεν ὀρθῶς ὁ Ἀντισθένης εἶπεν ὅτι τοῖς μέλλουσι σώζεσθαι, ἢ φίλων δεῖ γνησίων ἢ πανουργοτάτων ἐχθρῶν· οἱ μὲν γὰρ, νουθετοῦντες τὰς ἁμαρτάνουσας, οἱ δὲ, λοιδοροῦντες ἀποτρέπουσι. Ἐπεὶ δὲ ἡ φιλία πανυ ἰσχνόφωνος γέγονεν ἐν τῷ παῤῥησιάζεσθαι, καὶ τὸ κολακεῦον αὐτῆς λάλον ἐστὶ, τὸ δὲ νουθετοῦν ἄναυδον, ἀκουστέον ἐστὶ παρὰ τῶν C ἐχθρῶν τοῦ ἀληθοῦς. Ὡς γὰρ ὁ Τήλεφος οἰκείου μὴ τυγχάνων ἰατροῦ, τῷ πολεμικῷ δόρατι τὸ ἕλκος ὑπέ-

B. 3. Τουτὶ μὲν οὖν ἔνεστι κ. τ. λ.] Totus hic locus turbatus, ita legendus est: Τουτὶ μὲν οὖν ἔν ἐστι τοῦ λοιδορεῖν τὸν ἐχθρὸν ὠφέλιμον καὶ χρήσιμον· οὐκ ἔλαττον δὲ ἕτερον τοῦ λοιδορεῖσθαι &c.

B. 6. Ἀνίσθένης] Unus Anonym. habet Διογένης: credo quod alibi Plutarchus dictum Diogeni tribuit: sed in his cohibendum corrigendi studium; quippe apud optimos quosque Auctores frequens est nominum permutatio in rebus quæ extra historiam nec nisi ad exemplum memorantur; neque ibi ab Auctore, tamquam a teste jurato, exigenda fides. Ita mox Prometheus dicitur, quum alii in hac re Jasonem ferant.

B. 11. παρὰ τῶν ἐχθρῶν] Forte verius παρὰ τ. ἐ. ut Mosc. 2. Harl. Schott. Jannot. Anonym. T. V. B. Mez. Plutarchus non utitur hoc sensu παρὰ cum genitivo.

Solet enim huic evenire illud Sophocleum:

—lingua abusus futili
Invitus audit, quæ volens dixit male.

VI. Hoc itaque commodi ineſt in maledicendo aliis. Sed non minus utilitatis eſt in maledictis inimicorum audiendis. Unde ab Antiſthene dictum eſt recte, eum qui ſalvus eſſe debeat, opus habere vel probis amicis, vel inimicis vehementiſſimis: quod illi admonendo peccantes, hi criminando a vitiis avertant. Sed quoniam noſtra ætate ad liberas reprehenſiones voce valde exili eſt prædita amicitia, loquax in adulando, muta in caſtigando: audienda eſt nobis ex inimicis veritas. Sicut enim Telephus familiari medico deſtitutus, vulnus hoſtili haſtæ ſa-

ἦπιεν, οὕτως τὰς ἀποφυγὰς εὐνοίας νουθετούσης, ὑπομένειν ἀνάγκη μισοῦντος ἐχθροῦ λόγον, ἂν ἐλέγχῃ καὶ κολάζῃ τὴν κακίαν, σκοποῦσας τὸ ἔργον, ἀλλὰ μὴ τὴν γνώμην τοῦ κακῶς λέγοντος. Ὥσπερ γὰρ ὁ τὸν Θεσσαλὸν Πεισμηδέα κλεῖναι Δηϊονῆες, ἔπαισε τῷ ξίφει τὸ φῦμα, καὶ διεῖλεν οὕτως ὥστε σωθῆναι τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἀπαλλαγῆναι τοῦ φύματος ῥαγέντος· οὕτω πολλάκις ὑπ' ὀργῆς ἢ ἔχθρας προπεσοῦσα λοιδορία, κακὸν ψυχῆς ἢ ἀγνοούμενον ἢ ἀμελούμενον ἐθεράπευσεν. Ἀλλ' οἱ πολλοὶ λοιδορηθέντες, οὐ σκοποῦσιν εἰ πρόσεστιν αὐτοῖς τὸ λεγόμενον, ἀλλὰ τί πρόσεστιν ἕτερον τῷ λοιδοροῦντι, καὶ καθάπερ οἱ παλαίοντες τὴν κόνιν, οὐχ ἑαυτοῖς ἀποψῶσι τὰς λοιδορίας, ἀλλὰ συμπάσσουσιν ἀλλήλοις, εἶτα φύρουσι καὶ ἀναχρώννυσι συμπεσόντες ὑπ' ἀλλήλων. Δεῖ δὲ ἀκούσαντα κακῶς ὑπ' ἐχθροῦ, τὸ μὲν πρόσον ἀφαιρεῖν αὐτῷ μᾶλλον ἢ κηλῖδα προσοῦσαν ἱματίῳ καὶ δειχθεῖσαν· ἂν δέ τις λέγῃ τὰ μὴ πρόσοντα, ὅμως ζητεῖν αἰτίαν ἀφ' ἧς ἡ βλασφημία γέγονε, καὶ φυλάτ-

nandum præbuit: ita quos deficit benevolus caſtigator, ii ut inimici ſermonem audiant neceſſe eſt, reprehendentis et punientis culpam; non animum maledicentis, ſed rem ipſam conſiderantes. Ut enim Jaſonem Theſſalum qui volebat interficere, gladio vomicam ejus aperuit, eaque rupta ſalutem homini attulit: ſic ſæpe convicium ab irato aut inimico nobis inflictum, animi morbum latentem neglectumve ſanavit. Sed plerique maledictis impetiti non conſiderant an vere ipſis aliquid objiciatur, quid ſit in maledicente deſpiciunt: et inſtar athletarum pulverem conviciorum ſibi ipſis non abſtergent, ſed eodem alios conſpergunt atque opplent, atque ita cum his luctantur ſeque mutuo dejiciunt. Enimvero ab inimico crimine aliquo notatus, ſi id verum ſit, majore ſtudio id expurgare debes, quam veſtis aliquam commonſtratam maculam: ſi falſum, tamen quærenda eſt cauſa quæ criminationi occaſionem dedit: cavendumque

E τεθαι χ᾽ δεδιέναι μή τι λανθάνωμεν ἢ συνέγλες ἢ ὅμοιον τῷ λεγομένῳ ἁμαρτάνοντες. Οἷον Λακύδην τὸν Ἀργείων βασιλέα, κόμης τινὸς διάθεσις καὶ βάδισμα τρυφερώτερον εἰς μαλακίαν διέβαλε· καὶ Πομπήϊον, τὸ ἑνὶ κνᾶσθαι δακτύλῳ τὴν κεφαλήν, πορρωτάτω θηλύτητος καὶ ἀκολασίας ὄντα. Κράσσος δὲ τῶν ἱερῶν μιᾶς παρθένων αἰτίαν ἔσχε πλησιάζειν, χωρίον τι καλὸν ὠνήσασθαι παρ᾽ αὐτῆς βουλόμενος, καὶ διὰ τοῦτο πολλάκις ἐντυγχάνων ἰδίᾳ καὶ θεραπεύων. Ποσθουμίαν δὲ τὸ γε-
F λᾶν ῥᾳθυμότερον, καὶ λαλιᾷ χρῆσθαι θρασυτέρᾳ πρὸς ἄνδρας, διέβαλεν, ὥστε κρίσιν φθορᾶς· εὑρέθη μὴν οὐδὲν καθαρὰ τῆς αἰτίας· ἀπολύσας δὲ αὐτὴν ὁ ἀρχιερεὺς Σπόριος Μινούκιος, ἐνουθέτησε μὴ χρῆσθαι λόγοις ἀσεμνοτέροις τοῦ βίου. Θεμιστοκλεῖ δὲ Παυσανίας μηδὲν ἀδικοῦντι προσετρίψατο τὴν ὑποψίαν ἡ προδοσίας, διὰ τὸ χρῆσθαι φίλῳ καὶ γράφειν συνεχῶς καὶ πέμπειν πρὸς αὐτόν.

et verendum, ne imprudentes tale aliquid aut ſimile ejus quod objectum fuit committamus. Verbi gratia, Lacydem Argivorum regem comæ quædam diſpoſitio, et inceſſus delicatior, mollitiei probro inuſſit: ut et Pompeium, hominem a mulieroſitate et libidine remotiſſimum, quod uno digito caput ſcalperet virum ſibi velle dictitabant. Et Craſſus inſimulatus eſt inceſtæ cum Veſtali quadam virgine conſuetudinis, quod cum ab ea emere prædium quoddam pulchrum cuperet, ſæpius eam demerendi gratia conveniret. Poſthumia quod in riſum promptior eſſet, et cum viris liberius colloqueretur, inſuſpicionem impudicitiæ venit, ita quidem ut etiam inceſtus poſtulata ſit: et inſontem quidem criminis compertam Sp. Minucius pontifex maximus cum abſolveret, monuit ne verbis minus quam vita eſſet caſtis uteretur. Themiſtoclem etiam innoxium, amicitiæ cum Pauſania uſus et miſſi crebro nuncii ac litteræ, in ſuſpicionem proditionis vocaverunt.

ζ'. Ὅταν οὖν λεχθῇ τι μὴ ἀληθές, οὐχ ὅτι ψεῦδός ἐστι δεῖ καταφρονεῖν καὶ ἀμελεῖν, ἀλλὰ σκοπεῖν τί τῶν ὑπὸ σοῦ λεγομένων ἢ πραττομένων, ἢ σπουδαζομένων, ἢ σπευόντων, ὁμοιότητα τῇ διαβολῇ παρέσχηκε, καὶ τοῦτο διωλαβεῖσθαι καὶ φεύγειν. Εἰ γὰρ ἕτεροι φαύλοις ἀβουλήτοις περιπεσόντες, διδάσκονται τὸ χρήσιμον· ὥσπερ ἡ Μερόπη φησίν,

—— αἱ τύχαι δέ με,
Μισθὸν λαβοῦσαι τῶν ἐμῶν τὰ φίλτατα,
Σοφὴν ἔθηκαν ——

τί κωλύει διδάσκαλον ἄμισθον λαβόντα, τὸν ἐχθρόν, ὠφεληθῆναι καὶ μαθεῖν τι τῶν λανθανόντων; Πολλὰ γὰρ ὁ ἐχθρὸς μᾶλλον αἰσθάνεται τοῦ φίλου· τυφλοῦται γὰρ τὸ φιλοῦν περὶ τὸ φιλούμενον, ὡς ὁ Πλάτων φησί· τῷ δὲ μισεῖν, μετὰ τοῦ πολυπραγμονεῖν καὶ τὸ λαλεῖν ἕπεται. Ὁ Ἱέρων ὑπό τινος τῶν ἐχθρῶν εἰς τὴν δυσωδίαν ἐλοιδορήθη τοῦ στόματος· ἐλθὼν οὖν οἴκαδε πρὸς τὴν γυναῖκα, Τί λέγεις, εἶπεν, οὐδέ σύ μοι τοῦτο ἔφρασας; ἡ

VII. Ergo cum aliquid objicitur falsum, non id ideo quia verum non est, contemni debet aut negligi: sed circumspiciendum, quodnam tuum dictum aut factum aut studium, vel quis sodalium tuorum, similitudinem huic calumniæ dederit, idque studiose cavendum porro et fugiendum. Si enim alii rebus circumventi insperatis atque tristibus, discunt quid sit utile, quomodo Merope ait:

—at me sortis inimicæ vices,
Mercede rerum quæ mihi carissimæ,
Doctam dedere—

quid impedit, quominus inimicum gratuitum magistrum admittentes, utilitatem capiamus, et aliquid eorum quæ nos latebant discamus? Multa enim inimicus amico magis sentit, cum amator, ut Plato ait, cæcutiat in amata re. Odio præter curiositatem etiam loquacitas adest. Hiero, cum ei quidam inimicus oris fœtorem exprobrasset, domum se ad uxorem recipiens, *Quid hoc*, inquit, *rei est? cur tu mihi hoc non indicavisti?* illa

δὲ, οὖσα σώφρων καὶ ἄκακος, Ὠμην, εἶπεν, ὅτι τοιοῦτο πάντες ὄζουσιν οἱ ἄνδρες. Οὕτω καὶ τὰ αἰσθητικὰ καὶ τὰ σωματικὰ, καὶ τὰ καταφανῆ πᾶσι, πρόδηλα τῶν ἐχθρῶν μαθεῖν πρότερόν ἐστιν ἢ τῶν φίλων καὶ συνήθων.

η'. Ἄνευ δὲ τούτου, τὴν περὶ γλῶτταν ἐγκράτειαν, ὑ μικρὸν ἀρετῆς μέρος ὖσαν, ἐπήκοον ἀεὶ τῷ λογισμῷ καὶ πειθήνιον ἔχειν οὐκ ἔστιν, ἂν μή τις ἀσκήσει καὶ c μελέτῃ καὶ φιλοπονίᾳ τὰ κάκιστα τῶν παθῶν, οἷόν ἐστιν ἡ ὀργὴ, κατεργάσηται. Ἡ γὰρ ἀκουσίως ἐκπίπτουσα φωνὴ, καὶ τὸ,

— ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων,

καὶ τὸ, ἔνια ἐξίπασθαι τῶν ῥημάτων αὐτόματα, τοῖς ἀνασκήτοις μάλιστα θυμοῖς, οἷον ὀλισθαίνουσι καὶ ἁμαρτάνουσιν ἐπιγίγνεται, δι' ἀσθένειαν θυμοῦ, δι' ἀκρατῆ γνώμην, διαίτῃ θερμασίᾳ. Λόγου δὲ, κουφοτάτου περάγ-

B. 5. αἰσθητικὰ] Legendum αἰσθητὰ ut voluit Mez. et Reisk. Vulgata est in libris omnibus editis, et scriptis quidem nostris.

B. 8. Ἄνευ δὲ τούτου—κατεργάσηται] Exstat in Stobæo Gesneri Serm. xxxiii. περὶ Σιωπῆς: non item in Trincavelli editione, in qua idem sermo est xxxi.

C. 2. Ἡ γὰρ ἀκουσίως ἐκπίπτουσα φωνὴ] Est item, ut proxima, proverbiale dictum: itaque vertendo correxi.

C. 8. Λόγου δὲ, κουφοτάτου—μύθων] Exstat in Stobæo Gesneri Serm. xix. p. 168. Trincavelli xvii. eodem titulo.

vero, ut erat pudica et simplex, *Existimabam*, ait, *omnes viros sic olere*. Adeo et quæ in sensus incurrunt, et ad corpus pertinent, et omnium conspectui sunt exposita, prius ex inimicis quam ex amicis aut familiaribus cognoscimus.

VIII. Jam linguæ continentiam, quæ pars est virtutis non exigua, obtemperantem rectæ rationi semper habere non potest, nisi qui exercitatione, accuratione, laborisque contentione pessimos affectus, qualis est ira, edomuerit. Nam dicta illa, *Invita excidens vox*, et,

Erupit verbum vallato dentibus ore,

tum illud, *verba sponte evolant*, ea maxime valent de inexercitatis animis veluti labentibus et perfluentibus, propter iræ mentisque impotentiam in licentiori vita: Cæterum

ματος, βαρυτάτη ζημία, καὶ τὸν θεῖον Πλάτωνα, καὶ ὑπὸ θεῶν ἔπεται καὶ ὑπὸ ἀνθρώπων. Ἡ δὲ σιγὴ, παντα χοῦ μὴ ἀνυπεύθυνος, οὐ μόνον ἄδηφον, ὡς φησιν Ἱπποκράτης, ἀν δὲ λοιδορίᾳ σεμνὸν καὶ Σωκρατικόν, μᾶλλον δὲ Ἡρακλειον· εἰ γε κἀκεῖνος

Οὐδ' ὅσσον μυίας γυγερῶν ἐμπάζετο μύθων.

Οὔτε μὴν τούτῳ σεμνότερον καὶ κάλλιόν ἐστι τὸ λοιδορουμένου ἐχθροῦ τὴν ἡσυχίαν ἄγειν, Λιαντάδα πέτεσθαι φιλοκέρδομον ὡς ὑπὸ γαννυχομένους· ἀλλὰ μείζων ἡ ἄσκησις· ἂν ἐχθρὸν ἐθισθῇς λοιδορουμένου φέρειν σιωπῇ, πάνυ ῥᾳδίως οἴσῃ γυναικὸς ὁρμὴν κακῶς λεγούσης, καὶ φίλου φωνὰς, καὶ ἀδελφῷ πικροτέρας ἀκούων, ὑπομενεῖς ἀθορύβως· πατρὶ δὲ καὶ μητρὶ τυπτόμενος ἢ βαλλόμενος, παρέξεις ἄθυμον καὶ ἀμεμψίτον σεαυτόν. Ὁ μὲν γὰρ

C. 11. ἀνυπεύθυνος] Elegantius Mosc. 2. Stob. T. ἀνυπεύθυνον.
D. 3. μυίας] Dedi ex Harl. Stob. Jun.
D. 4. Οὔτε μὴν τούτου] Sensum recte cepit Xylander: videtur tamen in verbis leve vitium subesse, licet in vulgata omnes libri nostri consentiant. Forte melius sit Οὔτε μήν τοῦ τι σεμνότερον καὶ κάλλιόν ἐστιν ἡ λοιδορ. Sententia diserte ita reddenda: *Neque sane quid gravius pulchriusque est quam quiescere inimico criminante: sed majoris est momenti et utilitatis exercitatio. Nam si convicia inimici ferre consuescas——*

sermoni, levissimæ rei, gravissima, ut est apud divinum Platonem, *et a diis et ab hominibus, pœna est proposita.* Silentium ubique est impune, neque tantum, quod ait Hippocrates, contra sitim valet: maxime autem adhibitum ubi maledictis impetimur, gravitatem habet, estque Socraticum quippiam, aut potius Herculeum: siquidem Hercules etiam,

Nec quanti muscam voces faciebat acerbas.

Neque hoc sane gravius et pulchrius est, quiescere inimico criminante, et maledicum, *Ut arduum ac obstreperum scopulum præternatare*, sed exercitatio potior est. Si convicia inimici tacitus ferre consuescas, facile etiam feres incitationem uxoris maledicentis, neque perturbaberis amici aut fratris acerbioribus verbis; a patre quoque aut matre pulsatus aut ictu impetitus, nihil commotus id et placidus sustinebis. Ete-

E Σωκράτης ἔφερε τὴν Ξανθίππην, θυμοειδῆ οὖσαν καὶ χαλεπήν, ὡς ἂν εὐκόλως συνεσόμενος ἑτέροις, ἂν ἐκείνην ὑπομένειν ἐθισθῇ· πολὺ δὲ βέλτιον, ἐχθρῶν καὶ ἀλλοτρίων ἐγυμνασάμενον σκώμμασι καὶ λοιδορίαις καὶ ὀργαῖς καὶ βδελυρίαις ἕξιν τὸν θυμὸν ἡσυχίαν ἄγειν, μηδὲ ἀχθέσθαι ἐν τῷ λοιδορεῖσθαι.

θ'. Πραότητα μὲν οὖν καὶ ἀνεξικακίαν οὕτως ἔστιν ἐπιδείξασθαι ταῖς ἔχθραις· ἁπλότητα δὲ καὶ μεγαλοφροσύνην καὶ χρηστότητα, μᾶλλον ἢ ἐν ταῖς φιλίαις. Φίλον μὲν γὰρ οὐχ οὕτω τὸ εὖ ποιεῖν καλόν, ὡς αἰσχρὸν τὸ μὴ ποιεῖν δέον· ἐχθρῷ δὲ καὶ τὸ τιμωρίαν ἀφελεῖν ἐν καιρῷ προσόντος, ὑπεικές ἐστι· τὸν δὲ τῷ παίσαντι συμπαθήσαντα, τῷ δεηθέντι συλλαβόμενον, καὶ παισὶν ἐχθροῦ τῷ οἰκείοις θεράπασιν ἐν χρείᾳ γενόμενον, ἀνδρώδη τινα καὶ θεοφιλῆ ἐνδειξάμενον, ὅστις οὐκ ἀγαπᾷ τὴν εὐμένειαν, οὐδὲ ἐπαινεῖ τὴν χρηστότητα,

E. 9. μᾶλλον ἢ ἐν ταῖς φιλίαις] ἢ, quod abeſt a reliquis libris, ſumpſi e Xyl. Amiot. Mez.

nim Socrates Xanthippam ferebat, iracundam moroſamque mulierem, quod facilius cum aliis ſe verſaturum putabat, ſi iſtam ſufferre adſueviſſet. Multo autem præſtat inimicorum et alienorum dicteria ac convicia, iras et obſcœnas inſectationes exercitatione præparatum poſſe animo quieto et æquo tolerare.

IX. Atque hoc modo licet in inimicitiis manſuetudinem et malorum tolerantiam demonſtrare: ſimplicitatem autem magnanimitatem atque bonitatem, in amicitiis magis: non enim tam pulchrum eſt bene amico facere, quam turpe non facere, cum id neceſſitas ejus requirit. Cæterum oblata occaſione ulciſcendi inimicum, eum miſſum facere, æquanimitatis eſt: qui vero et miſeratur inimicum afflictum, et opem fert indigenti, et filiis ejus ac familiæ adverſo ipſorum tempore operam ſuam ſtudiumque defert, hunc qui non amat ob humanitatem, neque ejus probitatem laudat,

Κεῖνος ἐξ ἀδάμαντος ἢ σιδάρου κεχάλκευται μέλαιναν καρδίαν. 91

Τῷ Καίσαρι κελεύσαντι τὰς Πομπηίου τιμὰς ἀναστηλῶσαι καταβεβλημένας, ὁ Κικέρων, Τοὺς Πομπηίου, φησίν, ἀνδριάντας ἔστησας, τοὺς δὲ σοὺς ἔπηξας. Ὅθεν δεῖ ἐπαίνου φειδέσθαι δὲ τιμῆς τοῦ ἀνδρὸς ἐχθροῦ δικαίως εὐδοκιμήσαντος. Ἔπαινόν τε γὰρ φέρει μείζονα τοῖς ἐπαινοῦσι, καὶ πίστιν ἔχει πάλιν ἐγκαλῶν, ὡς οὐ τὸν ἄνδρα μισῶν, ἀλλὰ τιμῶν ἀποδοκιμάζων· τὸ δὲ κάλλιστον καὶ χρησιμώτατον, ἀπωτάτω καθίσταται τοῦ φθονεῖν καὶ φίλοις εὐτυχοῦσι, καὶ κατορθοῦσιν οἰκείοις, ὁ Β τοὺς ἐχθροὺς ἐθιζόμενος ἐπαινεῖν, καὶ μὴ δάκνεσθαι, μηδὲ βασκαίνειν εὖ πραττόντων. Καίτοι τίς ἄσκησις ἑτέρα μείζονα ὠφέλειαν ἐνεργάζεται ταῖς ψυχαῖς, ἢ μᾶλλον χρήσιμον, τῆς ἀφαιρούσης τὸ δύσζηλον ἡμῶν καὶ φιλόφθονον; Ὥσπερ γὰρ ἐν πολέμῳ πολλὰ τῶν ἀναγκαίων, ἄλλως δὲ φαύλων, ἔθος λαβόντα καὶ νόμου

B. 6. πολέμῳ] Ita recte dedit Stephanus, cui adſentiuntur libri omnes ſcripti. Editi quidem Ald. Baſ. Xyl. habent πόλει.

Huic ex adamante, ſive ferro cor fabre-factum eſt atrum.

Cæſari cum ſtatuas Pompeii dejectas erigi juſſiſſet, Cicero dixit, *Pompeii ſtatuas reſtituiſti, tuas conſtituiſti.* Itaque ne laudationi quidem parcendum eſt inimici, merito ſuo eam reportantis. Hoc enim laudanti majorem conciliat quam laudato laudem, et cum alio tempore vituperat, creditur non odio hominis id facere, ſed quia factum ejus improbet: et, quod pulcherrimum eſt atque utiliſſimum, longiſſime abducitur ab invidendo amicis res ſecundas, aut familiaribus gloriam rei bene geſtæ, qui uſu didicit etiam inimicos laudare, neque morderi aut mœrere eorum ſucceſſibus, aut invidere iis proſperitatem. Et vero quænam alia exercitatio majorem conferat animis noſtris utilitatem, aut affectionem meliorem, quam quæ ex eo invidentiam æmulationemque malignam aufert? Ut enim in civitate multa neceſſaria quidem ea, ſed tamen mala, ubi conſue-

δύναμιν, οὐκ ἔστι ῥᾳδίως ἀπώσασθαι βλαπομένους, ὅπως ἡ ἔχθρα συνεισάγουσα τῷ μίσει φθόνον, ζηλοτυπίαν, ἐπιχαιρεκακίαν, μνησικακίαν ἀναπολείπει. Πρὸς δὲ τούτοις, καὶ πανουργία καὶ ἀπάτη, καὶ ἐπιβουλὴ, δοκοῦσα
c μὴ φαῦλον εἶναι μηδὲ ἄδικον πρὸς ἐχθρὸν, ἂν ἐγγένηται, ῥᾳδιουργεῖ δυσαπάλλακτος· εἶτα λεγόντων πρὸς τοὺς φίλους αὐτοὶ ἐθὼ συνηθείας, ἂν μὴ φυλάξωνται πρὸς τοὺς ἐχθρούς. Εἴπερ οὖν ὀρθῶς ὁ Πυθαγόρας, ἐν ἀλόγοις ζώοις ἐθίζων ἀμότητος ἀπέχεσθαι καὶ πλεονεξίας, ὀρνέων τε θηρευτὰς παρητεῖτο, καὶ βόλους ἀνούμενος ἰχθύων, ἐκέλευεν ἀφιέναι, καὶ παντὸς ἡμέρου ζώου φόνον ἀπηγόρευε· πολὺ δήπου σεμνότερόν ἐστιν, ἐν διαφοραῖς πρὸς ἀνθρώπους καὶ φιλονεικίαις, γενναῖον ἐχθρὸν ὄντα
d καὶ δίκαιον καὶ ἀψευδῆ, τὰ μοχθηρὰ καὶ ἀγεννῆ καὶ κακοῦργα πάθη κολάζειν καὶ ταπεινὰ ποιεῖν· ὅπως ἐν

B. 9. ζηλοτυπίαν, ἐπιχαιρεκακίαν] Mosc. ζηλοτυπίαν ἐπιχαιρεκακία: quocum videtur facere Harl. exhibens ἐπιχαιρεκακία sine iota subscripto.
D. 2. κακοῦργα] πανοῦργα Harl. Mosc. 2. Pol. Jannot. T. forte verius.

tudine recepta vim legis adipiscuntur, non facile possunt aboleri, quantumvis damnosa sint: ita inimicitia cum odio introducit invidiam, quæ obtrectationem, lætitiam de adversis inimici rebus, acceptarum injuriarum memoriam in animo relinquit. Præterea fraudes, fallaciæ, et insidiæ, quod hæc putamus adversus inimicos neque male neque injuste adhiberi, si insita fuerint, manent et alte radices agunt: quæ nisi usurpare adversus inimicos caveamus, victi consuetudine postmodo etiam ad amicos transferimus. Quod si recte Pythagoras in brutis animalibus adsuefecit suos ad vitandam crudelitatem et injurias, ideoque et aucupes exorabat, et piscium redemptis capturis, dimitti eos jubebat, omnisque non feri animalis cæde interdicebat: multo profecto honestius est, in dissensionibus et contentionibus cum hominibus aliis, inimicos nos esse ingenuos, justos, et veraces, affectusque pravos et degeneres ac maleficos compescere; ut in consuetudine cum ami-

τοῖς περὶ τὰς φίλους συμβολαίοις παντάπασιν ἀτρεμῇ, καὶ ἀπέχηται τῶ κακουργεῖν. Σκαῦρος, ἐχθρὸς ὢν Δομιτίου καὶ κατήγορος· οἰκέτης οὖν τοῦ Δομιτίου περὶ τῆς δίκης ἦκε πρὸς αὐτὸν ὡς ἔχων τί μηνύσαι τῶν λανθανόντων ἐκείνῳ· ὁ δὲ οὐκ εἴασεν εἰπεῖν, ἀλλὰ συλλαβὼν τὸν ἄνθρωπον, ἀπέσειλε πρὸς τὸν δεσπότην. Κάτωνι δὲ Μουρήνᾳ διώκοντι δημοκοπίας, καὶ σπεύδοντι τὰς ἐλέγχους, ἐξ ἔθους παρηκολούθουν οἱ τὰ πραττόμενα φυλάττοντες· πολλάκις οὖν αὐτὸν ἠρώτων εἴτι μέλλει σήμερον σπεύδειν ἢ πραγματεύεσθαι πρὸς E
τὴν κατηγορίαν· εἰ δὲ μὴ φαίη, πιστεύοντες ἀπῄεσαν. Ταῦτα μὲν οὖν αὐτῆς τῆς δόξης ἔχει τεκμήριον μέγιστον· ἀλλὰ μεῖζον καὶ κάλλιστον, ὅτι τῷ δικαίῳ χρῆσθαι καὶ πρὸς ἐχθροὺς ἐθισθέντες, οὐδέποτε μὴ προσενεχθῶμεν ἀδίκως καὶ πανούργως τοῖς συνήθεσι καὶ φίλοις.

E. 4. κάλλιστον] malim κάλλιον cum Reiſkio. Iſtiuſmodi certe anomalias potius librariis, quam Auctoribus, tribuam.

cis animus plane ſedatus omni abſtineat maleficio. Exercebat cum Domitio inimicitias Scaurus, eumque in judicium populi vocarat, ante diem judicio dictum ſervus Domitii ad Scaurum venit, indicaturus eorum aliquid quæ ad eam actionem pertinerent, Scaurumque laterent: ſed Scaurus indicium non admiſit, hominemque correptum ad dominum remiſit. Cato Murenæ diem dixerat ambitus, et argumenta quibus reum peragere criminis poſſet, conquirebat, eum ſequebantur, ut erat moribus receptum, qui obſervarent quid ageretur: ii perſæpe quærebant e Catone, an iſta die aliquid tractaturus eſſet quod ad accuſationem pertineret: ſi acturum ſe ea in cauſa quicquam negaret, fidem habebant viro, et diſcedebant. Hæc quidem maximum continent argumentum quam ſancta eſſet Catonis exiſtimatio: ſed majus hoc eſt atque pulchrius, quod juſtitiam etiam adverſus inimicos adhibere adſuefacti, nunquam injuſte ſumus aut ſubdole cum familiaribus et amicis acturi.

ί. Ἐπεὶ δὲ πάσαισι κορυδαλῇσι χρὴ λόφον ἐγγενέσθαι, κατὰ τὸν Σιμωνίδην· καὶ πᾶσα φύσις ἀνθρώπου φέρει φιλονεικίαν καὶ ζηλοτυπίαν καὶ φθόνον, κενεοφρόνων
F ἑταίρων ἀνδρῶν, ὡς φησι Πίνδαρος, οὐ μετρίως ἄν τις ὠφελοῖτο τοὺς παλαιοὺς τούτους, ὥσπερ ἀπὸ καθάρσεως εἰς τοὺς ἐχθροὺς, καὶ ἀποφέρων, ὥσπερ ὀχετοὺς, παῤῥωτάτω τοὺς ἑταίρους καὶ οἰκείους. Καὶ τοῦτο, ὡς ἔοικε, σωιδὼν πολιτικὸς ἀνὴρ Ὀνομάδημος, ἐν Χίῳ τῆς κρατούσης μερίδος ἐν χάσει γενόμενος, παρῄνει τοῖς ἑταίροις μὴ πάντας ἐξελάσαι τοὺς ἀντιστασιάσαντας, ἀλλ' ὑπολείπεσθαί τινας, Ὅπως, ἔφη, μὴ πρὸς τοὺς φίλους ἀρξώμεθα διαφέρεσθαι, τοῖς ἐχθροῖς παντάπασιν ἀπαλλαγέντες. Οὕτω καὶ ἡμῶν καταναλισκόμενα ταῦτα τὰ πάθη πρὸς τοὺς ἐχθροὺς, ἧττον ἐνοχλήσει τοῖς φίλοις. Οὐ γὰρ κεραμεῖ δεῖ κεραμέα φθονεῖν, οὐδὲ ἀοιδὸν

E. 7. κορυδαλῇσι] Mosc. 1. 2. κορυδαλλίσι forma Plutarcho alibi in hoc dicto adhibita: non spernenda quidem: vid. Bryan. Vit. Plut. T. II. p. 571.

F. 1. ἑταῖραν] Ita B. et Mez. At Xyl. ἑταῖρον. Reliqui omnes perperam ἑταίρων.

X. Sed quoniam, ut dixit Simonides, *omnibus caſſitis caſſidem oportet eſſe innatam*, ita etiam omnis natura humana profert ſtudium rixandi, obtrectationem, et *invidiam vanorum ſodalem*, ut ait Pindarus, *hominum*; non mediocriter profecto rebus ſuis conſuluerit, qui iſtas animi affectiones in inimicos quaſi effundens expurget, et cloacis, ut ſic dicam, quibuſdam ductis iſta quam longiſſime a ſociis et domeſticis derivet. Quod mihi animadverſiſſe Onomademus videtur, homo rationis civilis peritus: qui cum in Chio orta ſeditione, partes eas foviſſet, quæ vicerant, hortatus eſt ſocios, ne omnes adverſæ factionis ejicerent, ſed quoſdam in civitate relinquerent; dicebat enim alioqui periculum fore, ne omnibus inimicis ſublatis, cum amicis extituræ ipſis eſſent controverſiæ. Eodem modo iſti in inimicos inſumpti pravi affectus, minus moleſti erunt amicis. Neceſſe enim non eſt ut *figulus figulo invideat*, *et*

ἀοιδῷ, καθ' Ἡσίοδον, ἀοιδὸς γείτονα ζηλῶν, οὐδὲ ἀνεψιὸν, οὐδὲ ἀδελφὸν εἰς ἄφεσιν ἀπεύδοντα, καὶ τυγχάνοντα χρηστῶν πραγμάτων. Ἀλλ' εἰ μηδεὶς τρόπος ἐστὶν ἄλλος ἀπαλλαγῆς ἐρίδων καὶ φθόνων καὶ φιλονεικιῶν, ἔθιζε σαυτὸν δάκνεσθαι τῶν ἐχθρῶν εὐημερούντων, καὶ παρόξυνε B καὶ χάραττε τὸ φιλόνεικον ἐν ἐκείνοις θηρώμενον. Ὥσπερ γὰρ οἱ χαρίεντες γεωργοὶ τὰ ῥόδα καὶ τὰ ἴα βελτίω ποιεῖν νομίζουσι, σκόροδα καὶ κρόμμυα παραφυτεύοντες· ἀποκρίνεται γὰρ εἰς ἐκεῖνα πᾶν ὅσον ἔνεστι τῇ τροφῇ δριμὺ καὶ δυσῶδες· οὕτω καὶ ὁ ἐχθρὸς ἀναλαμβάνων καὶ προσιέμενος τὸ βάσκανον καὶ κακόηθες, εὐμενέστερον παρέξει τοῖς φίλοις εὖ πράττουσι καὶ ἀλυπότερον. Διὸ καὶ τὰς ἁμίλλας πρὸς ἐκείνους δεῖ ποιεῖσθαι περὶ δόξης ἢ ἀρχῆς ἢ πορισμῶν δικαίων, μὴ δακνομένους μόνον, ἂν τι πλέον ἡμῶν ἔχωσι, ἀλλὰ καὶ πάντα παραφυλάτ-

B. 1. δάκνεσθαι τῶν ἐχθρῶν] Stephanus dedit δάκνεσθαι μὴ τῶν ἐχθρῶν: Perperam μὴ arripiens ex Pol. et Jannot. Abeſt recte ab Ald. Baſ. Xyl. A. B. E. Moſc. 1. 2.

B. 5. τῇ τροφῇ] Τῇ aſſumpſi ex A. B. E. Moſc. 1. 2. Harl. et var. lect. Ed. Gr. Lat. ſine nomine.

cantor cantori, ſicut Heſiodus cecinit: neque æmulatio malevola inter *vicinos*, *cognatos aut fratres* neceſſaria eſt, *altero ad opes properante*, et ſucceſſibus utente proſperis. Sed ſi omnino nulla alia ratio inveniri poteſt, qua rixis, invidia, contentionibus libereris, conſuefacito teipſum ut inimicorum lætis rebus mordearis, in iiſque ſtudium concertandi tuum irrita, imprime, acue. Sicut enim ſciti agricolæ roſas et violas putant ſe facere meliores, ſi allia et cepas juxta plantent: quod in ea excernitur quidquid alimento acerbum ineſt aut fœtidum: ita inimicus quoque excipiens invidiæ et malignitatis tuæ ictus, benevolentiorem te amicis ſecunda utentibus fortuna reddet atque commodiorem. Itaque cum inimicis contendendum eſt de gloria, potentia, aut licitis rei familiaris incrementis, ut non uramur modo ſi in hoc genere ab iis ſuperemur, ſed et omnia

C τοὺς ἐξ ὧν πλέον ἔχουσι, καὶ πειρωμένους ὑφ' ἁλὸς ταῖς ἐπιμελείαις καὶ φιλοπονίαις, καὶ τῷ σωφρονεῖν καὶ προσέχειν ἑαυτοῖς· ὡς Θεμιστοκλῆς ἔλεγεν οὐκ ἐᾶν αὐτὸν καθεύδειν τὰ ἐν Μαραθῶνι τοῦ Μιλτιάδου νίκαι. Ὁ μὲν γὰρ εὐτυχίᾳ διαφέρειν αὐτῷ τὸν ἐχθρὸν ἡγούμενος ἐν ἀρχαῖς, ἢ σωτηρίαις, ἢ πολιτείαις, ἢ παρὰ φίλοις καὶ ἡγεμόσιν, ἐκ τοῦ πράττειν τι καὶ ζηλοῦν, εἰς τὸ βασκαίνειν ἀνιᾶται καὶ ἀθυμεῖν καταδύεται, ἀργῷ τῷ φθόνῳ καὶ ἀπράκτῳ συνέσται. Ὁ δὲ μὴ τυφλούμενος περὶ τὸ μισούμενον, ἀλλὰ καὶ βίου καὶ ἤθους καὶ λόγων καὶ ἔργων γινόμενος θεατὴς δίκαιος,
D τὰ πλεῖστα κατόψεται τῶν ζηλουμένων, ἐξ ἐπιμελείας καὶ προνοίας καὶ πράξεων ἀρίστων περιγινόμενα τοῖς κεκτημένοις, καὶ πρὸς ταῦτα συντείνων ἐπασκήσει τὸ φιλότιμον αὑτῷ καὶ φιλόκαλον, τὸ δὲ χαυνώδες ἐκκόψει καὶ ῥάθυμον.

D. 3. ἐπασκήσει] Sic A. B. E. Moſc. 1. 2. Baſ. Xyl. At ἐπ' ἀσκήσει Ald. Steph. reliqui.

ea obſervemus unde illi nobis priores fieri potuerunt, conemurque eorum vincere induſtriam, conſtantiam laboris, et temperantiam, noſque ipſi obſervemus: qua ratione dixit Themiſtocles, *ſibi Miltiadis Marathonia victoria ſomnos adimi*. Qui enim inimicum exiſtimat priores ferre in honoribus publicis, aut patrociniis, aut reipublicæ procuratione, aut apud amicos vel principes: is ſi ab agendo et æmulando omnino ad invidendum et dimittendum animum ſe dejiciat, inani certe inefficacique conflictatur invidentia. Qui vero non excæcatur odio inimici, ſed vitam ejus, mores, dicta, factaque ut incorruptus ſpectator contemplatur: is pleraque eorum, quorum ſiniſtra æmulatione correptus eſt, intelliget, ei diligentia, providentia, probiſque actionibus parta eſſe: eodemque contendens, ſtudium honeſtatis gloriæque ſuum augebit, vanitate et ſocordia affectuum amputatis.

ια'. Εἰ δέ τινας οἱ ἐχθροὶ κολακεύοντες, ἢ πανηγυρίζοντες, ἢ δεκάζοντες, ἢ μισθαρνοῦντες, αἰσχρὰς καὶ ἀνελευθέρους δοκοῦσι κεκτῆσθαι δυνάμεις ἐν αὐλαῖς ἢ πολιτείαις, οὐκ ὀνοχλήσουσιν ἡμᾶς, ἀλλὰ μᾶλλον εὐφρανοῦσι, τὴν αὐτῶν ἐλευθερίαν, καὶ τὸ καθαρὸν τοῦ βίου καὶ ἀνύβριστον ἀντιλήψονται. Ἅπας γὰρ ὁ ὑπὲρ γῆς καὶ ὑπὸ γῆν χρυσὸς οὐκ ἀντάξιος ἀρετῆς, κτᾶσθαι Πλάτωνα. Καὶ τὸ τοῦ Σόλωνος ἔχειν ἀεὶ δεῖ πρόχειρον,

Ἀλλ' ἡμεῖς αὐτοῖς οὐ διαμειψόμεθα
Τῆς ἀρετῆς τὸν πλοῦτον·

οὐδέ γε βοὰς δεδειπνισμένων θεάτρων, οὐδὲ τιμὰς ζηλώσομεν καὶ πρεσβείας παρ' εὐνούχοις καὶ παλλακαῖς, καὶ σατραπείαις βασιλέων· ζηλωτὸν γὰρ οὐδέν, οὐδὲ καλὸν, ἐξ αἰσχροῦ φυόμενον. Ἀλλ' ἐπεὶ τυφλοῦται τὸ φιλοῦν περὶ τὸ φιλούμενον, ὡς φησιν ὁ Πλάτων, καὶ

D 7. δεκάζοντες] Reposui ex A. B. E. Cæteri editi et scripti δικάζοντες.
E. 8. Ἀλλ' ἐπεὶ τυφλοῦται—δεῖ μήτε] Vulgo Ἀλλ' ἐπιτυφλοῦται—δεῖ δὲ μήτε—. Abest δὲ in A. B. E, quo indicio et sententia ipsa postulante prius ipse mutavi.

XI. Sin eveniat, ut inimici adulando, fraudes componendo, largiendo aut corrumpentes aut corrupti turpem atque illiberalem, videantur potentiam in aulis rebusve publicis consecuti, fructum inde nonnullum percipere: non modo id molestiam nobis objiciet nullam, sed et gaudium adferet, nostram libertatem vitamque puram et contumeliæ expertem iis opponentibus. *Quidquid enim supra et infra terram est auri, non est quod ad virtutem æquiparetur*, siquidem Platonem audimus. Est etiam in promptu Solonis illud habendum:

Nos virtutem, habeant ii sibi divitias:

nedum virtuti nostræ præferamus acclamationes theatrorum epulis conductas, aut honores et primas sedes apud eunuchos et pellices et satrapas regum: nihil enim horum dignum est admiratione aut æmulatione, neque pulchrum, quippe a turpitudine proficiscitur, sed amans obcæcatur in consideratione rei amatæ, et

παρέχουσι μᾶλλον ἡμῖν οἱ ἐχθροὶ ἀχημονοῦντες αἰ̓σθησιν· δεῖ μήτε τὸ χαίρειν ἐφ' οἷς ἁμαρτάνουσιν, ἀρχὴν εἶναι, μήτε τὸ λυπούμενον ἐφ' οἷς κατορθοῦσιν, ἀλλ' ὁπλογίζεσθαι δι' ἀμφοτέρων, ὅπως τὰ μὲν φυλαττόμενοι, βελτίους ὦμεν αὐτῶν, τὰ δὲ μιμούμενοι, μὴ χείρονες.

F. 2. τὸ χαίρειν] Forte præferendum, certe exquisitius, est τὸ χαῖρον, quod dant Mosc. 2. Collat. Muret. Schott. Jannot. Anonym. Mez. T. V. B.

facilius ſentimus turpitudinem, cum ea ab inimicis admittitur. Cæterum neque conceptum de eorum peccatis gaudium, neque dolor nobis ob eorum recte facta obortus inutilia eſſe debent, ſed rationes utrinque inſtituendæ ita ſunt, ut et eorum erratis cavendis præſtantiores, et imitandis recte factis non deteriores ipſis exſiſtamus.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΠΕΡΙ

ΠΟΛΥΦΙΛΙΑΣ.

93

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΠΕΡΙ

ΠΟΛΥΦΙΛΙΑΣ.

PLUTARCHI

DE

AMICORUM MULTITUDINE.

α'. ΜΕΝΩΝΑ τ̃ Θετ̃αλὸν, οἰόμενον ἐν λόγοις
B ἱκανῶς γεγυμνᾶσθ̃αι, καὶ τοῦτο δὴ τὸ ὑπὸ
τοῦ Ἐμπεδοκλέους λεγόμενον,

— σοφίας ἐπ' ἄκροισι θαμίζειν,

ἠρώτησεν ὁ Σωκράτης τί ἀρετή ἐστιν· ἀποκριναμένου δὲ
ἱκανῶς ἐκείνου καὶ σφόδρα, ὅτι καὶ παιδὸς ἐστὶν
ἀρετὴ καὶ πρεσβύτου, καὶ ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς, καὶ ἄρ-

I. MENONEM Theſſalum, qui in diſſerendo ſatis ſibi videbatur exercitatus, et (juxta illud Empedocleum)

Sæpe ipſum Sophiæ ſuperare cacumen,

Socrates interrogavit, Quid eſſet virtus: cumque reſpondiſſet ſatis prompte atque proterve, virtutem et pueri eſſe, et ſenis, et viri, et mulieris, et magiſtratus, et privati, et

χοντος καὶ ἰδιώτου, καὶ δεσπότου καὶ θεράποντος, Εὖ γε, εἶπεν ὁ Σωκράτης, ὅτι μίαν ἀρετὴν ἐρωτηθεὶς, σμῆνος ἀρετῶν κεκίνηκας· ὃ κακῶς τεκμαιρόμενος ὅτι μηδεμίαν εἰδὼς ἀρετὴν ἄνθρωπος, πολλὰς ὠνόμαζεν. Ἆρ' οὐχὶ καὶ ἡμῖν ἄν τις ὑποχλευάσειεν, ὅτι μηδέπω μίαν φιλίαν κεκτημένοι βεβαίως, φοβούμεθα μὴ λάθωμεν εἰς c πολυφιλίαν ἐμπεσόντες; Σχεδὸν γὰρ οὐδὲν διαφέρομεν ἀνθρώπου κολοβοῦ καὶ τυφλοῦ, φοβουμένου μὴ Βριάρεως ὁ ἑκατόγχειρ, καὶ Ἄργος ὁ πανόπτης γένηται. Καί τοι τόν γε καὶ τῷ Μενάνδρῳ νεανίσκον ὑπερφυῶς ἐπαινοῦμεν, εἰπόντα, θαυμαστὸν ὅσον νομίζειν ἕκαστον ἀγαθὸν ἂν ἔχῃ φίλου σκιάν.

Β'. Αἴτιον δὲ μὴ πολλῶν ἄλλων οὐχ ἥκιστά γ' εἰς φιλίας κτῆσιν, ἡ τῶν πολυφιλίας ὄρεξις, ὥσπερ ἀκολάστων

C. 8. Αἴτιον] Lege ἐναντίον: ita planus erit locus. Sequentia correctionem confirmant.

C. 9. ὥσπερ ἀκολάστων γυναικῶν—δυναμένοις] Corrupta hæc ita meliora reddas, ὥσπερ ἀκόλαστοι γυναῖκες—δυναμένη: vel, ὡς ἐπ' ἀκολάστων γυναικῶν (*prouti ſi res habet in laſcivis mulieribus*)—δυναμένης. Certe δυναμένη legendum et ad ὄρεξις referendum, hoc ſane recepi quia et in Vulcobiano exſtat. Vulgo δυναμένοις.

domini, et ſervi: Tu vero, inquit Socrates, præclare, qui de una interrogatus virtute, velut examen quoddam virtutum excitaſti: nec male conjiciebat, abs eo qui ne unam quidem cognitam haberet virtutem, plures nominari. Nonne nos quoque ſubſannaverit aliquis, qui cum ne unam quidem firmam teneamus amicitiam, metuamus ne imprudentes in copiam complurium amicorum incidamus? fere enim perinde hoc facimus, ac ſi mutilus cæcuſve aliquis vereatur, ne in centimanum evadat Briareum, aut Argum illum oculorum multitudine nobilem. Atqui majorem in modum laudamus adoleſcentem illum Menandri, qui aiebat *quemlibet putare, ſe mirificum habere bonum, ſi vel umbram amici habet.*

II. Jam inter multas alias hæc non eſt minima cauſa cur ſtabilem amicitiam non paremus, quod multitudinem amicorum appetimus, cum inſtar

γυναικῶν τῶν πολλάκις καὶ πολλοῖς συμπλέκεσθαι, τὸν
D σοφῶν κρατεῖν μὴ δυναμένοις, ἀμελουμένων, καὶ ἀπορ-
ρέοντων· μᾶλλον δὲ ὥσπερ ὁ τῆς Ὑψιπύλης τρόφιμος

Εἰς τὸν λειμῶνα καθίσας
Ἔδρεπεν ἕτερον ἐφ' ἑτέρῳ
Αἰρόμενος ἄγρευμα ἀνθέων
Ἡδομένᾳ ψυχᾷ,
Τὸ νήπιον ἄχρηστον ἔχων·

οὕτως ἕκαστον ἡμῶν, ἀφ' ἑστίας καὶ ἀφίκορον, ὁ
σοφώτατος ἀεὶ καὶ ἀνθῶν ἐπάγεται, καὶ μεταπίπτει
πολλὰς ὁμοῦ καὶ ἀτελεῖς ἀρχὰς πράττοντας φιλίας καὶ
συνηθείας, ἕρωτι τῷ διωκομένῳ παρερχομένους τὸν κατα-
λαμβανόμενον. Πρῶτον μὲν οὖν ὥσπερ ἀφ' ἑστίας ἀρξά-
E μενοι τῆς τοῦ βίου φήμης, ἣν ὑπὲρ φίλων βεβαίων
ἀπολέλοιπεν ἡμῖν, τὸν μακρὸν καὶ παλαιὸν αἰῶνα
μάρτυρα ἅμα τοῦ λόγου καὶ σύμβουλον λάβωμεν,

D. 3. Εἰς τὸν λειμῶνα κ. τ. λ.] Locus ex Euripidis Hypſipyle, perdita fabula, alibi Plutarcho profertur Sympoſ. p. 661. F. Nil in verbis mutavi: diſtinxi verſus ut Valckenarius Diatr. Eur. Fragm. p. 212: Latina Grotii dedi. Pro ἄχρηστον legendum ἄπλητον ex altero Plutarchi loco. Mez. ex Amioto laudat ἀκόρεστον.

D. 10. πράττοντας] Sic D. Colleg. Nov. Anonym. Vulgo πράττοντα καί. Vulcob. πράττοντας καὶ, quod una hinc habet in contextu Editio Græco-Latina anni 1624.

impudicarum mulierum, ſæpe et cum multis amicitiam coëuntes, primos quoſque neglectos, ideoque dilabentes retinere non poſſumus: aut potius quemadmodum Hypſipylæ alumnus ille,

In prato reſidens puer
Nunc hunc, nunc alium cupit
Florem carpere: gaudio
Mens perfunditur: innocens
Expleri ſtudium nequit:

ita quemvis noſtrum, præ ſtudio quodam novitatis et præſentium faſtidio, ſemper recentior quiſque et quaſi florens amicus allicit, ac ſubinde mutat, dum multas ſimul imperfectaſque ordimur amicitias ac familiaritates, et ob amorem ejus quem ſectamur, jam partum præterimus. Proinde velut a Veſta, et prima humanæ vitæ fama quæ de firmis amicis tradita nobis eſt, ducto initio, longum et vetus ſæculum hujus rei teſtem et conſiliarium adhibeamus, con-

ἐν ᾧ κατ' ζεῦγος φιλίας λέγονται, Θησεὺς καὶ Πειρίθους, Ἀχιλλεὺς καὶ Πάτροκλος, Ὀρέστης καὶ Πυλάδης, Φιντίας καὶ Δάμων, Ἐπαμινώνδας καὶ Πελοπίδας. Σύνομον γὰρ ἡ φιλία ζῶον, οὐκ ἀγελαῖόν ἐστιν, οὐδὲ κολοιῶδες· καὶ τὸ ἄλλον αὐτὸν ἡγεῖσθαι τὸν φίλον, καὶ πεφυκέναι ἑταῖρον, ὡς ἕτερον, οὐδέν ἐστιν ἄλλο, πλὴν μέτρῳ φιλίας τῇ δυάδι χρωμένων. Οὔτε γὰρ δούλους, οὔτε φίλους ἐστὶ κτήσασθαι πολλοὺς ἀπ' ὀλίγου νομίσματος. Τί οὖν νόμισμα φιλίας; εὔνοια καὶ χάρις F μετ' ἀρετῆς, ὧν οὐδὲν ἔχει ἀνιαρότερον ἡ φύσις. Ὅθεν τὸ σφόδρα φιλεῖν καὶ φιλεῖσθαι, πρὸς πολλοὺς οὐκ ἔστιν· ἀλλ' ὥσπερ οἱ ποταμοὶ πολλὰς χύσεις καὶ κατατομὰς λαμβάνοντες, ἀσθενεῖς καὶ λεπτοὶ ῥέουσιν, οὕτω τὸ φιλεῖν

E. 4. ἐν ᾧ καλὰ ζεῦγος φιλίας λέγονται] Non corruptum, ſed inſolentius dictum: *quo in longo ſeculo memorantur, ſecundum par amicitiarum, Theſeus et Pirithous.* Senſum reddidit Xylander Latine.

E. 9. ἑταῖρον, ὡς ἕτερον] Correxi Græca et Latina. Vulgo erat ἑταῖρον καὶ ἑταῖρον ὡς ἕτερον: illud igitur καὶ et alterum ἑταῖρον delevi auctoritate codicum A. C. D. E. item Xylander in ſua editione omiſerat.

F. 5. οὕτω τὸ φιλεῖν—ἐξαμαυροῦται] Ita Stephanus recte exhibuit ex Jannot. et Pol. habetque aſſentientem D. et Xyl. In Ald. et Baſ. eſt vitioſe, οὕτω τῷ φιλεῖν σφόδρα πέφυκεν, εἰς πολλοὺς δὲ μεριζομένη ἐξαμαυροῦται: et ſic item habent A. C. E. Moſc. 1. 2. Colleg. Nov.

ſideremuſque de veris amicis quæ fama ſit ad nos propagata. Inveniemus autem binos ſemper amicos memoriæ perhibitos, Theſeum et Pirithoum, Achillem et Patroclum, Oreſtem et Pyladem, Pythiam et Damonem, Epaminondam et Pelopidam. Eſt enim amicitia, animal ſocietatis amans, et compaſcens, non armentale, ſed nec gregale, ut graculi: et quod amicus cenſetur *alter ipſe* et vocatur ἑταῖρος, quaſi ἕτερος: id nihil aliud ſignificat, quam binum amicitiæ menſuram haberi. Jam ut nec ſervos, ſic neque amicos multos parva pecunia emere licet. Quæ autem eſt pecunia qua amici comparantur? benevolentia et gratia cum virtute conjuncta, quibus rebus nihil rarius fert natura: itaque valde amare, et amari, inter multos locum non habet. Sed ſicuti amnes in multos diviſi alveos, imbecilli fluunt

σφοδρὸν ἐν ψυχῇ πεφυκὸς, εἰς πολλοὺς μεριζόμενον ἐξαμαυροῦται. Διὸ καὶ τῶν ζώων τὸ φιλότεκνον τοῖς μονοτόκοις ἰσχυρότερον ἐμφύεται· καὶ Ὅμηρος ἀγαπητὸν υἱὸν ὀνομάζει,

94 Μοῦνον τηλύγετον,—

τουτέστι, μὴ ἔχουσιν ἕτερον γονεῦσι, μήτε ἕξουσι γεγενημένον.

γ'. Τὸν δὲ φίλον ἡμεῖς μόνον μὲ οὐκ ἀξιοῦμεν εἶναι· μεθ' ἁλλων δὲ τηλύγετός τις καὶ ὀψίγονος ἔστω· τὸ θρυλλούμενον ἐκεῖνον ξένῳ τῶν ἀλῶν συνκατεδηδοκὼς μέδιμνον· οὐχ ὥσπερ νῦν πολλοὶ φίλοι λεγόμενοι συμπίοντες ἅπαξ, ἢ συσφαιρίσαντες, ἢ συνκυβεύσαντες, ἢ συνκαθαλύσαντες ἐκ πανδοκείου καὶ παλαίστρας καὶ ἀγορᾶς, φιλίας συλλέγουσιν. Ἐν δὲ ταῖς τῶν πλουσίων καὶ ἡγεμονικῶν οἰκίαις, πολὺν
B ὄχλον καὶ θόρυβον ἀσπαζομένων καὶ δεξιουμένων καὶ δορυφορούντων ὁρῶντες, εὐδαιμονίζουσι τοὺς πολυφίλους· καίτοι πλείονάς γε μύας ἐν τοῖς ὀπαυλίοις αὐτῶν ὁρῶσιν·

ac tenues: ſic vehemens amor animo inſitus, ſi diſſipetur in multos, evaneſcit. Unde fit ut ea etiam animalia prolem ſuam magis ament, quæ unum tantum gignunt: et Homerus charum filium appellat,

Solum, atque in ſenio natum—

ſcilicet cum alium parentes neque habent neque habituri ſunt.

III. Nos amicum quidem eſſe unicum non volumus: ſed inter cæteros ſit unus aliquis quaſi unicus, et ſuſceptus in ſenio filius, quique illum proverbio vulgatum, ſalis modium nobiſcum ederit: non ita adſcitus, ut hodie qui ſemel una potaverint, aut pila luſerint vel alea, aut ex caupona, palæſtra, forove una diſceſſerint, amici colliguntur. Porro cum in domibus divitum aut procerum magnam vident turbam hominum ſalutantium, prenſantium, ſtipantium, vulgo eorum laudant fortunas tot amicos habentium: atqui in culinis eorum plures muſcas videre poſſint: neque tamen

ἀλλ' οὔτε αὗται τῆς λιχνείας, οὔτ' ἐκεῖνοι τῆς χρείας ὑπολειπούσης, ὠθοῦσιν. Ἐπεὶ δ' ἡ ἀληθινὴ φιλία τρία ζητεῖ μάλιστα, τὸ ἀρετὴν, ὡς καλόν, καὶ τὸ συνήθειαν, ὡς ἡδύ, καὶ τὸ χρείαν, ὡς ἀναγκαῖον· δεῖ γὰρ ἀποδέξασθαι κρίνοντα, καὶ χαίρειν συνόντα, καὶ χρῆσθαι δεόμενον· ἃ πάντα τοῖς τὸ πολυφιλίαν ὑπεναντιοῦται, καὶ μάλιστά πως τὸ κυριώτατον ἡ κρίσις· σκεπτέον δὴ πρῶτον εἰ ἀδύνατόν ἐστιν ἐν βραχεῖ χρόνῳ δοκιμάσαι χορευτὰς συγχορευσομένους, ἐρέτας C ὁμορροθήσοντας, οἰκέτας χειμάτων ὑπηρέτους, ἢ τέκνων παιδαγωγοὺς ἑσομένους, μήτιγε φίλους πολλοὺς εἰς ἀγῶνα

B. 5. Ἐπεὶ δ' ἡ ἀληθινὴ φιλία—συναποδυσομένους] Mire vulgo turbatum hunc locum, ad certam ſententiam conſtitui. Stephaniana hæc erat ſcriptura, Ἐπειδὴ ἀληθινὴ φιλία—καὶ μάλιστα πρὸς τὸ κυριώτατον· σκεπτέον δὲ π. εἰ δυνατὸν—Χορευτὰς συναγορευομένους, ἐρέτας——φίλους πολλοὺς εἰσάγειν ἁπάσῃ τύχῃ συναποδυσομένους. Ita et Ald. Baſ. et præterea graviori labe pro σκεπτέον—δοκιμάσαι habent, Ποῖα—δοκιμασία, conſentiuntque partim codices noſtri, veluti in ποῖα A. C. E. Moſc. 1. item T. V. Xyl. et levi diſcrimine ποῖαν Moſc. 2. Colleg. Nov. in δοκιμασία Xyl. C. E. Moſc. 1. 2. Jam unde quidque ſumpſerim, dicendum: Ἐπεὶ δ' ἡ eſt ex Vulcobiano: πως ex D. et Mez. σκεπτέον Stephanus habuit ex Jannot. ego indidem et ex D. δὴ proximum pro δὲ repoſui ex T. V. δοκιμάσαι Stephanus ex Jannot. ego præterea ex A. D. Colleg. Nov. ἀδύνατον dedi ſine libris: συγχορευσομένους ex T. V. Mez. denique in εἰς ἀγῶνα πάσης τύχης præiverat Xyl. et Petavius ad Themiſt. p. 20. Edit. 8. Præter hæc pro κρίνοντα legendum κρίναντα cum Mez. et συναγωνιουμένους pro συγχορευσομένους ut quidem cenſeo.

vel hæ eſca, vel illi utilitate ſublata manent. Quandoquidem vero ad veram amicitiam tria requiruntur potiſſimum, virtus, ut pulchrum; conſuetudo, ut jucundum; uſus, ut neceſſarium: nam et cum judicio recipiendus eſt amicus, et ejus conſuetudine lætandum et, ubi opus eſt, utendum: quæ omnia multitudini amicorum adverſantur, maximeque id, quod principem locum in amicitia obtinet, judicium; hæc igitur cum ita ſint, primo exiſtimandum eſt, ſi brevi tempore deligi non poſſint chorici ſaltatores qui in choro recte congruant, remiges qui pariter impellant, aut diſpenſatores ſervi, vel liberorum pædagogi, minus etiam deligi poſſe multos amicos omnem una paratos ſubire for-

πάσης τύχης συναποδυσομένους, ὧν ἕκαστος αὐτός τε

Αὐτόν τε πράτῑων εὖ, τίθησιν εἰς μέσον,
Τοῦ δυσυχοῦς τε λαγχάνων οὐκ ἄχθεται.

Οὔτε ναῦς ὑπὲ τοσούτους ἔλκει χειμῶνας εἰς θάλασσαν, οὔτε χωρίοις θριγκοὺς καὶ λιμένσιν ἐπιβάλλουσιν ἔρκη καὶ χώματα τηλικούτους ἐπισδεχόμενοι κινδύνους καὶ τοσούτους, ὅσων ἐπαγγέλλεται φιλία καταφυγὴν καὶ βοήθειαν, D ὀρθῶς καὶ βεβαίως ἐξεταθεῖσα· τοὺς δὲ ἀνεξετάστων ἐπιῤῥυέντων, ὥσπερ νομισμάτων ἀδοκίμων ἐλεγχομένων,

— οἱ μὲν ἐσερημένοι
Χαίρουσιν, οἱ δὲ ἔχοντες εὔχονται φυγεῖν.

Ἔστι δὲ τοῦτο χαλεπὸν καὶ οὐ ῥᾴδιον τὸ φυγεῖν, ἢ ἀποθέσθαι δυσαρεστουμένους φιλίαν· ἀλλ' ὥσπερ σιτίον βλαβερὸν καὶ δυσχεραινόμενον, οὔτε κατέχειν οἷόν τε μὴ λυποῦντα καὶ ἀλγεινόν, οὔτε ἐκβάλλειν οἷον εἰσῆλθεν, ἀλλ' εἰδεχθὲς καὶ συμπεφυρμένον καὶ ἀλλόκοτον· οὕτω φίλος

C. 5. Αὐτόν τε] τε ſumpſi a Xylandro.
D. 3. οἱ μὲν ἐσερημένοι] Diſtinxi a proſa oratione; Sophoclis eſt, ut apparet ex Plutarchi Erotico. p. 768. E.
D. 8. ἀλλ' εἰδεχθὲς καὶ συμπεφυρμένον καὶ ἀλλόκοτον] συμπεφυρμένον ex A. C. D. E. T. pro vulgato συμπεφυραμένον. Cæterum malim ἅμα εἰσδεχθὲν, συμπεφυρμένον καὶ κολλητικόν. Referuntur ad proxima προσδέχεσθαι μηδὲ κολλᾶσθαι.

tunam, ac quorum quiſque

Se, et res ſecundas in medium offerat libens,
Et nil gravetur, ſortis adverſæ comes.

Neque navis ad tantas tempeſtates in mare deducitur, neque locis munitiones, aut portubus clauſtra ac aggeres objiciuntur tot tantorumque periculorum metu, contra quot caſus, auxilium et præſidium pollicetur amicitia veræ probatæque firmitatis: qui vero non explorati, ſe pro amicis ingeſſerunt, eos cum inſtar pecuniæ improbæ exploravimus et deprehendimus, *ſi exceſſerint, lætamur: at ſi acceſſerint, procul eſſe volumus.* Eſt vero grave, et nequaquam facile, amicitiam quæ diſpliceat diſſolvere. Sed quemadmodum pernicioſum ac moleſtum cibum neque poſſumus ſine damno et dolore retinere, neque qualem ſumpſimus ejicere; ſed fœdum et aliis confuſum rebus atque tetrum:

πονηρὸς ἢ σύεσι λυπῶν καὶ λυπούμενος, ἢ βίᾳ μετ' ἔχθρας καὶ δυσμενείας, ὥσπερ χολή τις, ἐξέπεσε.

δ'. Διὸ δεῖ μὴ ῥᾳδίως προσδέχεσθαι μηδὲ κολλᾶσθαι E τοῖς ἐντυγχάνουσι, μηδὲ φιλεῖν τοὺς διώκοντας, ἀλλὰ τοὺς ἀξίους φιλίας διώκειν. Οὐ γὰρ αἱρετέον πάντως τὸ ῥᾳδίως ἁλισκόμενον· καὶ γὰρ ἐρείκην καὶ βάτον ὑπολαμβανομένην προσάντες καὶ διωσάμενοι, βαδίζομεν ὑπὲ τὴν ἐλαίαν καὶ τὴν ἄμπελον· οὕτως ἀεὶ μὴ τ' εὐχερῶς προσπλεκόμενον ποιεῖσθαι συνήθη καλόν, ἀλλὰ τοῖς ἀξίοις ταχυδῆς καὶ ὠφελίμοις αὐτοὺς προσπλέκεσθαι δοκιμάζοντας.

ε'. Ὥσπερ οὖν ὁ Ζεῦξις, αἰτιωμένων αὐτὸν τινῶν F ὅτι ζωγραφεῖ βραδέως, Ὁμολογῶ, εἶπεν, ἐν πολλῷ χρόνῳ γράφειν, καὶ γὰρ εἰς πολύ· οὕτω φιλίαν δεῖ καὶ συνήθειαν σώζειν πολὺν χρόνον βασανίσαντας ἐν πολλῷ κριθεῖσαν.

E. 6. οὕτως ἀεὶ—ποιεῖσθαι συνήθη καλὸν] Friget hæc dictio: puto Plutarchum ſcripſiſſe, οὕτω δεῖ—ποιεῖσθαι συνήθη καὶ φίλον.

F. 3. καὶ γὰρ εἰς πολύν—παραλαβόντας] Exhibui codicem D. excepto παραλαβόντας quod ex codice Xyl. eſt: nam D. habet παραλαμβάνοντας. Vulgo corrupte, καὶ γὰρ εἰς πολλὴν οὕτω φιλίαν καὶ συνήθειαν σώζειν παραλαβών---.

ita malus amicus, aut noſtra et ipſius cum moleſtia nobis adeſt, aut per vim cum odio tanquam bilis ejicitur.

IV. Non itaque facile recipere debemus, neque temere conjungi cum quibuſvis nos compellantibus, neque amare eos qui nos ſectantur, ſed potius ſectari dignos amicitia. Non enim ſemper dignum eſt quod amplectare quidquid facile paratu eſt: nam ut erica et rubo quæ nobis adhærescunt calcatis et dimotis ad oleam vitemque tendimus: ſic non debemus perpetuo eos qui ſe nobis applicant admittere in amicitiam, ſed ipſi potius eos comprehendere, quos experti ſumus dignos eſſe amicitia, uſuique futuros.

V. Sicut igitur Zeuxis quibuſdam culpantibus quod tarde pingeret: reſpondit, *Fateri ſe multum ſe temporis inſumere pingendo, quia in multum tempus vellet ea durare quæ pinxiſſet:* ita multo tempore probatam amicitiam de-

Ἆρ' οὖν κρίναι μὴν οὐκ ἔστι πολλοὺς φίλους ῥᾴδιον, συνεῖναι δὲ πολλοῖς ὁμοῦ ῥᾴδιον, ἢ καὶ τοῦτο ἀδύνατον; Καὶ μὴν ἀπόλαυσίς ἐστιν ἡ συνήθεια τῆς φιλίας, καὶ τὸ ἥδιστον ἐν τῷ συνεῖναι καὶ συνημερεύειν·

Οὐ μὲν γὰρ ζωοί γε φίλων ἀπάνευθεν ἑταίρων
Βουλὰς ἐξιμεναι βουλεύσομεν.

καὶ περὶ τοῦ Ὀδυσσέως ὁ Μενέλαος,

— οὐδέ κεν ἄλλο
Ἄμμε διέκρινε ζωλέοντέ τε τερπομένω τε,
Πρίν γ' ὅτε δὴ θανάτοιο μέλαν νέφος ἀμφεκάλυψε.

Τοιοῦτον οὖν ἔοικεν ἡ καλουμένη πολυφιλία ποιεῖν. Ἡ μὲν γὰρ συνάγει καὶ συνίστησι καὶ συνέχει καταπυκνοῦσα ταῖς ὁμιλίαις καὶ φιλοφροσύναις,

Ὡς δ' ὅτ' ὀπὸς γάλα λευκὸν ἐγόμφωσεν καὶ ἔδησε,

κατ' Ἐμπεδοκλέα· τοιαύτην γὰρ ἡ φιλία βούλεται ποιεῖν ἑνότητα καὶ σύμπηξιν. Ἡ δὲ πολυφιλία διίστησι καὶ ἀποσπᾷ καὶ ἀποστρέφει, τῷ μεταλλεῖν ἄλλοτε πρὸς

A. 5. ἡ καλουμένη πολυφιλία] quare ἡ καλουμένη? Satis quidem cognitum nomen πολυφιλίας. Forte τῇ φιλίᾳ ἡ πολυφιλία. An τῇ καλουμένῃ ὀλιγοφιλίᾳ ἡ πολυφιλία. Prius malim.

bemus ſervare receptam. Quid? facile non eſt multos ſimul amicos dijudicare, cum multis ſimul verſari facile? immo autem impoſſibile eſt. Atqui conſuetudo id eſt, quo fruimur amicitia, neque dulcius in ſe quicquam ea habet præſentia et vitæ ſocietate.

Conſilium nec enim ſcorſis capiemus amicis.

et de Ulyſſe Menelaus:

Nil prius, inter nos, hinc divelliſſet amantes,
Quam mors obſcura texiſſet lumina nocte.

Contrarium amicitia multos complexa præſtat. Simplex enim amicitia conducit, conciliat, et continet compactos colloquiis et officiis,

Lac veluti niveum ficulna coagula figunt,

ut Empedoclis utar verbis; talem enim amicitia unitatem et compactionem efficere amat. Multiplex vero illa diſſipat, avellit avertitque alias alio avocans neque ſinit bene-

